Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0001-0

Dv 1940 13/1,3

Dv 1940 3/1,3

UNIVERSITÄTSBIBLIOTHEK
– Medizinische Abt. –
DÜSSELDORF
V 2020

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0003-1

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0004-7

# CAROLI A LINNÉ
# SYSTEMA NATURAE.

## TOM. I. PARS III.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0005-2

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0006-8
DFG

# CLASSIS III.
# AMPHIBIA.

*Terribilia ſunt opera Tua, o Domine!*
*In multitudine virtutis Tuae Te metientur contemptores Tui.*

NUDA pleraque, frigida aeſtuantium animalia *corde uniloculari*, *uniaurito*, *pulmonibus* (primi ordinis) *arbitrariis*, *pene* (ſecundi ordinis) *duplici*, *maxillis mobilibus*, *dignoſcuntur*.

AMPHIBIA pleraque horrent Corpore frigido, Cute nuda, multa Colore lurido, Facie torva, Obtutu meditabundo, Odore tetro, Sono rauco, Loco ſqualido, pauciora Veneno atroci, ſingula Sceleto cartilagineo, Vita tenaci, Vi partes amiſſas reproducendi vivaciſſima inſtructa, ex ovo nata.

POLYMORPHA in his Amphibiis natura duplicem vitam plerisque conceſſit: Aliis *Metamorphoſin* ſubire, aliis *Senectam* exuere, aliis in *ſicco humidoque* promiſcue vivere, aliis dimidio anno *hiemare*, aliis praedam *niſu aſtuve* aſſequi, aliis *faſcino* quaſi eandem in faucem revocare.

REPTILIA pedata, auribus plano-denudatis absque auriculis, variam vitam ex ſtructura agunt; *Teſtudines* muniuntur Teſta, *Dracones* evolant Alis, *Lacertae* fugiunt Pedibus, *Ranae* abſconduntur Loco, nec omnes Veneno prorſus carent, ut Gecko et Geitje.

SERPENTES apodes a Piſcibus ſeparant Pulmones, Ovorum catena, Penisque duplex muricatus, affinitas denique cum Lacertis tanta, ac Lacertarum cum Ranis, vixque limites admittens. Hos nuda in terra rejectos, artuum miniſterio expertes, omnium injuriae expoſitos, armavit Natura conſervatrix ſuis *armis*, horrentibus exſecrabili *Veneno*, peſſimorum peſſimo, in diverſis diverſo. Sunt autem haec *Tela* dentibus ſimillima, ſed extra maxillam ſuperiorem collocata, proque lubitu exſerenda et retrahenda, ſacculo affixa ſaniei, quam vulnere inſtant in ſanguinem, tum diri effectus cauſſam, ceterum inertem; ſicque Catonia haec morſu virus habent et fatum dente minantur, pocula morte carent, prout ſolide *Redi*. Ne vero hi ſpoliati miſerique armis, quae ipſis ſupereſſent, nimium ſaevirent, decimam quamque tantum ſpeciem (♂) armavit imperans, ſed verſipelles eos voluit, ut dubii omnes metuerentur ab omnibus, at Be-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0007-4 DFG

neficus Homini dedit Indis *Ichneumonem* cum *Ophiorhiza*, Americanis *Suem* cum *Senega*, Europaeis *Ciconiam* cum *Olea* et *Alcali*. Venenatos ſerpentes *Marſii Pſyllique* Arabiae et Americae excantant *Ariſtolochiae* ſpeciebus teſte *Jacquinio* et *Forſkåhlio*. *v. Amoen. acad. 6. p.* 197.

DIAGNOSIS harum difficilis et ambigua; color ſolus fallaciſſimus, quem viva ſaepius per annum et aetatem, mortua adhuc magis mutant; pictura minus infida; qui deſumunt a Pedum ſuccedaneis, *Scutis abdominalibus caudalibusque*, caveant, ne numerus alteri demtus alterique additus ſeducat, hinc juvat uterque connumeratus (*Act. Stockh.* 1752. *p.* 206.) illuſtrat etiam ab ano utrinque longitudo, cave vero, ne renata ſit mutilata cauda.

AMPHIBIOLOGI omnium pauciſſimi.

*Seba* numero ſtupendo ſibi ignota pulchre collegit et delineavit, ſed multiplicavit, minimeque deſcripſit: *Catesby* nec paucos ſerpentes pulchrius delineavit, quam notavit, *Gronovius*, *Boddaert*, *Garden*, *Pallas*, *Pennant*, *Schloſſer*, *Bloch*, *Hornſtedt*, *Beireis*, *Schrank*, *Molina*, *Sparrmann*, *S. G. Gmelin*, *Lepechin*, *Blumenbach*, *Bloch*, *Cetti*, *Scopoli*, *Walbaum*, *Gottwald*, verum horum numerum auxerunt iis ex autorum deſcriptionibus et iconibus, utinam magis ex autopſia! deſudavit *Laurenti*, felicius *Boddaert*, in teſtudinibus ordinandis *Schneider*, in lacertis diſtribuendis *Houttuyn*, *Forſkål*, *Merck*, in ſerpentibus meliorem in ordinem redigendis *Boddaert* et *Weigel* laudabilem navarunt operam; organismum, vocis praeſertim in nonnullis inſtrumenta, egregiis obſervationibus dilucidavit zootomus princeps *Camperus*. a)

CHA-

a) Amphibia *oſſibus cartilagineis*, *circulatione tardiori*, *diaphragmatis defectu*, *auditu viſuque acutiſſimo*, *tactu tanto hebetiori*, *veſiculis pulmonum majoribus*, *hepate lobato*, *ductu cyſtico hepatico et pancreatico*, *ventriculo oblongo craſſo*, *non tranſpirant*, *diutius abſtemia*, *vitae tenacioris*, *vi ablata reproducente majore inſtructa*.

# CHARACTERES AMPHIBIORUM.

## I. REPTILIA pedata.

| | | |
|---|---|---|
| 119. | TESTUDO. | *Corpus teſta munitum.* |
| 121. | DRACO. | *Corpus alis volatile.* |
| 122. | LACERTA. | *Corpus (teſta aliſque) nudum, caudatum.* |
| 120. | RANA. | *Corpus ſimiliter nudum, ecaudatum.* |

## II. SERPENTES, apodes.

| | | |
|---|---|---|
| 123. | CROTALUS. | *Scuta abdominalia et caudalia cum crepitaculo.* |
| 124. | BOA. | *Scuta abdominalia et caudalia ſine crepitaculo.* |
| 125. | COLUBER. | *Scuta abdominalia; ſquamae caudales.* |
| 126. | ANGUIS. | *Squamae abdominales et caudales.* |
| 127. | AMPHISBAENA. | *Annuli abdominales et caudales.* |
| 128. | CAECILIA. | *Rugae nudae laterales.* |



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0009-8

# I. REPTILIA.

*Os reſpirans pulmonibus.*
*Pedes quatuor.*
*Penis ſimplex.*

## 119. TESTUDO. *Corpus* caudatum, lorica oſſea aut coriacea ſuperne et inferne, vel ſquamis ſuperne obtectum.

*Oris* mandibula ſuperior inferiorem pyxidum inſtar claudens.

* marinae, *pedibus pinniformibus, prioribus longioribus.*

coriacea. 1. T. teſta coriacea, per longitudinem ſtriata. *Schneid. Schildkr. p.* 312. *n.* 4.
Teſtudo pedibus pinniformibus muticis, teſta coriacea, cauda angulis ſeptem exaratis. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 350. *n.* 1.
Teſtudo coriacea. *Vandell. ad Linn. Pat.* 1761. 4. *Brit. zool.* 3. *p.* 7. 8.
Teſtudo coriacea ſ. mercurii. *Rondel. piſc.* 445. *Geſn. aq.* 946.
β) Teſtudo tuberculata. *Penn. act. angl.* 61. 1. *p.* 275. *t.* 10. *f.* 4. 5.
γ) Teſtudo. *Amoureux apud Rozier jour. de phyſ.* 1778. *Jan. p.* 65. *et Suppl.* 13. *p.* 230.
*Habitat, rarior, in mari* mediterraneo, atlantico.

imbricata. 2. T. palmarum plantarumque unguibus binis, ſcutis laxe atque imbricatim incumbentibus. *Schneid. Schildkr. p.* 309. *n.* 3. *Leipz. Magaz. zur Naturk.* 1786. 3. *p.* 258.
Teſtudo pedibus pinniformibus, teſta cordata ſubcarinata ſerrata: ſcutellis imbricatis, cauda ſquamata. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 350. *n.* 2. *Gronov. zooph.* 72.
Caretta. *Knorr del. nat. ſel. t.* 50.
Caret. *du Tertr. ant. p.* 229. *n.* 24.
Teſtudo Caretta. *Raj. quadr. p.* 258.
Teſtudo marina americana. *Seb. muſ.* 1. *p.* 130. *t.* 80. *f.* 9.
Hawk's-bill Turtle. *Brown jam. p.* 465. *n.* 1.
Scaly Tortoiſe. *Grew muſ. p.* 38. *t.* 3.
Schieferartige Sckildkroete. *Walb. chelonogr. p.* 46. 110.
*Habitat in mari* americano, aſiatico.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0010-0

Corpus 2$\frac{1}{4}$ *pollices longum, depreſſum, imbricatum;* caput *longius, quam carettae;* lorica *ovata, depreſſa,* ſcuti *coſtis tribus tenuibus, carinatis, interruptis, margine acuto, poſterius ſerrato, ſquamis* 34 *inaequalibus plurimis pentagonis, quarum* 13 *diſcum, reliquae marginem occupant;* ſternum, *quale fere carettae.*
*Haec praebet ex parte lamellas artificum.*

Mydas. 3. T. palmarum unguibus binis, plantarum ſolitariis, teſta ovata.
*Schneid. Schildkr. p.* 299. *n.* 1. *t.* 2. Teſtudo viridis.
*Amoen. acad.* 1. *p.* 138. Teſtudo unguibus acuminatis palmarum duobus, plantarum unico.
*Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 50. Teſtudo atra.
*Geſn. quadr.* 78. Teſtudo marina.
*Aldr. quadr.* 712. *t.* 714.
*Olear. muſ.* 27. *t.* 17. *f.* 1.
*Bradl. nat. t.* 4. *f.* 4.
*van Iperen Verhand. van Vliſſingen* 6. *p.* 620.
*Forſter it.* 2. *p.* 194. 200.
β) *Seb. muſ.* 1. *t.* 80. *f.* 9. Teſtudo marina americana Mydas dicta.
*Amoen. acad.* 1. *p.* 137. Teſtudo eadem.
*Marcgr. braſ.* 241. Jurucuja braſilienſibus.
*Raj. quadr.* 256.
γ) *Amoen. acad.* 1. *p.* 287. *n.* 7. Teſtudo unguibus acuminatis, palmarum plantarumque ſolitariis.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 50. Teſtudo eadem.
*Seb. muſ.* 1. *t.* 79. *f.* 5. 6.
δ) *Walb. chelonogr. p.* 82. 124. Teſtudo marina roſtro anſerino.
ε) *Walb. chelonogr. p.* 85. 126. Teſtudo roſtro gallinaceo.



Teſtudines *Perſis deteſtatae, crebra, jam in ovis, ſqualorum felium, lutrarum, accipitrum pelecanorumque praeda, vermibus victitant, marinae etiam fucis, in captivitate omnivorae, tardiſſimae, ut per menſem ſaepe copula cohaereant, in aëre nocivo diutius aliis perſiſtentes, vitaeque adeo tenacis, ut capite etiam abſciſſo, per plures adhuc dies vivant, ſterno aperto diu adhuc reſpirent; terreſtres hieme in frigidioribus hibernant.* Teſta *conſtat duabus laminis coadunatis: ſuperiore dorſali convexa, coſtis inaedificata, obtecta ſcutellis diſci* 13, *marginis* 24; *inferiore e ſterno explanato, in maribus magis concavo, anterius obtuſo, poſterius emarginato, ſuturis in ſcutella diviſo;* apertura *teſtae* anterior *pro capite et brachiis,* poſterior *pro cauda et femoribus. Similitudo ſtructurae in generalibus, varietas ſingularum ſpecierum pro varia aetate, cognitio plurium in variis vitae periodis imperfecta difficilem reddit earum diagnoſin, mancam hiſtoriam.*

ζ) *Walb. chelonogr. p.* 88. 127. Teſtudinis marinae ſcutum ingens.

*Habitat ad* pelagi *inſulas* e. g. *inſulam* aſcenſionis, aurorae, *a* teſtudinum *multitudine denominatam*, *congenerum maxima*, *et robuſtiſſima*, *ut* 600 *librarum et majori adhuc pondere dorſo impoſito currat*, *tot hominibus*, *quot ei inſiſtere poſſunt*, *onuſta incedat*; *reſupinata in mari dormiens natat*, *reſupinata in terra non erigitur*; *ova numeroſiſſima* (*ad* 1000 *quotannis*) *rotunda*, *membranacea in arena calcarea defodit*, *noctuque incubat*; *caro cum pinguedine virideſcens*, *eſculenta*, *nautis exoptatiſſima*, *ſcorbuticis*, *ut fertur*, *ſalutaris*; *ſepiis et teſtaceis victitat. Teſta olim pro ſcutis*, *fornicibus.*

*Scutella dorſalia fere laevia obſolete excavato-punctata*; *teſtae apex bifidus*; cauda *teſtae margine non longior*; *in aure interna neque oſſicula auditus*, *neque cochlea*, *ſed canales* 3 *ſemicirculares*; *varietas* γ) *videtur eſſe junior.*

Caretta. 4. T. ſcutis dorſalibus poſtice gibbis, unguibus palmarum plantarumque binis. *Schneid. Schildkr. p.* 303. *n.* 2.

*Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 351. *n.* 4. Teſtudo pedibus pinniformibus, unguibus palmarum plantarumque binis, teſta ovata acute ſerrata.

*Gron. zoophyl.* 1. *n.* 71. Teſtudo pedibus pinniformibus unguibus acuminatis geminis, roſtro acuminato, teſta ovata ſerrata, dorſo tuberculato.

*Gron. muſ.* 2. *p.* 85. *n.* 69. Teſtudo pedibus natatoriis, unguibus acuminatis binis.

*Brown jam. p.* 465. *n.* 3. Logger-head Turtle.

Teſtudo marina Caouanna. *Raj. quadr. p.* 257.

*Catesb. car.* 2. *p.* 39. *t.* 39.

*Rochefort antill. p.* 249.

β) *Walb. chelon. p.* 101.

*Habitat ad inſulas maris* Americani *et* mediterranei.

Caput *mediae magnitudinis*, os *amplius*, roſtrum *longius et robuſtius*, *quam congeneribus*; dorſum *magis prominens*, *et gibboſum*; teſta *craſſa*, *eleganter picta*; caro *rancida*, *aphrodiſiaca*; *lamellae artificum partim ex hac deſumtae.*

macropus. 16. T. ſcuto ovato carinato emarginato, pedibus maximis bifariam unguiculatis. *Walb. Schildkr. p.* 112.

** fluviatiles, *pedibus palmatis*, *teſta cum ſterno membrana juncta*, *et binis ſterni proceſſibus in medio utrinque fulta.*

5. T.

orbicularis. 5. T. teſta orbiculari planiuſcula laevi.
Teſtudo europaea. *Schneid. Schildkr. p.* 323. *n.* 5.
*Gronov. zooph. p.* 17. *n.* 73.
*Marſigl. Danub.* 4. *t.* 33. 34.
β) Teſtudo punctata. *Muſ. Gronov. p.* 10. *n.* 93. *Gottw. Schildkr. t.* 12.
γ) Teſtudo ſcabra. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 351. *n.* 6.
*Habitat in* Europa *ad* Boruſſiam *usque.*
*Margo* teſtae *in femina integerrimus, ſuperficie magis laevis; mari ſcutum ſubconvexum cum capite albidum, ſtriis exiguis nigris exaratum, poſterius multo minus emarginatum, quam feminae, ſcutella elevatius ſtriata, dorſalium nonnulla media ſubcarinata; ſternum magis aſperum, modice ſinuatum fuſcum; hoc feminae flaveſcens, cutis etiam colli pedumque flavis maculis magis varia.*

membranacea. 17. T. pedum unguiculis tribus, teſta dorſali membranacea ovata griſea ſtriata. *Blumenb. Naturg. p.* 257. *n.* 1. *Schneider Schildkr. t.* 1.
*Habitat in mari* Gujanam *alluente, exilis; an a cartilaginea vere diverſa?*

triunguis. 18. T. pedum unguiculis tribus, dorſi diſco rugoſo orbiculato, limbo depreſſiore laevi, naribus in cylindro elevato et ultra caput prominente. *Forſk. Fn. arab. p.* 9.
*Habitat rarior in* Nilo, *nonne eadem cum membranacea?*

cartilaginea. 19. T. teſta orbiculari membranacea, in dorſo ſtriata, pedum unguibus tribus, naſo cylindrico prolongato. *Boddaert Berlin. Naturf. Fr. Schrift.* 3. *p.* 265.
*Schneider Leipz. Magaz. zur Naturk. u. Oekon.* 1786. 3. *p.* 263. *t.* 2. Teſtudo Boddaerti.
*Rarior ſpecies:* Caput *depreſſum;* labia *lata lutea, ſuperius ſurſum, inferius deorſum revolutum; apertura* oculi *horizontalis;* palpebra *ſuperior inferiore latior;* ſcutum *granis elevatis aſperum: margine partis emarginatae revoluto; pars anterior* ſcuti *medio convexa poſterius plana et depreſſa; ſcutella neque in ſcuto, neque in ſterno; hoc anterius aeque longum, ac ſcutum dorſale;* pedum *digiti* 5.

ferox. 20. T. teſta cartilaginea ovata, pedum unguibus tribus, naribus tubulatis prominentibus. *Penn. act. angl.* 61. 1. *n.* 32. *p.* 266. *t.* 10. *f.* 1-3. *Schneid. Schildkr. p.* 330.
*Habitat in fluviis* Americae *auſtralis* Savanna *et* Alatamaha, *etiam in fluviis* Floridae *orientalis, ad* 70 *libras ponderoſa,*

*roſa*, 20 *pollices longa*, 14½ *lata*, *carne delicatiori*, *quam teſtudinis Mydae*. *Ferox et mordicus ſe defendens.*

Caput *ſubtrigonum*, *antrorſum anguſtatum*, *verſus poſteriora dilatatum*; collum *longum et craſſum*; oculi *contigui*, *palpebris latis*, *laxis*, *pupilla anguſta*, *iride citrina*; maxilla *utraque ex oſſe unico*; labium *ſuperius inferiore latius*; naſus *talpae roſtro ſimilis*, *ſed mollis*, *tenuis*, *pellucidus*, *cartilagineus*; brachia *craſſa*, *robuſta*, *cum manibus cute laxa plicata obſcure virente tecta*; manuum *digiti* 5, *digitis* 2 *ſpuriis adaucti*; plantae *ſimiles*, *digito tamen ſpurio unico*, *et albidi*; cauda *craſſa lata*, *pollicem infra anum exoriens*, *poſteriori ſcuti dorſalis parti longitudine aequalis*. Scutum *dorſale ex atro fuſcum*, *vireſcente tinctum*, *medio oſſeum*, *ad latera cartilagineum et flexile*; *poſterius et anterius tuberculis glabris oblongis conſperſum*, *ſubtus eleganter albidum*, *venoſum*; ſternum *egregie albidum*, *anterius cartilagineum*, 2-3 *pollices ante ſcutum dorſale prominens*, *poſterius oſſeum*, *ephippii figuram referens.*

ſcabra. 6. T. capite glabro diſcolore, ſcuto ovali demiſſe convexo excelſe carinato ſcabro.

Teſtudo verrucoſa. *Walbaum chelonogr. p.* 116.

Corpus *digiti minoris longitudine*, *cute verrucoſa*, *ſquamis hinc inde conſperſa*; ſcutum *ovale* 22 *lineas longum*, *et* 15 *latum*, *anterius modice retuſum*, *in ambitu convexum et crenatum*, *poſterius rotundatum*, *humiliter ſerratum*, *et denique emarginatum*, *ſuperficie ſquamis anguloſis*, *verrucoſis veſtita.*

ſquamata. 21. T. corpore ovato ſuperne una cum collo cauda et pedibus ſquamato, inferne laevi et molli. *Schneid. Schildkr. p.* 340.

*Bont. jav.* 82. Teſtudo ſquamata.

*Habitat in* Javae *fluviis*, *ad ripas cuniculos agens*, *carne ſapidiſſima*, *per lacertam orbicularem teſtudines cum lacertis jungens*, *piſces venans.*

Caput *exiguum ſerpentis*; *oculi parvi*, *mobiles*; dentes *acuti*; ſquamae *caput verſus minores.*

lutaria. 7. T. cauda corpore dimidio breviore, teſta planiuſcula: poſtice tribus ſcutellis carinata.

*Amoen. acad.* 1. *p.* 139. *n.* 23. Teſtudo unguibus acuminatis palmarum plantarumque quaternis.

*Raj. quadr.* 254. Teſtudo aquarum dulcium ſ. lutaria.

β) Teſtudo

β) Teſtudo tubulata. *Walb. chelonogr. p.* 122?

γ) Teſtudo campanulata. *Walb. chelonogr. p.* 124?

*Habitat in lacubus ad ripas fluviorum* Tanais, Volgae, Uralis, Lawbe, *ad* Kirgiſicos, Indicos, *et alios* Orientis.

Palmae *magis palmatae;* plantae *minus.* Sternum *poſtice truncatum.*

ſcorpioides. 8. T. palmarum unguibus quinis, plantarum quaternis, fronte calloſa triloba, cauda unguiculata.

*Habitat* Surinami.

Teſta *nigra, ovali-oblonga, dorſo quaſi angulis* 3 *obſoletis, ſcutellis dorſi figura clypeorum nobilium;* caput *anterius tectum callo, qui poſterius trilobus eſt;* plantarum *digitus extimus muticus;* ungues *acuti, caudae incurvus.*

Hermanni. 22. T. pedum unguibus quaternis, caudae apice unguiculato. *Schneid. Schildkr. p.* 348.

Longitudo *pedis dimidii.* Lorica *ex flavo nigroque varia convexa;* marginis *ſcutella* 24, *quorum* 2 *poſtrema magis convexa reliquis prominent;* dentes *nulli;* plantae *elephanti pedibus ſimiles; unguis* caudae *oſſeus, incurvus,* ½ *pollicis longus.*

carolina. 11. T. pedibus digitatis, teſta gibba, cauda nulla.

Teſtudo pedibus digitatis, calloſo-ſquamoſis, teſta ovali ſubconvexa, ſcutellis planis ſtriatis medio punctatis. *Gronov. zooph.* 17. *n.* 77.

Teſtudo teſſellata minor caroliniana. *Edw. av.* 205.

*Seb. muſ.* 1. *t.* 80. *f.* 1. Teſtudo terreſtris major americana.

*Habitat in* Carolina, *media inter hanc et tertiam tribum, pedibus ad hanc accedens.*

Caput *ſubobtuſum, ſquamis calloſis obtectum;* ſcuti *inciſura anterior lunata; margo acutus;* ſcutella *lata, plana, margine ſtriata, medio excavato-punctata;* ſternum *anterius truncatum, poſterius bifidum:* Pedes *ſquamis rotundis tecti, anteriores unguibus* 5, *poſteriores* 4 *acutis, robuſtis.*

paluſtris. 23. T. teſta depreſſa, unguibus palmarum quinis, plantarum quaternis. *Brown jam. p.* 466. *n.* 4.

*Habitat in* Jamaicae *aquis ſtagnantibus, in pratis victum quaerens,* 8-9 *pollices longa.*

Corpus *depreſſum, ovale.*

caſpica. 24. T. teſta orbiculari, palmarum unguibus quinis, plantarum quaternis, capite ſquamato, cauda nuda. *S. G. Gmelin it.* 3. *p.* 59. *t.* 10. 11.

*Habitat*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0015-8

*Habitat in* Hircaniae *aquis dulcibus, interdum adeo increſcens, ut nonnulli homines ſcuto inſiſtere poſſint.*
Scutum *ultra* 8 *pollices longum et ultra* 7 *pollices latum, convexum, ex nigro et viridi varium; marginis ſcutellis* 25 *ſuperficie parallelogrammis; diſci* 5, *ſubquadratis, ſuturis ſcutellorum confluentibus nunc rectilineis, nunc curvilineis;* ſternum *ultra* 7 *pollices longum, et ultra* 3 *pollices latum, glaberrimum, nigricans, albo-maculatum, poſterius bifidum, obtuſum, anterius ſulco triangulo notatum, utrinque ſulco longitudinali ſpirali, et* 4 *transverſis exaratum.* a)

clauſa. 25. T. diſci ſcutellis carinatis, ſterno vix repando, valvularum ope ad ſcutum apprimendo.
Doſenſchildkroete. *Bloch Schrift. der berl. Naturf. Fr.* 7. 1. *p.* 131. *t.* 1.
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*
*Valvularum binarum ope claudi adeo arcte* lorica *poteſt, ut nihil aquae intret.*

penſilvanica. 26. T. palmarum unguibus 5, plantarum 4, caudae apice corneo acuto. *Seligman av.* 8. *t.* 77.
*Habitat in* Penſilvaniae *aquis ſtagnantibus; nonne eadem cum clauſa? Viva moſchum olet;* caudae *apice deorſum verſo corpus movet in declivibus montium lutoſorum motumque ſiſtit.*
Cauda *brevis.*

ſerpentina. 15. T. pedibus digitatis, teſta ſubcarinata: poſtice obtuſa acute quinquedentata. *Muſ. Ad. Frid.* 2. *p.* 36.*
*Habitat in* Algiriae, *et* Sinae *aquis dulcibus, mordax natans.*
Caput *ſerpentis;* cauda *longitudine totius teſtae.*

27. T.

a) *An huc ſpectet alia ex aquis caſpicis allata, cujus cognitionem Conjunctiſſimo* Blumenbachio *debeo, decidere vix auſim; convenit certe notis in definitione enumeratis; ſed differt colore loricae fuſco, maculis ex atro fuſcis vario,* ſterni *limbo albo;* ſcuti *ſcutellis dorſi* 4, *anteriore pentagono, reliquis hexagonis: lateribus parallelis repandis; cincta haec novem aliis minoribus, trapeziis, pentagonis;* marginis *ſcutella* 25, *albida, fuſco-maculata, plurima ſatis aequalia, ſubquadrata. Quorſum pertineant aliae a S. G. Gmelin in* Perſiae *provincia* Maſanderan *viſae, vix verbulo memoratae teſtudines, grandes, ſerpentibus infenſiſſimae, ideo Perſis gratae, et domeſticae; ea hactenus extricare non licuit; facile manſueſcere, et perinde in aquis, ac in terra, in montibus, ac in vallibus vivere, refert S. G. Gmelin.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0016-4 DFG

Spengleri. 27. T. teſta flava ſubcarinata: poſtice obtuſa acuta 10 dentata, ſquamis imbricatis. *Walbaum Schrift. der berl. Naturf. Fr. 6. p. 122. t. 3.*
*Serpentinae affinis.*

fimbria. 28. T. teſta ſtriata et echinata, fronte calloſa triloba. *Schneid. Schildkr. p. 349. n. 12.*
*Barrer. Fr. equin. p. 60. 165.*
*Fermin Surin. 2. p. 226.*
*Habitat in* Americae *auſtralis ſavannis ad* Aprovague, *et ad inſulas* Remiré.
Caput *planum trigonum;* collum *praelongum, valde rugoſum. Multum affinis ſcorpioidi.*

*** terreſtres, *pedibus clavatis unguiculatis, teſta convexa, commiſſuris oſſeis cum ſterno juncta.*

denticulata. 9. T. pedibus ſubdigitatis, teſta orbiculato-cordata: margine eroſo.
β) Teſtudo ſignata. *Walbaum chelonogr. p.* 120?
*Habitat in* Virginia. *Muſ. de Geer.*
Teſta *magnitudine ovi meleagridis ſordide palleſcens, antice retuſa, margine toto denticulata et quaſi eroſa, tecta ſquamis ſexagonis ſcabris;* cauda *pedibus brevior;* pedes 5-4 *quaſi elephantini, absque digitis diſtinctis.*

graeca. 10. T. pedibus ſubdigitatis, teſta poſtice gibba: margine laterali obtuſiſſimo, ſcutellis planiuſculis.
*Raj. quadr.* 243. Teſtudo terreſtris vulgaris.
*Habitat in* Africa, Sardinia, *Graecis, teſte* Forſkål, *amatus cibus, qui et crudum ſanguinem bibunt, et ova ejus coquunt; mares irati occurſantes lapide arietant, ut plagae eminus audiantur; Septembri ſub terra ſe abſcondens, Februario rurſus emergens, Junio in loco aprico foveae palmis effoſſae ova committit* 4-5 *alba, columbinis ſimilia, ex quibus poſt primas Septembris pluvias prodeunt pulli, juglandis magnitudine.*
Corpus $6\frac{1}{2}$ *pollices longum,* 4 *libras ponderoſum, caudatum:* Plantarum *ungues* 4, *palmarum utplurimum* 5, *interdum* 4. Teſta *ovalis margine integerrima;* ſcutum *valde convexum, cum cute ex nigro et flavo varium.*

carinata. 12. T. pedibus digitatis, teſta gibboſa, ſcutellis dorſalibus quatuor anterioribus carinatis, ſterno integro.
*Habitat in* calidis *regionibus.*

13. T.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0017-9

geometrica. 13. T. ſcutellis teſtae ovatae omnibus elevatis ſuperne planis, ſtriis flavis velut e centro ſtellatim concurrentibus. *Schneider Schildkr. p.* 352.

*Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 353. *n.* 13. Teſtudo pedibus poſticis palmatis, teſtae ſcutellis elevatis truncatis.

*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 50. Teſtudo unguibus acuminatis, palmarum 5, plantarum 4.

*Amoen. acad.* 1. *p.* 139. *n.* 24.

*Brünn. ſpol. mar. adriat. p.* 92. Teſtudo teſta gibba teſſellata ſubtus poſtice emarginata, pedibus fiſſis, cauda breviſſima.

*Brown jam. p.* 466. *n.* 5. Teſtudo major oblonga, teſta profundiori, cute loricata, unguibus palmarum 5, plantarum 4.

*Worm. muſ.* 317. Teſtudo picta ſ. ſtellata.

*Grew muſ.* 36. *t.* 3. *f.* 1. 2. Teſtudo teſta teſſellata major.

*Seb. muſ.* 1. *t.* 80. *f.* 83. Teſtudo minor amboinenſis.

*Piſ. braſil. t.* 105. Teſtudo nigricantibus et flaveſcentibus figuris geometricis.

*Raj. quadr.* 259. Teſtudo teſſellata minor.

*Gottwald Schildkr. t.* 13. 16.

*Habitat in* Dalmatia, Ruſſia *auſtrali*, Aſia, *et meridionali* America.

Cauda *brevis*; pedes *omnes fiſſi*, *anteriores digitis* 5, *poſteriores* 4, *omnibus unguiculatis*; teſta *non raro ſeſquipedalis*, *valde gibba*, *ſcutellis elevatis*, *medio flavis*, *verſus ambitum ſtriatis*, *hexagonis*; ſternum *poſterius acute emarginatum*.

**puſilla.** 14. T. pedibus ſubdigitatis, teſta hemiſphaerica: ſcutellis convexis trapeziis, margine ſtriatis diſco punctatis. *Hagſtroem. nov. act. Stockh.* 1784. 1. *n.* 6. *p.* 46.

*Grew muſ.* 38. *t.* 3. *f.* 2. Teſtudo virginea.

*Worm. muſ.* 313. Teſtudo terreſtris puſilla ex India orientali.

*Edw. av. t.* 204. *Raj. quadr.* 259. Teſtudo teſſellata minor africana.

*Habitat ad* caput bonae ſpei, *cicurata ſtercore gallinarum*, *pane*, *gramine*, *fructibus*, *ſaccharo*, *herbis floribusque variis*, *nequaquam lacte aliisve animalibus cibis victitans*, *per totam hiemem ab omni cibo potuque abſtinens*, *aquam non intrans*, *tardiſſime progrediens*, *niſi calore pulſa*.

Teſta *ſuperior modice convexa*, *magnitudine vix manus*, *cincta intra marginem faſcia albida*, *areis* 22 *trigonis obſcurioribus ornata*; ſcutella *diſci in medio elevato-punctata*,

ſtata, quorum 1 et 2 ſubcarinata, reliqua minime; teſta inferior ſubrubeſcens, anterius integra, poſterius emarginata; brachia et femora nuda ſine ſquamis; palmae indiviſae unguibus 5; plantae vix digitatae unguibus 4; cauda brevis.

indica. 29. T. teſta ſupra collum reflexa, ſcutellis tribus primoribus tuberoſis. *Schneid. Schildkr. p. 355. n. 14.*
*Habitat in* India.
Maxillae *ſerratae, et duplici adhuc dentium ſerie munitae;* teſta *ex fuſco cinerea;* ſcutella 3 *anteriora gibbo rotundo,* 3-4 *lineas alto, et ſeſquipollicem lato, inaequalia.*

picta. 30. T. teſta plana, utrinque macula duplici ex atro caeruleſcente notata, ſcutellis margine flavo cinctis, collo per longitudinem flavo nigroque ſtriato. *Schneid. Schildkr. p.* 348.
Pedes *unguibus brevibus acutis;* cauda *brevis;* ſternum *flavum, linea media nigra.* Hermann.

ſulcata. 31. T. caudata, pedibus digitatis, teſta gibba: ſcutellis lineatis ſulco circumſcriptis. *Mill. on var. ſubj. t.* 26. A. B. C.
*Habitat in inſulis* Americae *auſtrali oppoſitis.*

planitia. 32. T. pedibus digitatis, teſta ovali convexa laevi. *Gronov. zooph. n.* 76.
*Gronov. muſ. ichth.* 2. *p.* 86. *n.* 70. Teſtudo pedibus curſoriis, unguibus acuminatis quinis palmarum plantarumque.
*Habitat* Surinami.
Caput *ovatum, anterius acutum, ſupra plagioplateum;* oculi *magni, rotundi, contigui;* roſtri *apex obtuſus prominens;* maxillae *edentulae; inferioris apex aduncus;* lingua *teres;* ſcutella *elevata, aequalia, lata;* ſternum *ad latera anguſtatum;* pedes *craſſi, breves, ſinguli unguibus* 5 *acutis curvis muniti.*

33. T. teſta ovali gibba: ſcutellis diſci medio flavis, margine nitente atris, ſulcatis, lateralibus polygonis.
*Kil. Stobaeus act. litter. et ſcient. Suec.* 1730. *p.* 59. Teſtudo americana terreſtris, forte Jaboti Braſilienſibus, Cagado de terra Luſitanis dicta.

*Habitat*

*Quorſum ſpectet memorata a* Catesby *ex Savanna ſpecies, quae cocta una cum lorica antea dura adeo molleſcat tota, ut comedi poſſit, ex manca deſcriptione eruere non licet.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0019-4

*Habitat in* America *auſtrali.*

Caput *ſerpentis, maculis ſupra flavis, ſubtus rubris varium;* maxillae *canaliculatae, dentibus minutis munitae;* lingua *teres lata;* oculi *nigri, languidi, humidi;* collum *ad longitudinem pollicum* 4 *extenſile, cute obſcura, rugoſa, ſquamoſa tectum;* femora *craſſa, curva, rubro-maculata;* palmae *unguibus* 5, *plantae* 4. Scutum *pollices* 10 *longum,* 6½ *latum,* 5 *altum; dorſi* ſcutella 13, *primum ſeriei mediae pentagonum,* 2-4 *hexagonum,* 5 *trapezium;* margo *niger ſtriatus;* ſternum *flavum;* cauda *craſſa conica, pollicem circiter longa.*

## 120. RANA. *Corpus* tetrapodum nudum, utplurimum ecaudatum: pedibus poſterioribus longioribus.

* Bufones, *corpore verrucoſo, ventricoſo, pedibus brevioribus.*

Pipa. 1. R. digitis anticis muticis quadridentatis, poſticis unguiculatis. *Muſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 49. *Gron. muſ.* 2. *p.* 84. *n.* 64.
*Seb. muſ.* 1. *p.* 121. *t.* 77. *f.* 1-4. Bufo ſ. Pipa americana.
*Wagn. muſ.* 15. *t.* 7. Bufo major ſurinamenſis.
*Vincent. pip.* 1726. *t.* 62. Bufo aquaticus ſurinamenſis.
*Bradl. nat. t.* 22. *f.* 1. Rana ſurinamenſis.
*Valliſn. nat.* 1. *t.* 41. *f.* 6.
*Camper Schrift. der berl. Naturf. Geſ.* 7. *p.* 200.
*Fermin monogr.*

*Habitat in* Gujanae *aquis, nigris ejus incolis eſculenta; mas ova ſeriatim a femina excluſa hujus dorſo illinit, ſeque in hoc volutando foveis in cute feminae excavatis imprimit, ſuoque tum ſemine foecundat; ex ovis cum cute matris dorſali connatis poſt trimeſtre prodeunt pulli, branchiis carentes, primo ecaudati, poſt caudam aſſumentes, quam denique exuunt.*

Caput *planum, breviſſimum, latum;* roſtrum *ſpathulae forma;* oculi *remotiſſimi minimi;* collum *breviſſimum, rugoſum;* corpus *orbiculare, planum, ſupra ex nigro ſpadiceum, cute dura, cartilaginea;* digiti *anteriores teretes, poſteriores longiſſimi, membrana indiviſa juncti.*

muſica. 2. R. humeris gibbis punctatis.
*Habitat* Surinami *in aqua dulci, veſperi perque totam noctem loquax, muſica ſurinamenſis.*

Corpus *ſtatura bufonis, ſed majus, ex lurido et fuſco varium;* palpebra *ſuperior rugoſa, ſubverrucoſa;* humeri *utrinque gibbo ovato, punctis pertuſo;* abdomen *et* femora *punctis eminentibus;* palmae *fiſſae,* plantaeque *ſubpalmatae digitis quinque, unguibus vix ullis.*

Bufo. 3. R. corpore lurido fuſcoque. *Fn. ſuec.* 275.
*Fn. ſuec.* 1. *n.* 253. Rana palmis pentadactylis fiſſis, plantis hexadactylis palmatis: pollice breviore.
*It. oel.* 142.
*Geſn. piſc.* 807. Rubeta ſ. Phrynum.
*Bradl. nat. t.* 21. *f.* 2.
*Raj. quadr.* 252. Bufo ſ. Rubeta.
*Paulini C. F. Bufo curioſus Norib.* 1686.
*Roeſel hiſt. ran. noſtr. p.* 85. *t.* 20. Bufo terreſtris, dorſo tuberculis exaſperato, oculis rubris.
β) Bufo (calamita) dorſo olivaceo, taenia laterali inaequali lucide ex rubro flaveſcente. *Laurent. amph. p.* 27. *n.* 9.
Roehrling, Kreuzkroete. *Roeſ. hiſt. ran. noſtr. p.* 107. *t.* 24.
γ) Bufo (viridis) maculis viridibus confluentibus, verrucis macularum concoloribus, intervallorum rubris, intermediis bicoloribus. *Laur. amph. p.* 27. *n.* 8. *t.* 1. *f.* 1.
δ) Bufo obſtetricans. *Laur. amph. p.* 28. *n.* 12. 128.
Bufo terreſtris minor. *Act. pariſ.* 1741.
*Habitat in* Europae *nemoroſis, ruderatis, umbroſis, vere et aeſtate in aquis ſtagnantibus, hieme in lutoſis, non raro ſubterraneis, fodiens, noctu victum quaerens, inſecta venans, cotula, actaea, ſtachyde, aliis foetidis delectatus, vitae tenaciſſimae, ut prodeuntes ex ovis per annos intra lapides incluſis pulli vivi adhuc reperti ſint; vi noxia et ſalutari orbus, a buteone, aliisque falconibus et ardeis devoratus, et ab ipſo erinaceo, quem ideo Ucraniae incolae domeſticum alunt.*

Rubeta. 4. R. ano obtuſo, ſubtus punctato. *Fn. ſuec.* 276.
*Syſt. nat.* 37. *n.* 5. Rana palmis tetradactylis fiſſis, plantis pentadactylis ſubpalmatis, ano ſubtus punctato.
*It. wgoth.* 261.
*Habitat in* Europa, *frequens poſt imbres, unde rana coelitus demiſſa* Rondeletio; *pullo bufonis ſimilis; an vere diſtincta ſpecies?*

gibboſa. 5. R. corpore ovato-convexo: vitta longitudinali cinerea dentata, pedibus fiſſis.

*Amoen. ac.* 1. *p.* 286. *et Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 48. Rana palmis tetradactylis fiſſis, plantis hexadactylis fiſſis, pollice latiuſculo breviſſimo.

*Laurent. amph. p.* 27. *n.* 6. Bufo gibboſus.

β) Bufo (marmoratus) dorſo ex rubro et cinereo-flaveſcente marmoris ad inſtar variegato, abdomine flavo nigro-maculato. *Laur. amph. p.* 29. *n.* 14.

*Seb. muſ.* 1. *t.* 71. *f.* 4. 5.

*Habitat in* India, β) Surinami.

Bombina. 6. R. abdomine aurantio caeſio-maculato, pupilla triquetra. *Blumenb. Naturg. p.* 260. *n.* 5.

Rana corpore verrucoſo, abdomine albido nigro-maculato, plica gulari. *Syſt nat* 12. 1. *p.* 355. *n.* 6. *Fn. ſuec.* 277.

Rana variegata. *Syſt. nat.* X. 1. *p.* 211.

Bufo igneus. *Roeſel ran. noſtr. t.* 22. 23. *Laur. amph. p.* 29. *n.* 13.

*Albert. M. anim. p.* 251.

β) Bufo abdomine nigro, punctis maculiſque candidiſſimis. *Laur. amph. p.* 29. β.

γ) Bufo fuſcus. *Roeſel hiſt. ran. noſtr. t.* 17. 18.

Bufo fuſcus, cute laeviuſcula, maculis plurimis fuſcis, in intervallis albicantibus albis, et ad latera artuumque articulos miniatis. *Laur. amph. p.* 28. *n.* 10.

δ) Rana campaniſona. *Laur. amph. p.* 30. *n.* 18.

*Geſn. piſc. p.* 809. 952.

*Habitat in* Scaniae, Germaniae, Helvetiae *potiſſimum paludibus, ranae inſtar ſaliens, ſonumque clarum emittens, quaſi cachinnantis.*

*Bufoni*

Ranae *corpore breviori, capite latiore, craſſiore, nulla plerisque cauda a lacertis diverſae, inſectis victitantes, quarto demum anno puberes, ultra duodecimum vix vivaces, palmis utplurimum fiſſis tetradactylis, plantis palmatis pentadactylis utrisque muticis inſtructae, ſalaciſſimae feminam ova nuda parientem per dies et ſeptimanas tenaciſſime amplectuntur, apodes ex ovo prodeunt, cauda piſcinae ſimili muniti, quae, prouti pedes emergunt, ſenſim evaneſcit, eo in ſtatu (gyrini) branchiarum ſpecie, et pulmonibus ſubſidiariis, multae etiam ad labium inferius tubo exiguo, cujus ope ſuctione aliis corporibus ſe affigunt, aut juxta oculos ſiniſtros utriculo inſtructae, cujus ope aquam eructant; amplexus tempore palmarum pollice mari verrucoſo; bufones tetro aſpectu nocturni, in umbroſis, obſcuris latentes, ova pariunt in taeniam longiſſimam connexa; ranae proprie dictae agiliores, diurnae, in aprico magis verſantes ova in acervum confuſa emittunt. De oſſium ſtructura v. Troja act. Pariſ. exot. t. 9. de ſono, quem edunt, Camper Act. Roterod. t. 1. an* Rana *a Lepechin it. 1. p. 318. memorata et t. 22. f. 6. depicta, propria ſpecies?*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0022-7
DFG

*Bufoni ſimilis, ſed parva, nigra, ſupra undique punctis exaſperata, ſubtus varia; ruga ſub collo transverſa.*

ſalſa. 18. R. ſupra ex terreo olivacea, ſubtus albida nigro maculata, pedibus omnibus fiſſis.

Bufo ſalſus. *Schranck naturh. Br. über Oeſtreich &c.* 1. *p.* 308.

*Habitat in aquis ſtagnantibus ſalſis* Berchtesgadenſibus, *arborea minor, lucem fugiens, inodora, ex verrucis medio perforatis minutis concoloribus nihil liquidi exſudans*; pedes *fuſco-faſciati*, *ſubtus flavi.*

ventricoſa. 7. R. ore ſemiovato, jugulo prominulo. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 48.

Bufo ventricoſus. *Laur. amph. p.* 26. *n.* 5.

β) Bufo (puſtuloſus) puſtulis dilute lacteis. *Laur. amph. p.* 26. *n.* 4.

*Seb. muſ.* 1. *t.* 74. *f.* 1.

*Habitat in* America *auſtrali et* India.

Corpus *fuſcum, orbiculatum; tubercula ſummi colli longitudinaliter digeſta;* dorſi *rugae tres longitudinales;* hypochondria *dilatata tumida.*

marina. 8. R. ſcapulis pulvinatis, ſuperciliis verrucoſis conchatis, plantis ſubpalmatis.

*Seb. muſ.* 1. *t.* 76. *f.* 1. Rana marina maxima.

*Wallbaum Schr. der Naturf. berl. Geſ.* 5. *p.* 230. Meerfroſch.

β) Rana ochroleuca ſupra fuſco punctata, ſubtus livido adumbrata, cervice et humeris griſeo maculatis. *Wallbaum Schr. der berl. Naturf. Geſ.* 5. *p.* 241.

*Habitat in* America.

Magnitudo *ingens;* longitudo *ab apice oris ad anum* 6 *pollices excedens;* color *ex flaveſcente griſeus, hinc inde fuſceſcente maculatus;* verrucae *majores et minores, medio puncto elevato badio;* pulvinaria *ovata laevia, poris pertuſa;* anus *radiis rugoſis cinctus;* plantarum *digiti primo tantum articulo membrana connexi, ultimo articulo membrana badia fimbriato.*

braſilienſis. 19. R. ex cinereo flaveſcens, maculis rubris undoſis, ſubtus glabra. *Laur. amph. p.* 26. *n.* 3.

*Seb. muſ.* 1. *t.* 73. *f.* 1. 2.

*Habitat in* Braſilia.

Arunco. 20. R. pedibus omnibus palmatis. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 190.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0023-2 DFG

*Habitat in aquis regni* Chilenſis, *temporaria paulo major, et ejusdem fere coloris.*

*In plantis leve unguiculorum veſtigium.*

lutea. 21. R. corpore luteo, pedibus omnibus ſubpalmatis. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 190.

*Habitat in aquis regni* Chilenſis, *eſculentae habitu, at multo minor.*

*Ultimi digitorum articuli liberi.*

margaritifera. 22. R. ex fuſco rubra, granulis dilute rubellis conſperſa. *Laur. amph. p.* 30. *n.* 15.

*Seb. muſ.* 1. *t.* 71. *f.* 6. 7.

β) Rana dilute lutea, granulis rubris conſperſa, palmis pentadactylis.

*Seb. muſ.* 1. *t.* 71. *f.* 8.

*Habitat in* Braſilia.

Latera *ex flavo variegata*; abdomen *albens, granulis dilute caeruleis*; pedes *hiſpidi.*

cornuta. 11. R. palpebris conicis. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 48.

Bufo cornutus. *Laur. amph. p.* 25. *n.* 2.

Bufo cornutus ſ. ſpinoſus virginianus. *Seb. muſ.* 1. *t.* 72. *f.* 1. 2.

*Habitat in* Virginia *et* Surinamo, *aſpectu horrenda.*

Caput *ingens, anterius rotundatum, thoraci circumfuſum*; faux *ampliſſima*; palpebrae *molles, mucronatae, apice trifidae, medio ſui oculum gerentes*; *adultae* dorſum, femora, anus *ſpinis horrent.*

ſitibunda. 23. R. ſupra ex glauco cineraſcens, maculis ex viridente nigricantibus varia, ſubtus ſordide alba, plantis ſemipalmatis ſubheptadactylis. *Pall. it.* 1. *p.* 458. *n.* 16.

*Habitat in ſiccis deſertis ad fluvium* Ural, *oppida et fortalitia quoque colens, interdiu in antris latens, veſpere circumſaltans, bufonis forma, ſed major.*

Caput *breve, retuſum, pone orbitas quaſi filo conſtrictum*; palpebrae *ſubcarnoſae*; corpus *punctis prominulis fuſcis, et verruculis ad latera majoribus per inguina et hypochondria creberrimis conſperſum*; palmarum *pollex divaricatus*; plantarum *callus ad metatarſum utrinque prominulus.*

veſpertina. 24. R. macula inter oculos transverſa, poſterius bicruri aliisque oblique ab oculis ad nares, corpore ſupra cinereo maculis

maculis longitudinalibus ſubconfluentibus fuſcis, viridi variantibus vario, ſubtus albido cineraſcente inquinato. *Pall. it.* 1. *p.* 458. *n.* 15.

*Habitat in* Sibiria, *bufonis magnitudine*, *forma eſculentae*, *at aegre ſaliens.*

Caput *breve*; corpus *ſupra pupillis ſubverrucoſis conſperſum.*

ridibunda. 25. R. corpore fuſco-maculato ſupra cinereo, linea dorſali flava vel ſubviridi, ſubtus albido glabro, clunibus fuſcis lacteo-maculatis. *Pall. it.* 1. *p.* 458. *n.* 14.

*Habitat copioſiſſima verſus mare* caſpium, *fluviis* Volgae *et* Ural *communis*, *in ſiccum nunquam exiens*, *maxima*, *ut ſemilibram pondere aequet*, *temporariae forma*, *ſed latior et brevior*; *vox veſpertina cachinni aemula.*

Caput *latum*, *plagioplateum*; palpebra *ſuperior convexa*, *poris adſperſa*; tympana *plana*; dorſum *poris adſperſum*; latera *verrucis obſoletis*; palmarum *pollex baſi craſſus divaricatus*, *digito proximo reliquis omnibus breviore*; artus *poſteriores ſubfoſciati*; plantae *callo interius accedente ſubhexadactylae*, *digitis ſubtus ad articulos verruca notatis.*

variabilis. 26. R. colorem varians, dorſo et lateribus gibbis, verrucis in centro fulveſcentibus, dorſi medii exilibus, in prominentiſſima hypochondriorum parte majoribus. *Pall. ſpic. zool.* 7. *p.* 1. *t.* 6. *f.* 3. 4.

Bufo Schreberianus. *Laur. amph. p.* 27. *n.* 7. *Roeſel hiſt. ran. noſtr. p.* 108.

*Habitat in* Germaniae *inferioris umbroſis*, *eſculentae magnitudine*, *habitu inter bufones et ranas media*, *corpore ipſo ultra* 2 *pollices longo*, *vigil colore corporis albo*, *macularum viridi*, *in ſolis ardore toto cinereo*, *dormiens macularum ſolarum colore cinereo*, *torpens corporis ipſius colore carneo conſpicua.*

Caput *rotundatum*; os *plane edentulum*; maxillae *ſuperioris margine geminato*; lingua *carnoſa*, *craſſa*, *repoſtilis*, *baſi antice obſolete biloba*, *apice integerrima*; palpebra *ſuperior vix ulla*, *inferior plicatilis*; tympana *albida*; verrucae *mammillares*, *in inguine creberrimae*; gula *punctis prominulis aſpera*; color *in ſpiritu ſervatae ex cinereo flaveſcens*, *ſupra ſubolivaceus*; palmarum *digiti* 3½ *ſubtus marginati*, *pollex major*; plantarum *digitus ſecundus longiſſimus.*

** Ranae *proprie dictae, corpore magis oblongo laevi, pedibus longioribus.*

typhonia. 9. R. auricularibus lobis ovatis.
*Habitat in* America, *clamitans nocte ſono cornicis tetro lucente.* Rolander.
Dorſum *rugis quatuor longitudinalibus, punctis elevatis maculisque nigris;* plantarum *digiti anguſti absque unguibus orbiculatis: ſecundus longiſſimus.*

pentadactyla. 27. R. pedibus omnibus faſciatis pentadactylis, corpore venuloſo: maculis dorſalibus transverſis, lateralibus ocellatis. *Laur. amph. p.* 32. *n.* 23.
*Seb. muſ.* 1. *t.* 75. *f.* 1.
β) Rana fuſca, palmarum digitis 4 cum rudimento quinti, plantarum quinis cum rudimento ſexti. *Laur. amph. p.* 32. β.

ocellata. 10. R. auribus ocellatis, pedibus muticis. *Muſ. Ad. Frid.* 2. *p.* 39.*
*Brown jam.* 466. *t.* 41. *f.* 4. Rana maxima compreſſa miſcella.
*Seb. muſ.* 1. *t.* 76. *f.* 1.
*Habitat in* America.
*Utrinque ad* aures *macula ocellata;* plantae *ſubpalmatae.*

pipiens. 28. R. viridis, ocellis plurimis fuſcis annulo flaveſcente cinctis. *Schreber Naturf.* 18. *p.* 182. *t.* 4.
*Catesb. Car.* 2. *t.* 70. *Klein quadr. p.* 119. Rana aquatica.
*Kalm. it.* 3. *p.* 45. 46. Rana halecina, et Rana vireſcens.
*Habitat ad* Americae *ſeptentrionalis aquas fluentes, ab ore ad pedum extenſorum apicem usque* 5-6 *pollices longa, temporaria et eſculenta minor, huic ſimilior, quam illi, primis Maji diebus, et per reliquum ver, nocte praeſertim et ingruente pluvia, alta voce clamitans, ſaltibus aliquando ingentibus progrediens.*
Aures *vivi animalis aureo nitore reſplendent;* corporis *habitus idem, qui eſculentae;* ani *regio rugoſa;* palmarum *digitus a pollice tertius reliquis longior;* femora *poſteriora longiora, quam eſculentae;* tibiae *his longiores; adhuc longiores* plantae, *utrinque marginatae;* digitis *vix apice liberis, quarto reliquos ſuperante.*

bicolor. 29. R. ſupra caerulea, ſubtus ochracea. *Boddaert Schr. der berl. Naturf.* 2. *p.* 459.
*Magnitudine pleraſque congeneres excedit.*

30. R.

maxima. 30. R. pedibus omnibus palmatis et cum digitis faſciatis, corpore venuloſo variegato: ſummo dorſo oblique maculato.
*Laur. amph. p.* 32. *n.* 24.
*Seb. muſ.* 1. *t.* 72. *f.* 3.
*Faſciae* pedum *per paria approximatae, ſupra confluentes.*

alpina. 31. R. tota atra. *Laur. amph. p.* 133.
*Habitat in declivibus montis auſtriaci* Schneeberg.

venuloſa. 32. R. pedibus fiſſis, corpore venuloſo maculoſo: maculis confluentibus. *Laur. amph. p.* 31. *n.* 22.
*Seb. muſ.* 1. *t.* 72. *n.* 4.
*Habitat in* India *et auſtrali* America.

virginica. 33. R. cinerea, rubro maculata, ſubtus flaveſcens, dorſo quinquestriato quinquangulari. *Laur. amph. p.* 31. *n.* 20.
*Seb. muſ.* 1. *t.* 75. *f.* 4.
*Habitat in* Virginia.

temporaria. 14. R. dorſo planiuſculo ſubangulato. *Fn. ſuec.* 278. *It. oel.* 154.
Rana palmis tetradactylis fiſſis, plantis pentadactylis palmatis: pollice longiore. *Fn. ſuec.* 1. *n.* 250.
*Laur. amph. p.* 30. *n.* 17. Rana muta.
*Roeſel hiſt. ran. noſtr. p.* 1. *t.* 1-3. Rana fuſca terreſtris.
*Geſn. aq.* 805. *ovip.* 46. Rana aquatica innoxia.
*Raj. quadr.* 241. Rana aquatica.
*Aldr. ovip.* 89. Rana.
*Jonſt. quadr. t.* 75. *f.* 5-8.
*Bradl. natur. t.* 21. *f.* 1.
β) Rana gigas. *S. G. Gmelin it.* 3.
*Habitat in* Europa, β) *in* Perſia, *vere aquatica inter bufones, aeſtate terreſtris, inſons, limacibus, culicibus, muſcis aliisque inſectis victitans, anatibus ardeisque cibo inſerviens, corde licet exemto adhuc ſaliens; garrula limoſis rana coaxat aquis; gigas noctu vocem hominis iracundi aemulatur.*

marginata. 12. R. lateribus marginatis, pedibus fiſſis. *Muſ. Ad. Frid. p.* 47.*
*Habitat in* India, *et auſtrali* America.

eſculenta. 15. R. corpore angulato, dorſo transverſe gibbo, abdomine marginato. *Fn. ſuec.* 279.
*Geſn. piſc.* 809. Rana gibboſa 4-5.

*Roeſel hiſt. ran. noſtr. p.* 51. *t.* 13. 14. Rana viridis aquatica.

*Habitat in* Europae *fontibus, paludibus, ſtagnis, viridis, lineis tribus flavis, media ab ore ad anum ducta;* dorſum *transverſe gibboſo-diffractum;* mas *oris angulis globoſo-inflatis cantu veſpertino frequentiore praedicit pluviam; animoſus ipſos lucios adoritur et vincit.*

*** Hylae *cruribus poſticis longiſſimis: unguibus lenticulatis.*

arborea. 16. R. corpore ſubtus granulato, pedibus fiſſis. *Blumenb. Naturg. p.* 261. *n.* 8.

Rana corpore laevi: ſubtus punctis contiguis tuberculato, pedibus fiſſis, unguibus orbiculato-dilatatis. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 357. *n.* 16. *Fn. ſuec.* 180.

Rana pedibus fiſſis, unguibus ſubrotundis, corpore laevi poſtice anguſtato. *Amoen. ac.* 1. *p.* 135. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 47.

*Gronov. muſ.* 2. *p.* 84. *n.* 63. Rana.

*Laurent. amph. p.* 33. *n.* 26. Hyla viridis.

*Roeſel hiſt. ran. noſtr. p.* 37. *t.* 9-11. Rana arborea.

*Geſn. piſc.* 808. Ranunculus viridis.

*Raj. quadr.* 251. Rana arborea ſ. ranunculus viridis.

β) Rana pedibus fiſſis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis: geniculis ſubtus tuberoſis. *Amoen. ac.* 1. *p.* 285.

Hyla fuſca. *Laur. amph. p.* 34. *n.* 27.

γ) Hyla viridis, linea flava utrinque recta. *Laur. amph. p.* 33. *n.* 36. β.

*Catesb. Car.* 2. *p.* 71.

δ) Hyla ranaeformis. *Laur. amph. p.* 33. *n.* 25.

*Seb. muſ.* 2. *t.* 13. *f.* 2.

ε) Rana americana rubra. *Seb. muſ.* 2. *t.* 70. *f.* 4.

ζ) Hyla viridi-fuſca. *Laur. amph. p.* 34. *n.* 29.

*Merian. ſurin. t.* 56.

η) Hyla tibiatrix. *Laur. amph. p.* 34. *n.* 30.

*Seb. muſ.* 1. *t.* 71. *f.* 1. 2.

ϑ) Hyla rubra. *Laur. amph. p.* 35. *n.* 32.

*Seb. muſ.* 2. *t.* 68. *f.* 5.

ι) Hyla Sceleton. *Laur. amph. p.* 35. *n.* 33.

*Seb. Muſ.* 1. *t.* 73. *f.* 3. Rana braſilienſis gracilis.

*Habitat in* Europa (Anglia *excepta*) *et* America *ſub foliis arborum, muco, limacis inſtar, obducta, muſcas in fauces quaſi revocans, colorem non raro, chamaeleontis more, mutans;*

*mutans; mas gulam maximopere inſtando pluvia inſtante, et amplexus praeſertim tempore altiſſimam vocem edit.*

Corpus *ſupra virens, ſubtus albens, utroque latere linea flava curva.*

leucophylla. 34. R. corpore laevi cano, maculis oblongis lacteis vario, palmis lobatis, plantis palmatis. *Beireis Schr. der berl. Naturf. Geſ. 4. p. 178. t. 11. f. 4.*

*Habitat in* America, 46 *grana pondere aequans.*

Oculi *aurei; inter hos, ad* latera, *in dorſi medio, et ad* tibias *maculae oblongae albae;* clunes *graciles.*

ſquamigera. 35. R. faſcia ſquamoſa ſuper dorſum ſemicincta, plicis lateralibus et gulari, palmis ſemipalmatis, plantis palmatis. *Wallbaum Schr. der berl. Naturf. Geſ. 5. p. 221.*

*Habitat in* America? *eſculentae habitu et magnitudine, ultra 2 pollices longa.*

Color *ex griſeo et fuſco varius, punctis denſius aggregatis ſparſiſque maculis, in dorſo poſteriore ſerpentino ductu progredientibus pictus;* faſcia *ex ſquamis exilibus, ſubpellucidis, rhomboideis imbricatis;* artus *poſteriores anterioribus duplo longiores.*

boans. 17. R. corpore laevi: ſubtus punctis contiguis, pedibus palmatis.

Rana palmis tetradactylis, plantis pentadactylis palmatis, digitorum apicibus ſubrotundis. *Amoen. acad.* 1. *p.* 285. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 47.

*Seb. muſ.* 1. *t.* 71. *f.* 4.

*Laur. amph. p.* 34. *n.* 28. Hyla lactea.

β) Rana corpore ſupra ex caeruleſcente ſubplumbeo. *Laur. amph. p.* 34. *β.*

γ) Hyla aurantiaca. *Laur. amph. p.* 35. *n.* 31.

*Seb. muſ.* 1. *t.* 71. *f.* 3. Rana ſurinamenſis.

*Habitat in* America, *arboreae ſimillima, pedibus tamen omnibus palmatis et corpore albo maculis lacteis vario diſtincta, ſi quidem haec ſufficiant ad ſpeciem diſtinguendam.*

**** *caudatae.*

paradoxa. 13. R. femoribus poſtice oblique ſtriatis. *Muſ. Ad. Frid.* 2. *p.* 40.*

*Syſt. nat.* VI. *p.* 36. *n.* 2. Lacerta cauda ancipiti, palmis tetradactylis fiſſis, plantis pentadactylis palmatis, abdomine ventricoſo.

*Maſ. Ad. Frid.* 1. *p.* 49. Rana piſcis.
*Laur. amph. p.* 36. *n.* 34. Proteus raninus.
*Seb. muſ.* 1. *t.* 78.
*Merian. ſurin.* 71. *t.* 71.
*Habitat in* America *auſtrali, cauda robuſta, carnoſa, ancipiti, permanente a congeneribus diſtincta; contra morem congenerum gyrinus jam perfectum animal magnitudine refert, et antequam penitus perficiatur, aliquoties cutem mutat; inde illae fabulae ranarum in piſces abeuntium.* *)

## 121. DRACO. *Corpus* tetrapodum, caudatum, alatum: alis propriis. **)

volans. 1. Dr. brachiis ab ala diſtinctis. *Syſt. nat.* XXXVI. *Gronov. muſ.* 2. *p.* 73. *n.* 46.
Draco. *Muſ. Ad. Frid.* 1. 40.
Lacerta cauda tereti, pedibus pentadactylis, alis femore connexis, criſta gulae triplici. *Amoen. acad.* 1. *p.* 126.
Lacerta africana volans ſ. Draco volans. *Seb. muſ.* 2. *t.* 86. *f.* 3.
Lacerta volans indica. *Raj. quadr.* 275.
Lacerta volans. *Bradl. nat. t.* 9. *f.* 5. *Grimm eph.* N. C. *ann.* 12.
Lacertus volans ſ. Dracunculus. *Bont. jav.* 57. *t.* 57.
*Habitat in* India *et* Africa.

praepos. 2. Dr. brachiis alae adnatis. †
*Seb. muſ.* 1. *p.* 160. *t.* 102. *f.* 2. Draco volans americanus.
*Alas et pingunt et deſcribunt a pedibus anterioribus ſeparatas autores.* ***)

122. LA-

Dipſas. ♂ 152—135. 155—123. 287. C. *Amoen. acad.* 1. *p.* 302. *n.* 29.
*Gronov. muſ. p.* 64. *n.* 30.
*Boddaert nov. act. ac. Caeſ.* 7. *p.* 24. *n.* 31. Coluber unicolor viridis, lineis duabus albis.
*Grew muſ.* 2. *p.* 64. *n.* 30.
*Seb. muſ.* 2. *t.* 24. *f.* 3. Serpens ſurinamenſis caerulea.
*Habitat in* America, *ex viridi caeruleſcens, ſquamis margine albidis.*
Cauda *ſubtus ſutura caeruleſcens.*

Dhara. 235—48. 288. C. *Forſk. Fn. arab. p.* 14. *n.* 9.
*Habitat in* Arabiae *parte,* Yemen, *longitudine cubitum ſuperans, craſſitie digito minor, immaculatus, ſupra ex cupreo cineraſcens, ſquamarum margine albeſcente, ſubtus albus.*
Caput *ovatum, obtuſum;* verticis *ſquamae magnae, media inter oculos reliquas ſuperante.*

Pelias. 187—130. 290. C. *Muſ. de Geer.*
*Habitat in* America *auſtrali et* India, *pone oculos et verticem fuſcus, ſubtus viridis, utrinque linea flava, ceterum nigro-duplicatus.*

Tyria. 210—83. 293. C. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 45.*
*Habitat in* Aegypto, *albidus, macularum rhombearum fuſcarum ordine triplici longitudinali.* Haſſelquiſt.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0085-7

*Scutis. Scutellis.*

jugularis. 195 — 102. 297. C. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 45.*
*Habitat in* Aegypto, *niger, jugulo ſanguinolento.* Haſſelquiſt.

caſpius. 198 — 100. 298. C. *Lepechin it.* 1. *p.* 317. *t.* 21.
*Habitat ad littora maris* Caſpii *in dumetis et depreſſioribus pratis, irritatus hominem violenter petens, quem alias metuit, et ſibilando ſe prodens, capite erecto prorepens, ultra* 5 *pedes longus, ſupra alternatim flavo- et fuſco-faſciatus, ſubtus flavus.*
Oculi *globoſi, dilutius fuſci;* maxillae *dentium minutorum acutorum ordinibus binis armatae;* dorſum *et latera ſquamarum medio flavarum, margine nigrarum ordinibus* 18 *tecta.*

orientalis. 202 — 96. 298. C. *Gron. zooph.* 1. *p.* 19. *n.* 93.
202 — 74. *Boddaert nov. act. ac. Caeſ.* 7. *p.* 18. *n.* 2.
*Seb. muſ.* 2. *p.* 9. *t.* 8. *f.* 4. Vipera vera orientalis.
*Habitat in* Oriente.

Pethola. 209 — 90. 299. C. *Amoen. ac.* 1. *p.* 306. *n.* 36. *et p.* 119. *n.* 8. *et p.* 495. *n.* 13.
207 — 103. *Gron. muſ.* 2. *p.* 57. *n.* 13.
*Laur. amph. p.* 87. *n.* 189. Coronella petola.
208 — 90. *Sundm. Surin. Grill. n.* 13.
207 — 85. *Boddaert nov. act. ac. Caeſ.* 7. *p.* 23. *n.* 26. Coluber dorſo et lateribus faſciis transverſalibus.
*Seb. muſ.* 1. *p.* 819. *t.* 54. *f.* 4. Serpens africana Pethola dicta.
β) Coronella africana, candida, dorſi maculis anterius ſubrotundis, ſenſim rhomboidalibus, margine rubellis. *Laur. amph. p.* 87. *n.* 190.
*Seb. muſ.* 2. *t.* 82. *f.* 2.
γ) Coronella ocellata, caeruleſcens, ocellorum atrorum medio caeruleorum quadruplici ſerie longitudinali. *Laur. amph. p.* 84. *n.* 179.

δ) Co-

δ) Coronella faſciata, ex albo caeruleſcens, faſciis ex fuſco nigris, lineis duabus longitudinalibus albis diremtis. *Laur. amph. p.* 86. *n.* 180.

ε) Coronella latiroſtra, fuſceſcens, faſciis raris obſoletis, roſtro depreſſo. *Laur. amph. p.* 86. *n.* 184.

ζ) Coronella latiroſtra, faſciis prope abdomen luteſcentibus confluentibus. *Laur. amph. p.* 86. *β.*

η) Coronella ceraſtoides, ex albo ſubfuſceſcens, maculis dilute fuſceſcentibus, occipitis duabus longitudinalibus, dorſalibus ellipticis, in unam ſeriem digeſtis. *Laur. amph. p.* 86. *n.* 185.

θ) Coronella taeniata, medii dorſi taenia fuſca, abdomine et lateribus ex albo ſubfuſceſcentibus ſummis lateribus dilute fuſcis diſtinctis. *Laur. amph. p.* 86. *n.* 186.

ι) Coronella anguiformis faſciis circularibus fuſcis integris, ſubtus oblique concurrentibus. *Laur. amph. p.* 85. *n.* 182.

*Habitat in* Africa, *plumbeus, faſciis teſtaceis, corpore natricem ſimulans.*

Caput *media fronte inter oculos clypeo lucente, ex ſcutis majoribus polymorphis conſtante ſubovato, ad latera et occiput utrinque ſquamis imbricatis tectum;* roſtrum *acutum.*

*Scutis. Scutellis.*

ocellatus. — — — C. rubellus ocellis coccineis, ſcuto capitis ex rufo flaveſcente.

*Seb. muſ.* 2. *t.* 1. *f.* 3. 8.

*Habitat in* Zeylon *et* Sina, *petholae affinis.*

Hitambo-cia. — — — C. flavus, faſciis duabus ſaturatioribus, capite rufo. *Laur. amph. p.* 85. *n.* 181.

*Seb. muſ.* 1. *t.* 33. *f.* 6.

*Habitat in* India, *ad petholam accedens.*

tigrinus. — — — C. totus maculatus, capitis ſcuto candidiſſimo.

*Laur. amph. p.* 87. *n.* 187. Coronella tygrina.

*Seb. muſ.* 2. *t.* 15. *f.* 2.
*Habitat in* Amboina, *petholae multum ſimilis.*

| | *Scutis.* | *Scutellis.* | |
|---|---|---|---|
| Catus. | — | — — | C. albus, ſquamis quaternis nigris interſperſis in areolas conſertis. *Laur. amph. p.* 88. *n.* 192. Coronella Catus. *Seb. muſ.* 2. *t.* 75. *f.* 1-5. *Habitat in* America, *muribus gliribusque cati inſtar inſidians, ad petholam accedens.* |
| cervinus. | — | — — | C. albus, medio nigro-punctatus, utroque fine nigro-virgatus. *Laur. amph. p.* 88. *n.* 191. Coronella cervina. *Seb. muſ.* 2. *t.* 79. *f.* 3. *Habitat in* America, *petholae affinis.* |
| virginicus. | — | — — | C. ſaturate fuſcus, faſciis luteis, fronte ſcutata. *Laur. amph. p.* 86. *n.* 183. Coronella virginica. *Seb. muſ.* 1. *t.* 75. *f.* 3. *Habitat in* Virginia, *petholae propinquus.* |
| ruber. | — | — — | C. ſubtus albus, ſupra ruberrimus: maculis alterne cohaerentibus. *Seb. muſ.* 1. *t.* 52. *f.* 4. *Habitat in* America, *ad petholam referendus.* |
| auſtriacus. | — | — — | C. ex cinereo caeruleo rufus, dorſi maculis alternis diſtinctis, fronte ſcutata. *Laur. amph. p.* 84. *n.* 178. *t.* 5. *f.* 1. Coronella auſtriaca. *Habitat circa* Viennam, *vulgaris, ad petholam accedens.* |
| teſſellatus. | — | — — | C. ſupra nigro fuſcoque alternatim teſſellatus, ſubtus ater: maculis utrinque albis inaequalibus, capite elongato anterius ſcutato. *Laur. amph. p.* 87. *n.* 188. Coronella teſſellata. *Habitat in* Japidia, *petholae affinis.* |
| aeſtivus. | 155 | —144. 300. | C. D. *Garden.* *Catesb. Car.* 2. *t.* 57. |

*Habitat*

*Habitat in* Carolina, *Abaetullae ſimilis, glaberrimus, totus caeruleus, ſubtus pallide virens.* Cauda $\frac{1}{3}$.

*Scutis. Scutellis.*

cahirinus. 230 — 82. 302. C. *Forſk. Fn. arab. p.* 14. *n.* 7.
*Habitat ad* Cahiram, *pollicis craſſitie*, $4\frac{1}{4}$ *pedes longus, ſupra griſeus, maculis dorſalibus fuſcis ovalibus magnis, lateralibus quadrato-emarginatis parvis, ſubtus totus ſericeo-albus, tyriae affinis.*
Caput *planiuſculum, ſubcordatum;* vertex *ſquamis duabus pallidis oblongis* 12es *reliquis majoribus tectus.*

flaveſcens. 225 — 78. 303. C. *Scop. ann. hiſt. nat.* 2. *p.* 39.
*Habitat in comitatu* Tyrolenſi, *tripedalis, ſquamis ellipticis tectus, fuſcus, ſubtus flaveſcens.*

Molurus. 248 — 59. 307. C. *Muſ. de Geer.*
*Habitat in* America *auſtrali et* India, *boae ſimillimus, et ſcutis et ſquamis capitis majoribus, quales in colubris.*

Schokari. 180 — 114. / 183 — 144. 309. C. *Forſk. Fn. arab. p.* 14. *n.* 10.
*Habitat in* Arabiae, *praeſertim* Yemen *ſilvis montoſis, ſeſquicubitalis, digiti craſſitie, ſupra fuſco-cinereus, vitta utrinque duplici longitudinali alba, et praeterea in majoribus vitta dorſi medii parva ex guttis albidis conflata; ſubtus albeſcens, verſus gulam flavicans, fuſco-punctatus;* caput *ovatum obtuſum;* vertex *planatus ſquamis magnis;* cauda *corpore fere duplo brevior.*

Baetaen. ♂ — — — C. albo nigroque maculatus. *Forſk. Fn. arab. p.* 15. *n.* 11.
*Habitat in* Arabia, *pedem longus,* 2 *fere pollices craſſus, morſu momento primo lethali, corpore intumeſcente.*

Hoelleik. — — — C. totus ruber. *Forſk. Fn. arab. p.* 15. *n.* 12.
*Habitat in* Arabia, *pedem longus, morſu tumorem ardentem excitans; halitu pruritum ciere fertur.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0089-3

*Scutis. Scutellis.*

Hannaſch. — — — C. totus niger.
*Habitat in* Arabia, *cubitum longus, craſſitie digiti, tumorem morſu excitans.*

purpuraſcens. 189—122. 311. C. *Gron. muſ.* 2. *p.* 311. *n.* 17.
*Boddaert nov. act. ac. Caeſ.* 7. *p.* 19. *n.* 5.

Ahaetulla. 163—150. 313. C. *Amoen. acad.* 1. *p.* 115. *n.* 2. *et p.* 495. *n.* 12. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 35. *t.* 22. *f.* 3.
165—152. *Gron. muſ.* 2. *p.* 61. *n.* 24.
169—173. } *Weigel Abh. der hall. Naturf. Geſ.* 1. *p.* 40. *n.* 58-60.
161—141. }
163—152. } *Boddaert nov. act. ac. Caeſ.* 7. *p.* 22. *n.* 23. Coluber capite, collo dorſique anterioris parte caeruleis, cetero corpore exalbido, iridis coloribus ſuperbiente.
*Laur. amph. p.* 79. *n.* 161. Natrix Ahaetulla.
*Catesb. Car.* 2. *t.* 47. Anguis gracilis caeruleo-viridis.
*Petiv. gazoph. t.* 100. *f.* 5. Long green Borneo Snake.
*Seb. muſ.* 2. *t.* 82. *f.* 1. Serpens ornatiſſima Amboinenſis Bonguatrora.
*Seb. muſ.* 2. *t.* 63. *f.* 3.
12. *f.* 3.
*Bradl. natur. t.* 9. *f.* 2.
*Habitat in* Aſia *et* America, *ad* 3 *pedes et* 14 *pollices longus, flagelliformis, viridi-aureus, cute ipſa, aliquando inter ſquamas conſpicua, nigra.*
Caput *elongatum, anguſtum, faſcia nigra trans oculos;* cauda *tetraëdra.*

petalarius. 212—102. 314. C. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 35. *t.* 9. *f.* 2.
212—91. } *Weigel Abh. der hall. Naturf. Geſ.* 1. *p.* 42. *n.* 61-63.
203—103. }
203—78. } *Habitat in* America *auſtrali et* India, *a* $10\frac{1}{4}$ *pollicibus, ad pedem et* 11 *pollices* 2 *pedes* $7\frac{3}{4}$ *pollices longus, fuſcus, faſciis albis, ſubtus pallidus.*

pictus. 172—142. 314. C. *Gron. zooph.* 2. *p.* 61. *n.* 23.
*Boddaert nov. act. ac. Caeſ.* 7. *p.* 24. *n.* 29. Coluber dorſo caeruleo, lateribus linea atra in albidum deſinente pictus.
Roſtrum *acutum.*

Caracaras. 190—125. 315. C. *Gron. muſ.* 2. *n.* 28.
*Boddaert nov. act. ac. Caeſ.* 7. *p.* 18. *n.* 4. Coluber coloribus vividis variegatus.
*Seb. muſ.* 2. *p.* 69. *n.* 3. *t.* 68. *f.* 3. Serpens Caracaras ſingularis.

*Scutis. Scutellis.*

Haje. ♂ 207—109. 316. C. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 46.* *Forſk. Fn. arab. p.* 18. *n.* 8.
206—60. *Haſſelq. it. p.* 317. *n.* 62. Coluber.
*Habitat in* Aegypto *inferiore, maximus, ater, faſciis obliquis, et ſquamis dimidiato-albis; quum irritatus morſum intendit, collum erigit et prolongat; geſticulatores aegyptii evulſis telis innocuum reddunt.*

filiformis. 165—158. 323. C. *Muſ. Ad. Fr. p.* 36. *t.* 17. *f.* 2.
*Laur. amph. p.* 78. *n.* 159. Natrix filiformis.
β) Natrix ſupra livida, linea fuſca utrinque pone oculos nata, mox in exiguas maculas obliquas rupta, tandem evanida. *Laur. amph. p.* 78. *β.*
*Habitat in* America *auſtrali et* India, *niger, anguſtiſſimus, ſubtus albus.*
Caput *corpore craſſius.*

pullatus. 217—108. 325. C. *Amoen. acad.* 1. *p.* 300. *n.* 25. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 35. *t.* 20. *f.* 3.
215—104. *Gron. muſ.* 2. *p.* 56. *n.* 12.
213—108. *Weigel Abh. der hall. Naturf. Geſ.* 1. *p.* 43. *n.* 64.
*Boddaert nov. act. ac. Caeſ.* 7. *p.* 18. *n.* 1. Coluber niger maculis albis, ſubtus albus maculis nigris.
*Habitat in* Aſia, 1 *pedem et* 10 *pollices longus.*
*Faſciae atrae, punctis albis. Tempora nivea maculis atris; roſtrum rotundato-obtuſum.*

Hippocrepis. 232—94. 326. C. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 36. *t.* 16. *f.* 2.
*Laur. amph. p.* 77. *n.* 155. Natrix hippocrepis.
*Habitat in* America, *lividus, maculis fuſcis.*
*Faſcia fuſca inter* oculos, *et arcuata* occipitis.

| | Scutis. Scutellis. | | |
|---|---|---|---|
| Minervae. | 238—90. | 328. | C. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 36. *Habitat in* America *auſtrali et* India, *glaucus, vitta dorſali, tribusque capitis fuſcis.* |
| cinereus. | 200—137. | 337. | C. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 37. *Habitat in* America *auſtrali et* India, *cinereus.* Abdomen *album angulatum;* caudae *ſquamae margine ferrugineae.* |
| viridiſſimus. | 217—122. | 339. | C. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 46.* *Habitat* Surinami, *viridiſſimus, abdominis ſcutis medio dilatatis.* |
| mucoſus. | 200—140. 215—121. | 340. | C. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 37. *t.* 23. *f.* 1. *Weigel Abh. der hall. Naturf. Geſ.* 1. *p.* 44. *n.* 65. *Laur. amph. p.* 77. *n.* 156. Natrix mucoſa. *Habitat in* America *auſtrali et* India, *caeruleſcens, parum ultra pedem longus.* |
| domeſticus. | 245—94. | 341. | C. *Habitat in* Barbariae *domibus, hippocrepi ſimilis, ſed faſcia inter oculos bipartita vel macula gemina nigra dignoſcendus.* |
| Sebae. | 272—70. | 342. | C. *Gron. muſ.* 2. *n.* 11. *Seb. muſ.* 2. *t.* 199. *f.* 2. *Nebulatus.* |
| Cenchoa. | 220—124. | 344. | C. *Amoen. acad.* 1. *p.* 306. *n.* 37. *Seb. muſ.* 2. *t.* 16. *f.* 2. 3. *Habitat in* America, *fuſcus, maculis pallidis, faſciis niveis.* Caput *ſubgloboſum.* |
| myćterizans. | 192—167. 187—148. | 359. | C. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 28. *t.* 5. *f.* 1. *et t.* 19. *f.* 2. *Gron. muſ.* 2. *p.* 59. *n.* 19. *zooph. p.* 21. *n.* 202. *Boddaert nov. act. ac. Caeſ.* 7. *p.* 20. *n.* 11. Coluber ſubcaeruleus lateribus lineatis. *Laur. amph. p.* 79. *n.* 162. Natrix myćterizans. β) Natrix flagelliformis. *Laur. amph. p.* 79. *n.* 163. *Seb. muſ.* 2. *t.* 23. *f.* 2. Serpens murina. |

γ) Natrix

γ) Natrix colore magis vireſcente.
*Catesb. Car.* 2. *t.* 47. Anguis viridis.
*Habitat in* America, *flagelliformis.*
Caput *angulatum*; roſtrum *productum tetraëdrum*; latera *vitta lineari pallida*; cauda *pentaëdra.*

*Scutis. Scutellis.*

caeruleſcens. 215 — 170. 385. C. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 37. *t.* 20. *f.* 2.
*Laur. amph. p.* 77. *n.* 157. Natrix caeruleſcens.
*Habitat in* America *auſtrali et* India, *laevis, caeruleſcens, capite acuminato plumbeo.*

Argus. — — — C. *Seb. muſ.* 2. *t.* 103. *f.* 1.
*Laur. amph. p.* 78. *n.* 158. Natrix Argus.
*Habitat in* Africa, *ſupra laeviſſimus fuſcus, ſquamarum diſcis dilutioribus ſubreticulatus, infra teſſellatus.*
Occiput *bilobo-gibbum.*

## 126. ANGUIS. *Squamae* abdominales, et *Squamae* ſubcaudales.

ſtriatus. 179 — 7. 186. A. *Gron. muſ.* 2. *p.* 53. *n.* 6.
*Boddaert nov. act. ac. Caeſ.* 7. *p.* 25. *n.* 3. Anguis lineis transverſalibus cinctus.

Meleagris. 165 — 32. 197. A. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 48.*
*Laur. amph. p.* 68. *n.* 124.
*Seb. muſ.* 2. *t.* 21. *f.* 4.
β) Anguis fuſco-punctatus. *Laur. amph. p.* 68. β.
γ) Anguis longicauda. *Laur. amph. p.* 69. *n.* 130.
*Habitat in* America *auſtrali et* India, *lacertae bipedi affinis, glaucus, punctis nigris multiplici ordine longitudinali digeſtis.*

colubrinus. 180 — 18. 198. A. *Haſſelq. it. p.* 320. *n.* 65.
*Habitat in* Aegypto, *ex pallido et fuſco pulchre varius.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0093-5

*Scutis. Scutellis.*

miliaris. 170—32. 202. A. *Pall. it.* 2. *p.* 718.
*Habitat verſus mare* Caſpium, *digiti minimi craſſitie*, 14 *pollices longus*, *ſcytales forma*, *ater*, *ad latera ſquamis ſeu punctis creberrimis pallidis*, *in dorſo griſeis conſperſus.*
Caput *griſeum nigro conſperſum*; cauda 2 *pollices longa*, *corpore paulo tenuior*, *cylindrica*, *obtuſa*, *albo varia.*

Jaculus. 186—23. 209. A. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 48.
*Haſſelq. it.* 319. *n.* 64.
*Habitat in* Aegypto, *ſquamis abdominis paulo latioribus.*

maculatus. 200—12. 212. A. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 21. *t.* 21. *f.* 3.
*Laur. amph. p.* 72. *n.* 140.
*Gron. muſ.* 2. *p.* 53. *n.* 5.
*Seb. muſ.* 2. *t.* 100. *f.* 2.
β) Anguis decuſſata, faſciis rubris nigro-punctatis. *Laur. amph. p.* 72. *n.* 141.
*Seb. muſ.* 1. *t.* 53. *f.* 7.
*Habitat in* America, β) *in* Aſia, *ſupra flavus*, *vitta dorſali faſciisque linearibus fuſcis.*

reticulatus. 177—37. 214. A. *Gron. muſ.* 2. *p.* 54. *n.* 7. *Laur. amph. p.* 69. *n.* 128.
*Scheuchz. phyſ. ſacr. t.* 747. *f.* 4.
*Habitat in* America, *ſquamis fuſcis*, *diſco albis.*

Ceraſtes. 200—15. 215. A. *Haſſelq. act. upſ.* 1750. *p.* 28.
*it. p.* 320. *n.* 66.†
*Habitat in* Aegypto.

naſutus. 218—12. 230. A. *Weigel Schr. der berl.* Naturf. *Geſ.* 3. *p.* 190.
Longitudo *pedalis*; color *ex vireſcente niger*, *ſubtus*, *ad latera*, *capitis apice*, *caudae faſcia lata*, *et puncto ad apicem flavus.*
Roſtrum *prominens*; dentes *nulli*; oculi *ſuperni*, *non laterales*; truncus *ſeriebus* 20 *ſquamarum hexagonarum cinctus*, *nullo ſingulari majorum ordine ad abdomen*;

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0094-1 DFG

*men;* cauda $\frac{3}{8}$ *pollicis longa, ſquamis minimis, apice obtuſo rigido.*

*Scutis. Scutellis.*

lumbricalis. 230—7. 237. A. *Gronov. muſ.* 2. *p.* 52. *n.* 3. *Laur. amph. p.* 73. *n.* 144.
*Brown jam.* 460. *t.* 44. *f.* 1. Amphisbaena ſubargentea.
*Boddaert nov. act. ac. Caeſ.* 7. *p.* 24. *n.* 1. Anguis unicolor ſplendens.
*Habitat in* America, *ex albido flaveſcens.*

laticauda. 200—50. 250. A. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 48.*
*Habitat* Surinami.
Cauda *compreſſa, acuta, pallida, faſciis fuſcis.*

Scytale. 240—13. 253. A. *Amoen. acad.* 1. *p.* 296. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 21. *t.* 6. *f.* 2.
227—14. *Gron. muſ.* 2. *n.* 4.
219—13. *Weigel Abh. der hall. Naturf. Geſ.* 1. *p.* 46. *n.* 69-77.
224—11.
228—11. *Boddaert nov. act. ac. Caeſ.* 7. *p.* 25. *n.* 2.
227—12. Anguis ex albo nigroque varius.
223—13. *Seb. muſ.* 2. *t.* 2. *f.* 1-4. *t.* 7. *f.* 4.
224—10.
226—12. *Laur. amph. p.* 70. *n.* 133.
232—11. β) Anguis faſciata, alba, faſciis fuſcis. *Laur.*
227—13. *amph. p.* 70. *n.* 134.
γ) Anguis caerulea, faſciis alterne candidis et ſaturate caeruleis. *Laur. amph. p.* 71. *n.* 135.
*Merian. ſurin. t.* 69.
*Seb. muſ.* 2. *t.* 30. *f.* 3.
*Habitat in* America *auſtrali et* India, *albidus, ſquamarum margine paſſim ferrugineo, faſciis fuſcis.*

Eryx. 126—136. 262. A. *Gron. muſ.* 2. *p.* 35. *n.* 9.
*Boddaert nov. act. ac. Caeſ.* 7. *p.* 25. *n.* 4. Anguis dorſo trilineato.
*D. Schene mſſ.* 120-137. *miſit.*
*Habitat in* America, Anglia, *ſupra cinereus, lineis tribus nigris, ſubtus caeruleſcens.*

270. A.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0095-7

*Scutis. Scutellis.*

fragilis. 135 — 135. 270. A. *Fn. ſuec.* 289. *Weigel Abh. der hall. Naturf. Geſ.* 1. *p.* 50. *n.* 78.
*Laur. amph. p.* 68. *n.* 125. *t.* 5. *f.* 2.
*Aldr. ſerp.* 215. Caecilia vulgaris.
*Imperat. nat.* 916. Caecilia Geſneri.
*Raj. quadr.* 289. Caecilia Typhlus.
*Habitat in* Europae *et* Sibiriae *cavis vallis, ruderatis, ericetis, ſilvis, ad vias, innocentiſſimus, fragilis, fragmentis per horas adhuc vivis.*

ventralis. 127 — 223. 350. A. *D. Garden.*
*Catesb. Car.* 2. *t.* 59. Caecilia maculata.
*Habitat in* Carolina, *ex cinereo virens elevato-ſtriatus, vitta laterali nigra.*
Abdomen *breve, quaſi ſutura cava annexum;* cauda *verticillata, corpore triplo longior.*

platuros. — — — A. cauda compreſſa obtuſa.
*Habitat ad littus inſulae maris pacifici,* Pine-isle. *Forſter.*
Corpus *ſesquipedale, ſupra nigrum, ſubtus album: ſquamis minutis ſuborbiculatis, non imbricatis;* caput *oblongum, edentulum, laeviuſculum;* dorſum *ſubcarinatum;* cauda $\frac{1}{9}$ *ex albo nigroque variegata.*

lineatus. — — — A. nigricans, ſupra albus, linea media per totum corpus excurvante. *Laur. amph. p.* 68. *n.* 126.

clivicus. — — — A. ex cinereo fuſcus, frontis ſcuto majori cordato. *Laur. amph. p.* 69. *n.* 129. *Geſn. ſerp.* 69.
*Habitat* Cliviae *frequens.*

annulatus. — — — A. albus, faſciis fuſcis rectis ſubtus concurrentibus, cauda attenuata, ſubtus duplici ſquamarum ſerie imbricata. *Laur. amph. p.* 69. *n.* 131.

ſcutatus. — — — A. tenuiſſimus, faſciis albis nigrisque undulatus, capitis ſcutis latis, cauda acutiuſcula. *Laur. amph. p.* 70. *n.* 132.

*Scheuchz.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0096-3

*Scheuchz. phyſ. ſacr. t. 737. f. 1.*
*Habitat* Surinami.
Abdomen *et* cauda *ſubtus ſcutis transverſis more boae; an hujus forſan generis?*

*Scutis. Scutellis.*

corallinus. — — — A. ruber, faſciis dilutioribus, ſquamarum apicibus nigris. *Laur. amph. p. 71. n.* 136.
*Seb. muſ.* 2. *t.* 73. *f.* 2.
*Habitat in* Braſilia.

ater. — — — A. ater, faſciis albis, ſquamarum apice nigro. *Laur. amph. p.* 71. *n.* 137.
*Seb. muſ.* 2. *t.* 73. *f.* 3.
*Habitat in* Zeylon.

rufus. — — — A. rufus lineis transverſis albis interruptis, ſubtus varius. *Laur. amph. p.* 71. *n.* 138.
*Habitat* Surinami.

hepaticus. — — — A. dorſi ſummi linea, laterumque undulata hepatica, intervallis hepaticis, maculis ſubrotundis albidis. *Laur. amph. p.* 72. *n.* 139.
*Habitat* Surinami.

teſſellatus. — — — A. croceus, faſciis multis taeniaque triplici, capite albo fuſco-maculato. *Laur. amph. p.* 72. *n.* 142.
*Seb. muſ.* 2. *t.* 100. *f.* 2.
*Habitat in* Paraguaja.

albus. — — — A. totus albus, utrinque attenuatus. *Muſ. Ad. Fr. t.* 14. *f.* 2. *Laur. amph. p.* 73. *n.* 143.

## 127. AMPHISBAENA. *Annuli* trunci caudaeque.

fuliginoſa. 200—30. 230. A. *Amoen. acad.* 1. *p.* 295. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 20.
209—25. *Gronov. muſ.* 2. *p.* 1. 2. *p.* 52. *n.* 2.
*Boddaert nov. act. ac. Caeſ.* 7. *p.* 25. *n.* 1. Amphisbaena ex albo nigroque varia.
*Laur. amph. p.* 66. *n.* 119. Amphisbaena vulgaris.
*Raj. quadr.* 288.

*Seb.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0097-8

*Seb. muſ.* 2. *t.* 1. *f.* 7.
*t.* 18. *f.* 2.
*t.* 22. *f.* 3.
*Habitat in* America, *alba, ex atro fuſco varia, capite immaculato.*

*Scutis. Scutellis.*

varia. — — — A. ex albo, nigro, ſpadiceo et griſeo varia. *Laur. amph. p.* 66. *n.* 120.
*Seb. muſ.* 1. *t.* 88. *f.* 3.
*Habitat in* America.

magnifica. — — — A. ex purpureo, violaceo et flavo varia, capite flaveſcente, taenia ſupra oculos purpuraſcente. *Laur. amph. p.* 66. *n.* 121.
*Seb. muſ.* 2. *t.* 100. *f.* 3.
*Habitat in* America.

flava. — — — A. ex albo et fuſco varia, capita flavo. *Laur. amph. p.* 67. *n.* 122.
*Seb. muſ.* 2. *t.* 73. *f.* 4.
*Habitat in* America.

alba. 223—16. 239. A. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 26. *t.* 4. *f.* 2. *Laur. amph. p.* 66. *n.* 118.
234—18. *Gron. zooph. n.* 79.
*Boddaert nov. act. ac. Caeſ.* 7. *p.* 25. *n.* 2. Amphiſbaena alba, antice rufeſcens.
*Scheuchz. phyſ. ſacr.* 2. *t.* 652. *f.* 1.
*Seb. muſ.* 2. *t.* 24. *f.* 1.
*t.* 6. *f.* 4.
*Habitat in* Americae *acervis formicarum.*
Caput *in fronte annulatum, in anguſtum obtuſum roſtrum coactum.*

## 128. CAECILIA. *Rugae* trunci caudaeque. *Labium* ſuperius tentaculis 2.

tentaculata. 135—0 135. C. *Amoen. ac.* 1. *p.* 489. *t.* 17. *f.* 2. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 15. *t.* 5. *f.* 2. *Laur. amph. p.* 65. *n.* 116.

*Gron.*

---

Amphiſbaenae *politiſſimae totae aequabiliter cylindricae attactu puſtulas prurientes ciere dicuntur;* caeciliis *nudis cauda nulla; anus ſub et juxta extremitatem corporis.*

*Gron. muſ.* 2. *p.* 52. *n.* 1.
*Boddaert nov. act. ac. Caeſ.* 7. *p.* 26. *n.* 1. Caecilia caeruleo fuſca.
*Seb. muſ.* 2. *p.* 26. *t.* 25. *f.* 2. Serpens Caecilia ceylonica.
*Piſ. braſ.* 282. Ibicaram.
*Habitat in* America.

glutinoſa. 340 — 10. 350. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 19. *t.* 4. *f.* 1. *Laur. amph. p.* 65. *n.* 117.
*Habitat in* America *auſtrali et* India, *fuſca, linea laterali albida.*

CLAS-

# CLASSIS IV.

# PISCES.

*Quis, niſi vidiſſet, Piſces habitare ſub unda crederet?*

AQUEI Elementi Volucres compendioſiſſimi reſpirant *Branchiis*, arcu oſſeo (in plurimis) innexis, natant *Pinnis* radiatis, veſtiuntur *Squamis* cartilagineis.

INSTRUUNTUR Capite, Thorace, Abdomine, Cauda, Pinnis, Cerebro, Cerebello Medullaque ſpinali, Organo auditus una cum nervis auditoriis in cavo cranii ſito, Naribus et Olfactu, Lente cryſtallina ſphaerea, Membrana nictitante, Corde uniloculari uniaurito, Branchiis, Diaphragmate, Hepate Veſiculaque fellea, Liene, Pancreate, Renibus Veſicaque urinaria, Veſiculis ſeminalibus Ovariisve, Vaſis lymphaticis, ſucco gaſtrico, Inteſtinis caecoque; plerisque etiam Veſica natatoria.

DESTITUUNTUR Palpebris, Auribus externis, Collo, artuum Brachiis Tibiisque, Pene Vulvave, nervorum Gangliis, vaſorum reſorbentium Valvulis.

AUDIUNT aquae ope.

DIVIDITUR horum Corpus externum in *Caput*, *Truncum*, *Pinnas*.

CAPUT *compreſſum* (cathetoplateum) *vel depreſſum* (plagioplateum,) nudum, ſquamoſum, laeve, ſpinoſum vel muticum, collo nullo interjecto immediate thoracis vertebris inſidens.

*Os* labiis carnoſis aut oſſeis clauſile.

*Dentes* ſaepe in maxillis, palato, lingua, fauce.

*Oculi* 2 nudi, membrana *nictitante*; *lens* cryſtallina globoſa.

*Nares* pertuſae, binae geminatae, minus prominentes.

*Cirrhi* filiformes, molluſci, labiis ſaepius inſerti praetentantes.

*Aperturae* branchiarum per *branchias* in os hiantes.

*Branchiae* extus ſpirantes comprimendae, ſaepius quatuor, radiis liberis pectinatae. *)

TRUN-

*) *Radius oſſeus branchiarum deeſt in branchiopegis.*

Cataphracti: *Silurus cataphractus*, *Cottus cataphractus*, *Trigla cataphracta*, *Loricaria*.

Volitantes: *Exocoetus volitans evolansque*, *Trigla volitans*, *Gaſteroſteus volitans*.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0100-0 DFG

TRUNCUS teres, compreſſus, depreſſus; ſquamoſus vel nudus (*alepidotus*) mucoſus; oblongus, poſtice anguſtatus in caudam; *ſquamae* plerisque cartilagineae, rarius ciliatae, nonnullis oſſeae, ut piſcis loricatus evadat Cataphractus.

*Linea lateralis* utrinque, diſtincta a *linea interſtitiali*, ſaepius ex glandulis *punctata*, rarius *loricata*, utraque *recta* aut *curvata*, in quibusdam caudam utrinque carinatam conſtituens.

*Thorax* refertus Corde intra Pericardium ſuum.

*Abdomen* coſtatum Viſceribus, Inteſtinis, Veſicula aërea, Genitura Ovisve repletum.

*Anus* abdomen terminans, communis Inteſtinis, Veſicae et Genitalibus.

*Cauda* poſtica Trunci pone anum, ſolida, muſculoſa.

PINNAE membranaceae, explicandae *radiis* cartilagineis, qui

*Spinoſi* duriores, oſſei, ſimplices, pungentes *) *acanthopterygiis.*

*Mutici* flexiles, tendinei, dichotomi, *malacopterygiis.*

*Branchioſtegae* ſub operculis branchiarum pares, plicatiles radiata membrana, haec *Artedio* primaria.

*Dorſalis* dorſo longitudinalis impoſita, impar; ſaepe **1**, rarius **2**, pauciſſimis 3.

*Adipoſa*, dorſalis ſpuria, radiis deſtituta, impar.

*Pectorales* ad latera thoracis poſitae, pares.

*Ventrales* corpori ſubtus annexae, inter caput et anum, pares.

*Analis* pone anum, ſub cauda, longitudinalis, impar.

*Caudalis* terminalis, perpendicularis, impar: *rotunda*, *integra*, *bifurca* ſ. lunata, *cuneata*.

PISCES aquae ope, aetheris ſonum *non*, *audiunt*, aëris licet tremorem ſentiant, *reſpirant* latere extrorſum aquam, *movent* ſe pinnis explicatis, dum *caudali* propelluntur, *dorſali analique* tanquam gubernaculo reguntur, *pectoralibus* tanquam alis attolluntur, *ventralibus* tanquam pedibus inſiſtunt. *Fugiunt* natatu diverſimodo; *defenduntur* ſpinis tanquam murice; *victitant* muco, inſectis, vermibus, cadaveribus, piſciculis, plantis.

*Hiſtoria* horum ex ſtructura, alimento, ſolo, moribus, migrationibus et uſu in piſcatura, culina, oeconomia, mechanica, medicina.



*) Recumbens *ſpina nonnullis antrorſum decumbit ante pinnam dorſi aut ani.*

Veſica aërea *attollit piſces, pertuſa facit, ut in fundo repant, et hac deſtituti ſemper in fundo degant.*

Aetas *a circulis concentricis vertebrarum numeranda in nonnullis ſemiſecularis.*

Spinae *a radiis geminis coadunatis ortae, nec ut muticae radiis dichotomis.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0101-5

LOCUS omnium aquaticus eſt; ſed alii inprimis *lacuſtres* aquas dulces inhabitantes; varii etiam *fluviatiles*, ſaepe e mari adſcendentes; plurimi mere *marini*, qui aquas dulces non ferunt, horum plerique littora adeunt pro generandis *) et pariendis ovis, calidiore aqua excludendis, niſi mere *pelagici* natantibus ovis, a littoribus ſemper alieni, ſed omnium alii *diurni*, alii *nocturni*; illi plerique natant in aquis, hi vero ſaepius in fundo paſcuntur. Alii demum ſubſolitarii vagantur, alii gregatim degunt. Diſſeminantur ab anatibus.

CONSERVANTUR in *Spiritu vini*, vel dimidiati excoriati exſiccati adglutinati (*Act. angl.* 42. *n.* 463. *p.* 57.) aut *gypſo* pulcherrime farcti verniceque obducti, more *Plur. Rever. Scheſſeri.*

USUS: victus tenuis e piſcibus nuper enectis, thoracicis, exercitatis, inprimis aſſatis, Veteribus in pretio *Mullus*, *Scarus cret. Aurata*, *Julis*, *Sphyraena*, *Muraena*, Hodiernis in deliciis *Carpio*, *Caraſſius*, *Aſpius*, *Brama*, *Salmo.*

ICHTHYOLOGI Practici *Bellonius* 1552, *Rondeletius* 1554, *Salvianus* 1554, *Geſnerus* 1558, *Aldrovandus* 1605, *Willughbaeus* 1685, *Rajus* 1710, *Seba* 1760, *Blochius* 1781-1787, *Brouſſonet* 1782.

Theoretici *Artedi*, *Camper*, *Monro*; *Nos*, *Gronovii*, *Haſſelquiſt* radios pinnarum obſervarunt; at *Valentynus* et *Camperus* defectum artis expoſuerunt; *Catesbaeus*, *Brouſſonet*, *Meidinger* quosdam depinxerunt, plures *Blochius*; *Garden* P. Carolinae deſcriptos miſit, *Houttuyn* japonicos expoſuit.

Synonyma ab *Artedio* et *Blochio* petenda, heic igitur ſepoſita.

DESCRIPTIONES ſiſtant praecipue *corpus* compreſſum vel depreſſum, ſquamoſum vel alepidotum, acanthopterygium vel malacopterygium, *cirrhos*, *lineam lateralem*, *pinnas* branchiales, dorſalem, pectorales, ventrales, analem, caudalem cum *radiis* ſpinoſis vel muticis, integram vel diviſam, ſed praeprimis *dentes* et oris inſtrumenta, ut generum characteres perficiantur.

DIVISIONEM Piſcium, artis normam, a variis partibus tentarunt varii. Recentiorum immortalis *Artedi* ſpinoſus *Acanthopterygios*, et inermes *malacopterygios* ſecundum membranam *branchioſtegam* ſecutus eſt, ſed deſeruit non ſemel in bivio conſtitutum; propriam itaque tentavi viam a PEDIBUS *ante Alas*, *ſub Alis*, *pone Alas* ſitis.

Quum

*) *In plurimis ova a femina excluſa per marem genitura ſua ſuperfuſa foecundantur.*

Renard *Ludv, Poiſſons ecreviſſes.* *Amſtel.* 1754. *fol. color. fig. fidis.*

Quum tamen pulmonibus carere amphibia nantia, quemadmodum immortali LINNAEO appellare placuit, curatius noſtri aevi examen docuerit, haec iterum, *Artedio* praeeunte, piſcibus jungere potius duxi.

PISCES
- branchiis oſſeis
  - oſſiculatis
    - pinnis ventralibus nullis, APODES.
    - — — ante pinnas pectorales: JUGULARES.
    - — — ſub pinnis pectoralibus: THORACICI.
    - — — pone pinnas pectorales: ABDOMINALES.
  - oſſibus deſtitutis BRANCHIOSTEGI.
- — cartilagineis: CHONDROPTERYGII.

# CHARACTERES PISCIUM.

## I. APODES.

| | |
|---|---|
| 143. MURAENA. | Aperturae *branchiarum ad latera thoracis.* |
| 144. GYMNOTUS. | Dorſum *apterygium.* |
| 145. TRICHIURUS. | Cauda *aptera.* |
| 146. ANARHICHAS. | Dentes *rotundati.* |
| 147. AMMODYTES. | Caput *corpore anguſtius.* |
| 148. OPHIDIUM. | Corpus *enſiforme.* |
| 149. STROMATEUS. | Corpus *ovatum, ſquamoſum, pectore ſimplici.* |
| 150. XIPHIAS. | Roſtrum *enſiferum.* |
| STERNOPTYX. | Corpus *ovatum nudum, pectore plicato.* |
| LEPTOCEPHALUS. | Pinnae *pectorales nullae.* |

## II. JUGULARES.

| | |
|---|---|
| 151. CALLIONYMUS. | Aperturae *branchiarum ad nucham.* |
| 152. URANOSCOPUS. | Os *ſimum.* |
| 153. TRACHINUS. | Anus *prope pectus.* |
| 154. GADUS. | *Pinnae* pectorales *elongatae in acumen.* |
| 155. BLENNIUS. | *Pinnae* ventrales *didactylae muticae.* |
| KURTUS. | Dorſum *elevatum.* |

## III. THORACICI.

| | |
|---|---|
| 156. CEPOLA. | Os *ſimum.* Corpus *enſiforme.* |
| 157. ECHENEIS. | Capitis *dorſum planum transverſim ſulcatum.* |
| 158. CORYPHAENA. | Caput *antice truncato-obtuſum.* |
| 159. GOBIUS. | *Pinnae* ventrales *coadunatae in pinnam ovatam.* |
| 160. COTTUS. | Caput *corpore latius.* |
| 161. SCORPHAENA. | Caput *ſcirrhis adſperſum.* |
| 162. ZEUS. | Labium *ſuperius membrana transverſa fornicatum.* |
| 163. PLEURONECTES. | Oculi *ambo in altero capitis latere.* |
| 164. CHAETODON. | Dentes *ſetacei, confertiſſimi, flexiles.* |
| 165. SPARUS. | Dentes *validi, inciſores vel molares.* |
| SCARUS. | Dentes *nulli:* Maxilla *margine denticulata.* |
| 166. LABRUS. | *Pinna* dorſalis *ramento poſt ſpinas notata.* |
| 167. SCIAENA. | *Pinna* dorſalis *in foſſula recondenda.* |
| 168. PERCA. | Opercula *branchiarum ſerrata.* |
| 169. GASTEROSTEUS. | Cauda *lateribus carinata;* ſpinae *dorſales diſtinctae.* |
| 170. SCOMBER. | Cauda *lateribus carinata;* pinnulae *ſpuriae plures.* |

| | |
|---|---|
| CENTROGASTER. | Cauda *lateribus carinata*: *Pinnae* ventrales *membrana connexae*: *radiis* 4 *prioribus ſpinoſis*, *reliquis* 6 *muticis*. |
| 171. MULLUS. | Squamae, *etiam capitis laxae*. |
| 172. TRIGLA. | Digiti *diſtincti*, *juxta pinnas pectorales*. |

## IV. ABDOMINALES.

| | |
|---|---|
| 173. COBITIS. | Corpus *vix ad caudam anguſtatum*. |
| 174. AMIA. | Caput *nudum*, *oſſeum*, *ſcabrum*. |
| 175. SILURUS. | Radius 1 *pinnae dorſalis pectoraliumque dentatus*. |
| 176. TEUTHIS. | Caput *antice truncatum*. |
| 177. LORICARIA. | Corpus *cataphractum*. |
| 178. SALMO. | *Pinna* dorſalis *poſtica adipoſa*. |
| 179. FISTULARIA. | Roſtrum *cylindricum operculo clauſile*. |
| 180. ESOX. | Mandibula *inferior*, *longior*, *punctata*. |
| 181. ELOPS. | Membrana *branchioſtega duplex*: *exterior minor*. |
| 182. ARGENTINA. | Anus *caudae vicinus*. |
| 183. ATHERINA. | Faſcia *lateralis longitudinalis argentea*. |
| 184. MUGIL. | Mandibula *inferior intus carinata*. |
| 186. EXOCOETUS. | *Pinnae* pectorales *longitudine corporis*. |
| 181. POLYNEMUS. | Digiti *diſtincti juxta pinnas pectorales*. |
| 182. CLUPEA. | Abdomen *carinatum*, *ſerratum*. |
| 183. CYPRINUS. | *Membrana* branchioſtega *triradiata*. |

## V. BRANCHIOSTEGI.

| | |
|---|---|
| 185. MORMYRUS. | Dentes *emarginati*: Squamae *imbricatae*. |
| 136. OSTRACION. | *Pinnae* ventrales 0: Corpus *lorica oſſea*. |
| 137. TETRODON. | *Pinnae* ventrales 0: Abdomen *muricatum*. |
| 138. DIODON. | *Pinnae* ventrales 0: Corpus *aculeatum*. |
| 141. SYNGNATHUS. | *Pinnae* ventrales 0: Corpus *articulatum*. |
| 142. PEGASUS. | *Pinnae* ventrales 2: Roſtrum *ciliato-dentatum*. |
| 140. CENTRISCUS. | *Pinnae* ventrales *unitae*, Corpus *ſpina loricatum*. |
| 135. BALISTES. | *Pinna* ventralis *ſolitaria*, *carinae inſtar poſita*. |
| 139. CYCLOPTERUS. | *Pinnae* ventrales 2, *in orbiculum digeſtae*. |
| 133. LOPHIUS. | *Pinnae* ventrales 2. Os *denticulatum*. |

## VI. CHONDROPTERYGII.

| | |
|---|---|
| 134. ACIPENSER. | Pinnae *ventrales* 2: Os *adentulum*. |
| 132. CHIMAERA. | Spiracula 1 *quadrifida*. |
| 131. SQUALUS. | Spiracula 5 *lateralia*. |
| 130. RAIA. | Spiracula 5 *ſubtus*. |
| 129. PETROMYZON. | Spiracula 7 *lateralia*. |



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0105-8

## I. APODES.

*Branchia oſſiculata.*
*Pinnae ventrales nullae.*

143. MURAENA. *Caput* laeve. *Nares* tubuloſae.
*Membrana branchioſtega* radiis X.
*Oculi* cute communi tecti.
*Corpus* teretiuſculum, lubricum.
*Pinna* caudae coadunata dorſali analique.
*Spiracula* pone caput vel pinnas pectorales.

Helena. 1. M. pinnis pectoralibus nullis, corpore variegato.
*Arted. gen.* 55. *ſyn.* 41. *Gron. muſ.* 1. *n.* 16. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 319. Muraena pinnis pectoralibus carens.
*Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 31. *t.* 152. Muraena pinnis adipoſis.
*Seb. muſ.* 2. *t.* 69. *f.* 4. 5.
β) *Catesb. Car.* 2. *t.* 20. 21. Muraena maculata nigra et viridis.

*Habitat in* Europae *et* Americae *Oceano calidiore, morſu infeſta, voraciſſima.*

*Coenarum Helena, Romae in piſcinis: natat ad magiſtrum delicata Muraena, Martial. Ved. Pollio damnata mancipia immergebat vivariis muraenarum, ut in viſceribus ſuis aliquid de ſervorum ſuorum corpore guſtaret. Plin.* XI. 23.

8. M.

colubrina. 8. M. pinnis pectoralibus nullis, corpore faſciis annulatis alternatim flavis nigriſque vario. *Boddaert apud Pallas n. nord. Beytr.* 2. *p.* 56. *t.* 2. *f.* 3.

β) Muraena maculis iridum nigrarum fuſcis.

*Habitat in* Amboina, *angui ſcytalae et colubro lemniſcato extrinſecus ſimilis, ſquamis ſubtiliſſimis tecta.*

Roſtrum *acuminatum;* oculi *minutiſſimi;* pinna *dorſalis radiis breviſſimis numeroſis.*

Ophis. 2. M. cauda aptera cuſpidata, cauda tereti.
*Art. gen.* 24. *ſyn.* 41. Muraena teres gracilis maculoſa cauda tereti cuſpidata apterygia.
*Bloch auſl. Fiſch.* 2. *p.* 35. *t.* 154. Muraena maculata, cauda aptera.
*Habitat in Oceano* Europaeo.

Serpens. 3. M. cauda aptera acuta, corpore tereti.
*Art. gen.* 24. *ſyn.* 41. Muraena exacte teres, cauda acuta apterygia. D. - - P. 16. V. - - A. - - C. - -
*Habitat in Oceano* Europae *auſtralis.*

Anguilla. 4. M. maxilla inferiore longiore, corpore unicolore. D. 1000. P. 19. V. 0. A. 100. C. - -
*Art. ſpec.* 66. *gen.* 24. *ſyn.* 39. *Fn. ſuec.* 301. Muraena unicolor, maxilla inferiore longiore.
*Gronov. muſ.* 1. *p.* 16. *n.* 45. *zooph. p.* 40. *n.* 66. Muraena unicolor, maxilla inferiore longiore, aperturis branchialibus, pinnis pectoralibus utrinque.
*Brit. zool.* 3. *p.* 142. *n.* 12. Eel.
*Bloch Fiſche Deutſchl.* 3. *p.* 4. *t.* 73.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0107-9

*Habitat in* Gange Indiae, *in* Jamaicae *et* Europae *omnis ad* Groenlandiam *et* Islandiam (*utriusque hujus incolis deteſtata*) *aquis dulcibus*, *rarior in* Danubio *et* Volga, *maxima in lacu* Cornachio Ferrarienſi, *ad 6 pedes longa*, *ad 20 libras pondere aequans*, *forma externa*, *motu reptatorio*, *corpore lubrico*, *hybernatione ad ſerpentes accedens*, 15tum *annum aliquando aſſecuta*, *interdiu in coeno latens*, *foramine pro exitu duplici*, *noctu victum*, *interdum in littore*, *quaerens*, *inſectis*, *vermibus*, *cadaveribus*, *piſcibus minoribus*, *piſciumque ovis victitans*, *lucio*, *grallis pluribus*, *lutrae gratiſſima praeda*, *vitae tenaciſſima*, *ut tamen calorem conſueto paulo majorem aut minorem aegerrime ferat*; *ſub canicula vivipara*, (*at. Stockh.* 1750. *p.* 194.) *ut tamen in quatuor feminis diſſectis ova deprehenderet* O. *Fr. Müller*. *Caro delicata*, *concoctu difficilis*; *cutis tenaciſſima*, *pellucida*, *Tataris feneſtrarum loco inſerviens*, *in lora diſſecta funiculi loco aliis.*

Corpus *in aquis ſolo lutoſo nigrum*, *ſubtus flavicans*; *in aquis ſolo arenoſo viride vel fuſceſcens ſubtus argenteum*; *interdum lineis fuſcis varium*, *muco obductum*; caput *exile*, *anterius acuminatum*, rictus *anguſtus*; mandibulae *pluribus foraminibus perviae*, *et*, *quemadmodum palatum*, *pluribus dentium minutorum ſeriebus armatae*; oculi *exigui*; pupilla *nigra*; iride *aurea*; *apertura* branchiarum *lunata*; *membrana* branchioſtega *radiis* 10; truncus *pauliſper compreſſus*; linea lateralis *recta albo-punctata*; cutis *ſquamis oblongis mollibus tecta*; pinnae pectorales *parvae*, *rotundae*, *dilutiores*; dorſalis *cum* caudali *connata margine rubeſcens*, *et*, *prouti* analis, *margine alba*, *longa et anguſta*.

Myrus. 5. M. pinna ambiente alba, margine nigro. *M. ſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 58.*

*Art. gen.* 24. *ſyn.* 40. Muraena roſtro acuto, lituris albis vario, margine pinnae dorſalis nigro.

*β*) Muraena tota cinerea. *Forſk. Fn. arab. p.* 22. *n.* 2.

*Habitat in mari* mediterraneo.

Caput *antrorſum attenuatum*; tentacula 2 *brevia labii ſuperioris*. Caput *β*) *de veneno ſuſpectum*.

Conger. 6. M. roſtro tentaculis duobus, linea laterali ex punctis albida.
*Art. gen.* 24. *ſyn.* 40. Muraena ſupremo margine pinnae dorſalis nigro. Br. 10. D. A. C. 306. P. 19.
*Bloch ausl. Fiſch* 2. *p.* 37. *t.* 155. Muraena pinna ani, caudae dorſique coadunata, linea laterali alba.
*Habitat in oceano* europaeo.

guttata. 9. M. glauca: guttis nigris, macula majori utrinque prope caput. *Forſk. Fn. arab. p.* 22. *n.* 1. Br. 6. D. $\frac{1}{43}$. P. 9? V. 0. A. 36. C. 10.
*Habitat in* Arabia.
*Callus elatus inter oculos:* iride *aurea;* labium *ſuperius brevius;* pinna *dorſi et ani cum baſi pinnae caudalis connexa.*

Echidna. 10. M. pinnis pectoralibus nullis, capite depreſſo, corpore fuſco nigroque vario, ſtatim pone caput turgidiſſimo. *Ellis it. Cook et Clerk.* 1. *p.* 53.
*Habitat in inſula* Palmerſton, *an propria ſpecies?*
*Piſcis intuitu horridus, ſerpentem referens,* 4-5 *pedes longus,* 10-12 *pollices craſſus;* caput *parvum;* labium *lubricum;* os *horizontale cirris* 2 *prope nares poſitis;* oculi *minuti, vividiſſimi;* rictus *amplus dentibus plurimis armatus.* Caro *ſapidiſſima; an ſecundum* Forſteri *ſententiam proprium genus?*

caeca. 7. M. apterygia, roſtro acutiuſculo.
*Habitat in mari* mediterraneo.
Corpus *anguillae abſque omni pinna;* caput *in medio* 7, *anterius* 8, *ad occiput* 7 *punctis perforatum;* mandibulae *acuminatae: dentibus aceroſis; ſub roſtro* nares *tubuloſae; ſub collo aperturae* branchiarum; anus *propior capiti quam caudae.* E. Brander.
An *diſtinctum genus?*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0109-4

Siren. 8. M. pinnis pectoralibus tetradactylis, membranae branchioſtegae oſſiculis tribus pinnatifidis. *Camper Schrift. der berl. Naturf.* 7. *p.* 480. *ſq.*
*Syſt. nat.* XII. 2. *add. et diſſ.* Siren. *Upſ.* 1766. *c. fig.* Siren lacertina.
*Ellis act. angl. vol.* 56. *p.* 189. c. icon.
*Habitat in* Carolinae *paludoſis, ſerpentibus victitans, quos validis firmisque dentibus arripit et tenet, interdum ſesquipedalis, cordis ventriculo unico, inteſtinis longiſſimis ampliſſimis, coſtata, cauda oſſiculata.*

## 144. GYMNOTUS.

*Caput* operculis lateralibus.
*Tentacula* duo ad labium ſuperius.
*Oculi* cute communi tecti.
*Membrana branchioſtega* radiis quinque.
*Corpus* compreſſum, ſubtus pinna carinatum.

Carapo. 1. G. nudus, unicolor, dorſo apterygio, pinna ani longitudine caudae attenuatae, maxilla ſuperiore longiore.
*Gron. zooph.* 168. Gymnotus maxilla ſuperiore longiore, cauda elongata ſubulata.
*Amoen. acad.* 1. *p.* 318. *t.* 14. *f.* 6. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 76.
*Art. gen.* 25. *ſyn.* 43. Gymnotus. Br. 5. D. 0. P. 10. V. 0. A. 230. C. 0.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 32. *f.* 1. *p.* 4. Gymnotus fuſcus maxilla

inferi-

inferiore breviore, dorſo ad caudam ſulcato.
*Marcgr. braſ. p.* 170. *Piſo ind. p.* 72. Carapo 1.
*Bloch ausl. Fiſche* 2. *p.* 59. *t.* 157. *f.* 2. Langſchwanz.
*Habitat in* Americae, *praeſertim* Braſiliae *aquis dulcibus,* 1-2 *pedes longus.*
Abdomen *carnoſo-carinatum;* ani *pinna in caudae apicem non excurrens, ſed ante caudae pinnam deſinens;* caudae *apex absque pinna in filum terminatus;* color *fuſcus, dorſo nigricante, fuſco-maculato;* caro *ſapida.*

faſciatus. 6. G. nudus faſciatus, dorſo apterygio, pinna ani longitudine caudae attenuatae, maxilla inferiore longiore. Br. 5. D. o. P. 13. V. o. A. 193. C. o.
*Pall. ſpic. zool.* 7. *p.* 35.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 32. *f.* 1. 2. Gymnotus lineis transverſalibus varius, maxilla inferiore longiore, cauda curta ſubulata.
*Marcgr. braſ. p.* 120. *Piſo ind. p.* 72. Carapo 2.
*Bloch ausl. Fiſche* 2. *p.* 61. *t.* 107. *f.* 1. Kurzſchwanz.
*Habitat in* Braſiliae *aquis, praecedenti affinis, conſtanter flaveſcens, fuſco-, aut rufo-, aut albo-undulatus, ſquamis tenerioribus.*
Caput *exiguum;* dentes *multi minuti;* pinnae *punctatae;* cauda *brevis.*

albus. 7. G. albus, dorſo convexo apterygio, maxilla inferiore longiore, labio ſuperiore utrinque ante ſinum lobulo notato. Br. -- D. o. P. 13. V. o. A. 180. C. o.
*Pall. ſpic. zool.* 7. *p.* 36.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 32. *f.* 3.
*Habitat* Surinami, *faſciato ſimilis, ſed magis obeſus, dorſo antrorſum profundius canaliculato.*
Labium *ſuperius utrinque ante angulos oris emarginatum.*

electricus. 2. G. nudus, dorſo apterygio, pinna caudali obtuſiſſima, anali annexa.
*Gron. zooph.* 169. *t.* 8. *f.* 1. Gymnotus cauda truncata, maxilla inferiore longiore.
*Act. helv.* 4. *p.* 27. *t.* 3. *f.* 1-3.
*Uitgez. Verhand.* 3. *p.* 468. *t.* 26. *f.* 8.
*Act. Haarlem.* 2. *p.* 372. Siddervis.
*Muſſchenbr. introd.* 1. *p.* 290. Gymnotus.
*Hunter act. angl.* 65. 2. *t.* 9. Electrical Eel.
*Bajon apud* Roz. *journ. de phyſ.* Jan. 1774.
*Schilling act. acad. Berol. ad an.* 1770. *p.* 68.
*Seb. muſ.* 3. *p.* 108. *t.* 34. *f.* 6. Gymnotus nigricans, cauda curta obtuſa.
*Gumill. orenog.* 3. *p.* 136. Torpille.
*Bloch ausl. Fiſch* 2. *p.* 43. *t.* 156.
*Bryant et Flagg act. ſociet. americ.* 2. *p.* 166. 170.

*Habitat in* Surinami, Cayennae, *aliisque* Americae, Guineae *et* Africae, *fluviis, praeſertim claris, eorumque oſtiis, primo jam* 1677. *a* Dr. Richer *primo detectus, vi vere electrica dotata, magnetis ope turbanda et tollenda, natantibus metuenda, facile ſubmergendis; tangenti enim piſcem crepitant membra dolore, qualis a cubiti contuſione aut electrico ictu, lugdunenſis lagenae ope aucto, ut ſaepe proſternatur, potiſſimum a piſce majore, et cujus vis non ab iterato tactu et percuſſione nuper fuit debilitata: Percuſſio ſentitur dolorifica tactu baculi, licet manubrio metallico, maxime aureo, etiam in ſcapha conſtituto, digito aquae immiſſo per* 15 *pedes ſentitur tremor, non vero tactu cerae ſigillatoriae. Caro ſapida.*

Caput *punctis perforatis adſperſum;* corpus *nigrum, muco ex capillaribus oſculis exſudante obductum;* dentes *multi aceroſi;* lingua *lata palatumque verrucis obſeſſa.*

albifrons. 3. *G.* dorſo anteriore niveo.
*Pall. ſpicil. zool.* 7. *p.* 35. *t.* 6. *f.* 1. Br. 1. D. o. P. 16. V. o. A. 147. C. 20.
*Habitat* Surinami, *ultra pedem longus, caraponis ſtatura et magnitudine, cultratus, capite, quousque ſquamis nudum, caneſcens, cauda albus, ſquamis rotundatis, in dorſo minimis veſtitus.*

Caput *longius hians, quam congeneribus, obtuſiſſimum, carnoſum, poris minutis ſparſum;* labium *ſuperius craſſiſſimum, mandibulam inferiorem includens, haec praealta utrinque criſta verſus apicem declivi ſuperiorem ſubintrans;* lingua *nulla;* palatum *papillis conſitum;* branchiarum *opercula undique adnata, apertura lunata, ante pinnarum pectoralium baſin carnoſam;* pinnae *hae atrae prominulae: primo radio baſi* oſſiculo *duplicato;* anus *in angulo inter membranas branchioſtegas amplior, et pone hunc porus genitalis;* pinna *ani a gula incipiens;* dorſum *anterius convexum; pone medium cirrho fuſco carneo-membranaceo molliſſimo ſupra convexo ſubtus obiter canaliculato munitum, pone hunc ſquamis nudum, ſecundum longitudinem depreſſo biangulatum, verſus caudam ſenſim in ſulcum cirrhi longitudine contractum;* cauda *compreſſo-plana: pinna ovata;* faſcia *nivea a mandibulae inferioris apice ad medium dorſum.*

roſtratus. 4. G. roſtro ſubulato, pinna ani cauda breviore. D. o. P. 19. V. o. A. 296. C. o.
*Seb. muſ.* 3. *p.* 99. *t.* 32. *f.* 5. Gymnotus varius roſtro productiore.
*Gron. zooph.* 167. *muſ.* 73. Gymnotus maxillis elongatis tubuloſis ſubconnatis, corpore maculoſo, cauda ſubacuta.
*Habitat in* America.

notopterus. 8. G. argenteo-inauratus, dorſo pinnato pinnisque cineraſcentibus. *Pall. ſpicil. zool.* 7. *p.* 40. *t.* 6. *f.* 2. Br. 6. D. 7. P. 13. V. o. A. 116. C. -
*Renard poiſſ.* 1. *fol.* 16. *n.* 90. Pengay ſ. Kapirat.
*Bontius ind. c.* 25. *p.* 78. Tinca marina ſ. Hippuris mira quaedam ſpecies.

*Habitat*

*Habitat in* Amboina, *ultra* 8 *pollices longus, cathetoplateus, ex lanceolato enſiformis, dorſo obeſus convexiuſculus, ſquamis integris minutis veſtitus.*

Caput *breve obtuſum; ſupra* oculos *magnos porus exilis;* mandibula *ſuperior margine denticulis aequalibus diſtantibus, inferior margine majoribus et magis adhuc diſtantibus, interius ſerie minutiſſimorum ciliata;* palati *etiam margo dentium minorum ſerie armatus;* branchiarum *opercula ſquamoſa, margine membranacea; membrana exilis;* anus *prope gulam;* ani *pinna anterius carnoſior et magis anguſta.*

Acus. 9. G. nudus, dorſo, ventre caudaque apterygiis, pinna anali ante apicem caudae terminata radiis LX. *Brünn. piſc. maſſ. p.* 13. *n.* 24. Br. 5. D. 0. P. 16. V. 0. A. 60. C. 0.

*Habitat in* mari mediterraneo, *compreſſus elongatus attenuatus acutus albidus maculis rubeſcentibus fuſcisque virgatis nebuloſus, ſubtus caeruleſcens, tentaculis nullis.*

aſiaticus. 6. G. ſquamoſus, dorſo pinnato. Br. 5.

*Habitat in* Aſia, *obſcurus: faſciis fuſcis, plus quam ſpithamaeus, craſſiuſculus, tectus, etiam capite, ſquamis laevibus rotundatis diſtinctis; an hujus generis?*

Caput *depreſſum laeviuſculum, punctis* 5 *excavatis, et in fronte foraminula; ante nares* tentacula 2 *truncata;* lingua *laevis;* dentes *in mandibulis aceroſi; inſuper intra ſuperiorem ordo dentium; inferior punctis aliquot excavatis;* branchiarum *opercula ad latus late hiantia;* truncus *ſubcylindricus, poſterius compreſſus;* dorſi *pinna mox poſt nucham incipiens, et ad caudam usque extenſa cum poſteriori corporis parte albo-punctata;* linea *lateralis elevata, recta, ſed deſcendens ſupra anum.*

**145. TRICHIURUS.** *Caput* porrectum, operculis lateralibus.
*Dentes* enſiformes apice ſemiſagittati: primores majores.
*Membrana branchioſtega* radiis ſeptem.
*Corpus* compreſſo-enſiforme.
*Cauda* ſubulata aptera.

lepturus. 1. Tr. mandibula inferiore longiore.
*Syſt. nat* XII. 1. *p.* 429. *n.* 1. Trichiurus.
*Art. ſpec.* 111. Lepturus. Br. 7. D. 100. P. 11. V. 0. A. 105. C. 0.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 76. *t.* 26. *f.* 2. Lepturus. Br. 7. D. 124. P. 12. V. 0. A. 0. C. 0.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 47. Gymnogaſter. Br. 7. D. 138. P. 11. V. 0. A. 0. C. 0.
*Brown jam.* 444. *t.* 45. *f.* 4. Gymnogaſter argenteus compreſſus, cauda attenuata impinni. Br. 7. D. -- P. 11. V. 0. A. 0. C. 0.
*Seb. muſ* 3. *t.* 33. *f.* 1. *et Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 52. *n.* 1. 3. *t.* 12. *f.* 7. Enchelyopus.
*Will. ichthyol. t.* G. 7. *f.* 7. Mucu Braſilienſibus.
*Marcg. braſ. p.* 161. Mucu.
*Bloch ausl. Fiſch* 2. *p.* 65. *t.* 158. Spitzſchwanz. Br. 7. D. 117. P. 11. V. 0. A. 0. C. 0.

*Habitat in* Americae *meridionalis aquis dulcibus*, $3\frac{1}{4}$ *pedes longus, rapaciſſimus, velociſſime natans, exſiliens ex aquis ſaepe in cymbam, totus quaſi argento obductus, nudus.*

Caput *anguſtum, compreſſum, longum*; rictus *amplus*; dentes *mobiles, alii longi, uncinati, alii breves acuti*; lingua *laevis longa, triangularis*; palatum *laeve*; faux *oſſiculis duobus oblongis aſpera*; oculi *vertici propinqui, magni*: pupilla *nigra*, iride *aurea, intus albo-marginata*; *apertura* branchiarum *ampla, operculum ex unica lamina conſtans, membrana marginatum*; linea *lateralis recta, flava, a branchiarum operculo ad caudae apicem producta*;

anus

anus *anguſtus*, *capiti propior*, *quam caudae:* Pinnae *pectorales minutae; dorſalis unica*, *a nucha ad caudae fere apicem producta; loco* pinnae *analis pone anum aculei exiles diſtantes ad* 110.

indicus. 2. Tr. mandibulis aequalibus.
*Will. ichth. app. t.* 3. *f.* 3. Anguilla indica.
*Raj. piſc. p.* 171.
*Nieuh. it. ind.* 2. *p.* 270.
*Habitat in* oceano *indico*, *electricus*, *fuſcus*, *maculatus*, *dentibus omnibus exiliſſimis*, *cauda minus acuta.*

## 146. ANARHICHAS.

*Caput* obtuſiuſculum.
*Dentes primores* ſupra infraque conici, divergentes, ſex pluresve.
*molares* inferiores palatique rotundati.
*Membrana branchioſtega* radiis ſex.
*Corpus* teretiuſculum.
*Pinna* caudae diſtincta.

Lupus. 1. A. ex cinereo niger, lateribus, pinnis anali caudalique et abdomine albidis.
*Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 430. *n.* 1. *Art. gen.* 23. *ſyn.* 38. *Andre act. angl.* 74. *p.* 274. *t.* 11. *Gron. muſ.* 1. *p.* 16. *n.* 44. *zooph. p.* 131. *n.* 400. D. 73. P. 20. V. 0. A. 45. C. 18.
*Müller prodr. zool. dan. p.* 40. *n.* 332. Anarhichas lupus non maculatus.
*O. Fabric. Fn. groenl. p.* 138. *n.* 7. Anarhichas lupus major dentibus ſolidis obtuſioribus.

Bloch

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0116-9 DFG

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 18. *t.* 74. Anarhichas dentibus oſſeis. D.74.P.20.V.0.A.46.C.16.
*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 16. §. 8. Latargus.
*Schonev. ichth. p.* 45. *Willughb. piſc. p.* 130. *t.* H. 3. *f.* 1. *Raj. piſc. p.* 40. Lupus marinus.
*Brit. zool.* 3. *p.* 157. *t.* 24. Ravenous.
*Olear. muſ.* 53. *t.* 27. *f.* 2. Seewolf.

*Habitat in* oceano *ſeptentrionali, ad* 15 *pedes longus, utplurimum in profundo latens, vere tamen ad littora conſpicuus, et Majo Junioque ova ſua plantis marinis affricans, tarde ingrediens, et potius anguillae inſtar ſerpens, rapaciſſimus, et mordaciſſimus, piſcibus, potiſſimum autem cancris teſtaceisque victitans, quae facile comminuit; a cycloptero lumpo non raro trucidatus. Caro Norwegis piſcatoribus et Groenlandis edulis, cutis poſterioribus perae loco inſervit; dentes molares in lapidem converſi bufonitae.* Merret.

Corpus *productum, lubricum, compreſſum;* cutis *craſſa, tenax, ſquamis minutis profunde immerſis veſtita;* caput *robuſtum, anterius declive;* rictus *amplus;* os *mammalium ori multum ſimile;* labia *robuſta membranacea;* mandibula *utraque ex binis oſſibus cartilagine connexis conflata; ſuperioris os utrumque ordinibus dentium oſſeorum* 5, *inferioris* 3 *munitum;* lingua *brevis, obtuſa, laevis;* oculi *oblongi: pupillis nigris, iride argentea;* anus *amplus, capiti propior, quam caudae.*

minor. 2. A. ex cinereo niger minor, dentibus cartilagineis acutioribus. *O. Fabr. Fn. groenl. p.* 139. *n.* 936. D.70.P.20.V.0.A.44.C.21.
*Müll. prodr. zool. dan.* Anarhichas minor.
*Olaſſ. Isl. p.* 592. *t.* 42.

*Habitat prope* Groenlandiam.

Oculi *magni verſus verticem capitis, canino ſimilis;* rictus *amplus;* dentes *in utraque maxilla utrinque* 3 *acuti, validi, inaequales, et in eorum interſtitio anteriori* 2 *adhuc* mine-

*minores*; pinna *dorſalis a collo*, *analis ab ano incipiens*, *utraque ante caudam deſinens*; pinnae *pectorales latae radiis diviſis*.

ſtrigoſus. 3. A. ſtrigis irregularibus fere transverſis fuſcis. *Brit. zool.* 3. *n.* 65. *p.* 119. D.-- P. 18. V. o. A.-- C. 13.
*Habitat in mari* britannico, *an vere diverſa a lupo ſpecies?*

pantherinus. 4. A. maculis per totum corpus rotundis fuſcis. *Zouiew act. Petrop.* 1781. I. *p.* 271. *t.* 6. Br. 7. D. 67. P. 20. V. o. A. 44. C. 20.
*Habitat in* oceano *ſeptentrionali et* mari glaciali, *ultra* 3 *pedes longus*, *ventricoſus*, *lubricus*, *flaveſcens*, *ſquamarum loco punctis concoloribus conſperſus*.
Caput *ſubgloboſum*; labia *duplicata*; rictus *amplus*; palato *inſerti dentes* 7; *oculi majusculi*, *diſſiti*; branchiarum *apertura lunata*, *coarctata*, *opercula ex laminis duabus conflata*; dorſum *primo elevatum*, *poſterius declive*, pinna, 4 *pollicum a nucha diſtantia incipiens*, *in* caudae *apice terminata*; pinnae *pectorales*, *uti lupo*, *ampliſſimae*, *rotundatae*; anus *pone medium corporis*; cauda *lanceolata*.

## 147. AMMODYTES.

*Caput* compreſſum, corpore anguſtius: *Labium* ſuperius duplicatum: *Mandibula* inferior anguſta acuminata: *Dentes* aceroſi.

*Membrana branchioſtega* radiis ſeptem.

*Corpus* teretiuſculum ſquamis vix conſpicuis: *Cauda* diſtincta.

Tobianus. 1. Ammodytes. *Art. gen.* 16. *ſyn.* 29. *ſpec.* 35. Br. 7. D. 54. P. 12. V. o. A. 28. C. 15.
*Gron. zooph. p.* 133. *n.* 104.
*muſ.* 1. *p.* 13. *n.* 35. Br. 7. D. 57. P. 9. V. o. A. 26. C. 16.
*Fn. ſuec.* 302. Br. 7. D. 54. P. 13. V. o. A. 28. C. 15.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0118-0

*It. ſcan.* 141. Br.5. D.50. P.12. V.0. A.26. C.15.
*It. oel.* 87. Br.7. D.60. P.15. V.0. A.32. C.14.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 75. Br.7. D.60. P.14. V.0. A.30. C.16.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 24. *t.* 75. *f.* 2. Ammodytes maxilla inferiore acuminata. Br.7. D.60. P.12. V.0. A.28. C.16.
*Salv. aq. p.* 69. b. *Aldr. piſc. p.* 252. 254.
*Jonſt. piſc. p.* 90. *t.* 21. *f.* 1. Sandilz.
*Raj. piſc. p.* 38. *n.* 165. *t.* 11. *f.* 12. Sandels or Launce.
*Brit. zool.* 3. *p.* 156. *n.* 65. *t.* 25. Sand launce.
*Fiſch. Naturg. Lieſ. p.* 114. Tobis, Sandaal.

*Habitat in* oceani *ſeptentrionalis plerumque profundo, ſaepe prope littus dimidii pedis profunditate in arena ſeſe ſepeliens, caelo ſereno in gyrum contractus, capitis apice e centro arenam penetrans; Majo ova in arena littori propinqua pariens, aſcaridibus et gordiis victitans, a piſcibus rapacibus, ſcombris praecipue, praedae inſtar capta; caro parum edulis, eſcae loco inſervit.*

Caput *oblongum*; oculi *exigui:* pupilla *nigra*, iride *argentea;* os *edentulum; oſſa in* faucibus 2 *aſpera oblonga;* branchiarum *regio argentea, apertura ampla, operculum ex* 4 *laminis conflatum;* truncus *anguſtus, ſquamis mollibus, teneris, deciduis veſtitus;* dorſum *convexum, cum lateribus ex caeruleo cyaneum, ſulco ſupra pro pinna dorſali exaratum;* linea *lateralis recta, altera ad dorſum, tertia abdominalis;* abdomen *lineis* 6 *alternis albis, et ex caeruleo cinereis,* anus *caudae propior macula fuſca vicina;* pinnarum *radii molles,* pectoralium *et furcatae caudalis apice bifidi.*

## 148. OPHIDIUM.

*Caput* nudiuſculum. *Dentes* maxillis, palato, faucibus.

*Membrana branchioſtega* radiis ſeptem, patula.

*Corpus* enſiforme.

barbatum. 1. Oph. maxilla inferiore cirrhis quatuor. *Art. gen.* 25. *ſyn.* 42. D. 133. P. 0. V. 0. A. 112. C. --

*Brünn. piſc. maſſ. p.* 15. *n.* 25. Ophidium maxilla inferiore breviore, cirrhis quatuor gularibus.

*Brouſſonet act. angl.* 71. 1. *p.* 436. *t.* 23. D. 124. P. 20. V. 0. A. 115. C. --

*Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 70. *t.* 159. *f.* 1. D. cum A. C. 150. P. 17.

*Plin. hiſt. mund. l.* 32. *c.* 9. Ophidium.

*Geſn. aquat. p.* 92. 630. *icon. anim. p.* 83. *Thierb. p.* 42. *Aldr. piſc. p.* 353. *Jonſt. piſc. p.* 18. *t.* 5. *f.* 2. *Willughb. ichthyol. p.* 112. *t.* G. 7. *f.* 6. *Raj. piſc. p.* 38. *n.* 4. Ophidion Plinii.

*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 52. *n.* 4. Enchelyopus barbatus.

*Bellon. aquat. p.* 132. Grillus alter vulgaris, aſelli ſpecies.

*Habitat in mari* mediterraneo *et* rubro, *ad* 12-14 *pollices longus, productus, ex carneo argenteus, maculis linearibus ſparſis, carne ſapida, alba, cute ſquamis mollibus, oblongis, ante adhaerentibus teneris tecta.*

Caput *exiguum, ſine ſquamis;* mandibula *ſuperior duplicato longior;* labia *craſſa;* dentes *minuti;* oculorum *communi cute tectorum pupilla nigra, iris aurea, membrana nictitans transparens;* lingua *glabra, anguſta, brevis;* dorſum *convexum, caeruleſcens;* linea *lateralis fuſca recta;* anus *capiti propior, quam caudae;* pinnae *pectorales parvae baſi fuſcae, margine cinereae, reliquae caudali connatae, anguſtae albae, margine nigrae.*

2. Oph.

imberbe. 2. Oph. maxillis imberbibus, cauda obtuſiuſcula.
*Art. gen.* 24. *ſyn.* 42. *Fn. ſuec.* 319. Ophidion cirrhis carens. D. 79. P. 11. V. 0. A. 41. C. 18.
*Gron. zooph.* 401. Ophidion. D. 147. P. 26. V. 0. A. 101. C. --
*Brit. zool. app. t.* 93.
*Habitat in* Europa.
Pinna *dorſalis analisque caudali unitae.*

viride. 3. Oph. maxillis imberbibus, cauda acutiuſcula.
*O. Fabr. Fn. groenl. p.* 141. *n.* 99. D. numeroſ. P. 10-11. V. 0. A. numer. C. -
*Habitat in* locis *maris* groenlandici *profundis auſtralibus, viride, rarius, ad gadi magnitudinem interdum excreſcens, eſculentum, elongatum, compreſſum.*
Caput *corpore latius, plagioplateum, cervice eminentiore, inter oculos canaliculatum;* oculi *permagni obſcure virides iride alba;* os *amplum, labio inferiore parum longiore;* dentes *exiles;* pinnae *dorſalis et analis cum caudali concretae, radiis parvis, numeroſiſſimis, albae;* abdomen *ante anum capiti propiorem album;* caudalis pinnae *radii longiores in acumen productae.*

aculeatum. 4. Oph. roſtro acuminato. *Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 72. *t.* 159. *f.* 2. Br. 16. D. 51. P. 16. A. 53. C. 14.
*Will. ichthyol. app. t.* 10. *f.* 1.
*Raj. piſc. p.* 159. *n.* 19. Pentophthalmos.
*Nieuhof ind.* 2. *p.* 228. *f.* 1.
*Habitat in* Indiae *aquis dulcibus,* 6-8 *pollices longus, vermibus et terra pingui victitans, eſculentus, productus; nonne proprii generis?*
Caput *parvum, anguſtum;* mandibulae *edentulae;* oculi *parvi, pupilla nigra, iride alba;* branchiarum *operculum lamina unica;* dorſum *convexum, ad latera ſupra rubeſcens, infra argenteum, ante pinnam aculeis* 14 *retroflexis non cohaerentibus ſecundum longitudinem diſpoſitis armatum;* abdomen *album, ante pinnam analem aculeis* 2 *retroflexis munitum;* anus *caudae propior;* pinnae *pectorales breves baſi fuſcae, cetera violaceae;* pinna *dorſalis rubeſcens fuſco-varia, maculis* 2 *nigris annulo dilutiori cinctis;* pinna *analis rubeſcens margine nigra;* caudalis *caeruleſcens nigro-varia.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0121-6 DFG

**149. STROMATEUS.** *Caput* compreſſum. *Dentes* in maxillis, palato.
*Corpus* ovatum latum lubricum.
*Cauda* bifida.

Fiatola. 1. Str. ſubfaſciatus.
*Art. gen.* 19. *ſyn.* 33. Stromateus. Br. - - D.46.P.25.V.o.A.34.C. -
*Habitat in mari* mediterraneo *et* rubro, *pulchre variegatus.* Ventriculi *duo.*

Paru. 2. Str. dorſo aureo, abdomine argenteo.
*Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 432. *n.* 2. Stromateus unicolor.
*Bloch ausl. Fiſch* 2. *p.* 75. *t.* 160. Stromateus ſtriis carens. Br.2.D.50.P.24.V.o.A.42.C.18.
*Sloan. jam.* 2. *p.* 281. *t.* 250. *f.* 4. Pampus, paru piſci braſilienſi congener, ſine pinnis ventralibus.
*Raj. piſc. p.* 51. Pampus.
*Habitat in* America *auſtrali et* Tranquebar, *piſcibus junioribus et vermibus victitans, tenuis, ſquamis teneris, exilibus, deciduis tectus, carne alba, tenera, delicioſa.*
Caput *mediae magnitudinis, declive, ſupra fuſceſcens;* oculi *magni,* pupilla *nigra,* iridis *annulo albo, altero flavo;* os *parvum;* mandibulae *aequales, dentibus exiguis acutis armatae, labiisque robuſtis mobilibus munitae;* palatum *et* lingua *glabra; haec lata et libera; in* faucibus *oſſa nonnulla rotunda;* branchiarum *apertura ampliſſima, operculum lamina unica conſtans, membrana cinctum;* linea *lateralis dorſo propior, lata, argentea;* anus *ori propior, quam caudae furcatae;* pinnae *longae, ſquamatae, rigidae, baſi albae, margine caeruleae, radiis mollibus ramoſis.*

Cumarca. 3. Str. dorſo caeruleo, abdomine albo. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 199. *n.* 8. †
*Habitat in regni* Chilenſis *aquis dulcibus, ſpithameus, minime faſciatus; an vere a Paru diſtinctus?*

## 150. XIPHIAS. *Caput* maxilla ſuperiore terminatum roſtro enſiformi; *os* edentulum.

*Membrana branchioſtega* radiis octo.

*Corpus* teretiuſculum, alepidotum.

Gladius. 1. Xiphias. *Fn. ſuec.* 303. *Art. gen.* 30. *ſyn.* 47. — D. 41. P. 17. V. 0. A. 15. C. --
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 28. *t.* 76. — Br. 7. D. 42. P. 17. V. 0. A. 18. C. 26.
*Koelpin mſſt.* — Br. 7. D. 18, 3. P. 17. V. 0. A. 10, 3. C. 20.
*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 17. *n.* 1. 2. 4. *t.* 1. *f.* 2. *t.* 2. *f.* 1. Xiphias.
*Schelhamer anat. Xiphii piſc. Hamb.* 1707. 4.
*Berthol. cent.* 2. *c.* 16.
β) Xiphias pinna dorſi magna maculata.
*Marcgr. braſ. l.* 4. *c.* 15. *p.* 171. Guebucu.

*Habitat in* Oceano Europaeo, *mari* mediterraneo *et* auſtrali, β) *in mari inter* Africam *et* Americam *intermedio*, *fuſiformis*, *productus*, *laevis*, *cute tenui*, *et membrana adipoſa veſtitus*, *algis et piſcibus victitans*, *per paria migrans*, *ad* 20 *pedes usque longus*, *Majo et Junio ova prope littus pariens*, *robuſtiſſimus*, *carne ſapida frequenter eduli*.

Caput *declive chalybeum*; rictus *amplus*; *proceſſus* mandibulae *ſuperioris utrinque planus*, *margine acutus*, *anterius obtuſus*, *ex materie oſſea tubuloſa compactus*; mandibula *inferior acuminata*; lingua *libera*, *robuſta*; faucium *oſſa nonnulla aſpera*; oculi *prominuli*, *pupilla nigra*, *iride ex albo vireſcente*; branchiarum *apertura ampla*, *operculum ex* 2 *laminis conflatum*; dorſum *nigrum*; abdomen *album*; linea *lateralis nigro-punctata*; pinnae *falcatae*; dorſi *fuſca*, *pectorales flaveſcentes*, *reliquae cinereae*; *caudalis ſemilunata*.

**STERNOPTYX.** *Caput* obtuſum. *Os* ſimum.
*Dentes* minutiſſimi.
*Membrana branchioſtega* nulla.
*Corpus* compreſſum alepidotum; *ſterno* carinato bifariam plicato; *abdomine* pellucido.

diaphana. 1. STERNOPTYX. *Hermann Naturf.* 16. *p.* 8. *t.* 1. *f.* 1. 2. Br. 0. D. $\frac{1}{9}$. P. 8. V. 0. A. 13. C. 40.
*Habitat in* America, *biuncialis, compreſſus, anterius truncatus, poſterius anguſtatus argenteus.*
Oculi *magni, cornea ſuccinea;* os *perpendiculariter fiſſum;* lingua *craſſa adnata, aſpera;* labium *ſuperius breve, inferius perpendiculare, medio ſinubus* 4 *ſemicircularibus depreſſis, carina diſtinctis; tribus ſimilibus ſub apertura branchiarum; haec ipſa obliqua, operculis mollibus;* ſterni *plana* 2 *decemplicata in carinam pellucidam conniventia;* dorſum *ex vireſcente fuſcum, pone pinnam gibbum, carina duplici verſus nares divergente;* linea *lateralis nulla;* abdominis *ſinus angulatus, poſterius trifariam exciſus, membrana pellucida nexus ſpinae abdominali articulatae pellucidae, cui* pinna *analis inſidet;* pinna *dorſi adnata radio obliquo ſpinoſo, valido, immobili; cui praetenſa membrana margine tenuiſſime denticulata;* pinnae *pectorales ſuccineae;* cauda *bifida.*

**LEPTOCEPHALUS.** *Caput* anguſtum.
*Corpus* tenuiſſimum, compreſſum.
*Pinnae* pectorales nullae.

Morriſii. 1. LEPTOCEPHALUS. *Gron. zooph. n.* 409. *t.* 13. *f.* 3.
*Morris Brit. zool.* 3. *p.* 125.
*Habitat in* mari *prope* Holyhead Angliae, 4 *pollices longus, ſubpellucidus, verſus apicem gracilior, apice ipſo acuminato, pinna caudali nulla.*
Oculi *magni;* dentes *in utraque mandibula minutiſſimi;* branchiarum *apertura ampla;* linea *lateralis recta, ſtriis obliquis decuſſata;* pinna *dorſalis anguſta, tenuis, per totum dorſum; analis ab ano ſimiliter ad caudam usque excurrens.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0124-3
DFG

## II. JUGULARES.

*Branchia oſſiculata.*

*Pinnae ventrales pectoralibus anteriores.*

151. CALLIONYMUS. *Caput* labio ſuperiore duplicato; *oculi* approximati.

*Membrana branchioſtega* radiis ſex; *apertura* nuchae foraminibus reſpirante. *Opercula* clauſa.

*Corpus* nudum. *Pinnae ventrales* remotiſſimae.

Lyra. 1. C. dorſalis prioris radiis longitudine corporis.

*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 71. Uranoſcopus. D. 4,10. P. 18. V. 6. A. 10. C. 10.

*Fn. ſuec.* 304. Trachinus maxilla ſuperiore longiore, pinna dorſi priore altiſſima.

*Ström. ſondm.* Br. 6. D. 5,10. P. 19. V. 5. A. - C. 10.

*Gron. muſ.* 1. *n.* 64. Uranoſcopus oſſiculo primo pinnae dorſalis longitudine corporis. D. 4,10. P. 19. V. 5. A. 10. C. 10.

*Gron. act. Upſ.* 1740. *p.* 121. *t.* 8. Cottus oſſiculis pinnae dorſalis longitudine corporis. D. 4,10. P. 19. V. 5. A. 10. C. 10.

*Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 79. *t.* 161. Callionymus radiis in prima pinna dorſali longiſſimis. Br. 6. D. 4,10. P. 18. V. 6. A. 10. C. 9.

*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 93. *n.* 14. Coryſtion oſſiculo pinnae dorſalis primo longiſſimo.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0125-9

*Petiv. gazoph.* 1. *p.* 1. *n.* 1. *t.* 22. *f.* 2. Lyra harvicenſis.
*Seb. muſ.* 3. *p.* 92. *n.* 7. *t.* 30. *f.* 7. Exocoeti tertium genus.
*Bell. aq. p.* 223. Tertium genus exocoeti.
*Geſn. aq. p.* 80. *Icon. an. p.* 84. *Aldr. piſc. p.* 262. *Jonſt. piſc. p.* 91. *t.* 21. *f.* 4. *Will. ichth. t.* H. 6. *f.* 3. Dracunculus.
*Rondel. piſc.* 1. *p.* 241. Lacert.
*Act. angl.* 24. *n.* 293. *p.* 1749. *t.* 5. Yellow Gurnard.
*Penn. brit. zool.* 3. *p.* 164. *n.* 69. *t.* 27. Gemmeous Dragoned.

*Habitat in* mari auſtrali *et* ſeptentrionali, *echinis et aſteriis victitans, ad* 12-14 *pollices longus, carne alba ſapida, anguſtus, teretiuſculus.*

Caput *oblongum, latum, ſupra convexum fuſcum, ſubtus planum, ad latera caeruleo-maculatum;* rictus *amplus;* labia *craſſa;* mandibulae *dentibus plurimis exiguis armatae;* lingua *brevis, mobilis;* oculi *approximati in vertice oblongi: pupilla ex atro caerulea;* branchiarum *apertura anguſta, fiſtuloſa, operculum ſimplici lamina conſtans;* os *maxillare ſpina tricuſpide incurvata terminatum;* dorſum *rectum fuſcum, ad latera flavum, abdomen verſus album lineis duabus interruptis caeruleis;* anus *capiti vicinus;* linea *lateralis recta;* pinna *dorſalis prima infra fuſceſcens, ceterum flava, lineis undulatis caeruleis, radiis* 3 *prioribus membranam connectentem longe ſuperantibus, altera caeruleo- et flavo-ſtriata;* analis *caeruleſcens;* reliquae *flavae; pectoralium ventraliumque radii ramoſi.*

Dracunculus. 2. C. dorſalis prioris radiis corpore brevioribus. *O. F. Müller zool. dan. t.* 20.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 63. Uranoſcopus oſſiculo primo pinnae dorſalis primae unciali.

D. 4,9. P. 20. V. 5. A. 9. C. 10.

*Art. gen.* 49. *ſyn.* 77. Cottus pinna ſecunda dorſi alba. D. 4,10. P. 12. V. 6. A. 9. C. 12.

*Act. helv.* 4. *p.* 260. *n.* 125.

*Bloch auſl. Fiſch.* 2. *p.* 84. *t.* 162. *f.* 2. Callionymus radiis 4 in prima pinna dorſali brevibus. D. 4,10. P. 19. V. 6. A. 9. C. 10.

*Worm. muſ. p.* 268. *Will. ichth. p.* 136. Dracunculus.

*Penn. brit. zool.* 3. *p.* 167. *t.* 27. Sordid Dragonet.

*Habitat in* mari europaeo *auſtrali et ſeptentrionali, argenteus maculatus, capite dorſoque fuſcis, carne alba, ſapida; anterius latus, poſterius anguſtatus; an ſolo ſexu a lyra diverſus?*

Caput *planum trunco latius, antrorſum obtuſum;* mandibulae *dentibus teneris armatae; ſuperior paulo longior;* oculi *magni; ovales, prominuli, in vertice approximati, pupilla nigra, iride rubeſcente;* dorſum *ſecundum longitudinem ſulco exaratum, ante primam pinnam foraminibus 4 pervium, ex quibus ſingulis piſcis reſpirando aquam extrudit;* linea *lateralis vix conſpicua;* anus *capiti propior, quam caudae;* pinnae *radiis mollibus; ventrales flavae, radiis ramoſis viridibus;* pectorales *et* analis *vireſcentes furcatis, reliquae radiis ſimplicibus; dorſalis prior ex atro fuſca ſpinoſus, dorſalis altera flaveſcens ſtriis luteis;* pinna *caudalis rotundata ſtriis luteis et fuſcis.*

indicus. 3. C. capite laevi longitudinaliter rugoſo, operculis latere aperiendis. Br. 7. D. $\frac{1}{7}$,13. P. 20. V. $\frac{1}{6}$. A. 13. C. 11.

*Habitat in* Aſia. *Muſ. ac. Holm.*

Caput *depreſſum;* os *ſcabrum,* mandibula *inferior paulo longior;* lingua *obtuſa emarginata;* branchiarum *aperturae magnae laterales, opercula anteriora ſpina gemina, poſteriora ſpina ſolitaria;* truncus *valde depreſſus, lividus, anum in medio habens;* pinnae *ventrales remotae, dorſalis anterioris radius primus breviſſimus remotus.* Piſcis *inter callionymos, uranoſcopos et trachinum quaſi medius.*

baikalenſis. 4. C. pinnis ventralibus nullis, dorſali prima minima, ſecundae radiis cirrhiferis.

*Pall. it.* 3. *p.* 707. *n.* 49. Br. 6. D. 8,28. P. 13. V. 0. A. 32. C. 13.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0127-0

*Habitat in lacus* Baikal *abyſſo, unde aeſtivis tempeſtatibus ſubinde catervatim in littus egeritur, dodrantalis, mollis, totus quaſi oleo diffluens, gracilis, compreſſiusculus, a capite ſenſim decreſcens, an Callionymus?*

Caput *magnum, baſi ſubtetragonum, vertice planum, temporum carina bituberculata;* oculi *majusculi, ad frontem nigri;* roſtrum *latum depreſſum;* os *ampliſſimum;* mandibulae *margine craſſae, uncinulis confertis ſcabrae, inferior prominens, apice glabra, ſubacuta;* membrana branchioſtega *laxa, radiis remotiſſimis cartilagineis;* pinnae *pectorales laxae, longiſſimae, dimidio corpori aequales, radiis tenuiſſimis rigidis; dorſalis ſecundae radii pariter rigidi,* 15 *longiſſimi; ex radiis analis* 2 *et* 16; cauda *biloba pinnis robuſtior;* linea *lateralis dorſo propior.*

ocellatus. 5. C. pinnae dorſalis prioris membrana faſciolis fuſcis, et ocellis quatuor fuſcis picta. *Pall. ſpic. zool.* 8. *p.* 25. *t.* 4. *f.* 13. Br.5-6. D.4,8. P.20. V.5. A.7. C.10.

*Habitat in mari,* Amboinam *circumfluente, digiti minimi magnitudine, ex cinereo fuſcoque varius, punctis in cinereo emicantibus albis, ſubtus albidus, teretiuſculus, attenuatus, prope caput magis depreſſus, congeneribus magis obeſus.*

Caput *minus et acutius, quam congeneribus, vertice planiuſculo, roſtro obtuſo;* oculi *parvi laterales;* os *exiguum, labiis carnoſis, tumidulis, ſuperiore duplicato;* branchiarum *opercula acuta, ſimplici ſpina munita, membrana extus punctata;* pinna *dorſalis anterior mari minuta, tota atra, radiis ſetaceis flexilibus; feminae lata, membrana radios nectente picta, inferne faſciolis fuſcis lineae nigromarginatae albae incluſis, ſuperne ocellis centro atris, circulo albo nigro-marginato incluſis;* pinna *dorſi poſterior humilior fuſca, lineis albis parallelis picta;* pinnae *pectorales hyalinae, baſi albo-punctatae, radiis bis fuſco interruptis, mediis* 4 *longioribus;* pinnae *ventrales magnae, laciniatae nigrae, margine albae: radiis craſſiſſimis ramoſiſſimis;* pinna *ani ſerrata nigra baſi alba, radiis* 2 *primis ſetaceis, reliquis bifidis;* anus *paulo ante medium corporis, et pone eum in foſſula recumbens feminae pedunculus exiguus conicus;* linea *lateralis recta;* cauda *rotundata, baſi albo-punctata: radiis fuſco interruptis.*

6. C.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0128-6 DFG

Sagitta. 6. C. capite triangulari, membrana branchioſtega triradiata, pinnarum dorſi radiis aequalibus. *Pall. ſpic. zool.* 8. *p.* 29. *t.* 4. *f.* 4. 5. Br. 3. D. 4,9. P. 11. V. 5. A. 8. C. 10.

*Habitat in mari* Amboinam *alluente*, 3 *pollices longus*, *ſupra fuſceſcens griſeo caneſcente nebuloſus*, *ſubtus ex griſeo albidus*, *macer*, *prope caput depreſſus*, *ceterum attenuatus*, *convexo-tetraedrus.*

Caput *magnum latum*, *valde depreſſum*, *roſtro ſubacuto, in cujus apice* os *parvum*, *labiis exilibus*, *ſuperiore anguſte duplicato;* mandibulae *ſcabrae;* lingua *breviſſima, plana*, *ſemidiſcoidea;* oculi *approximati exigui*, *iride argentea;* branchiarum *opercula mollia; lamina poſteriore lata*, *ad pinnas pectorales usque extenſa*, *priore in ſpinam longam ſubulatam terminata*, *interne denticulis retrorſum ſerrata;* pinna *dorſi prior parvula*, *poſterius faſcia atra picta*, *ſecunda et pinnae pectorales hyalinae ex fuſco et albido variae;* pinnae *ventrales laciniatae*, *fuſco-punctatae*, *radiis ramoſiſſimis;* analis *humilis*, *radio ultimo ramoſo;* anus *paulo ante medium corporis;* linea *lateralis recta*, *verſus caput obſoleta;* cauda *extremo rotundata*, *ſuperne fuſco-maculata.*

japonicus. 7. C. pinna dorſali priore ocello nigro picta, radio primo in pilos binos ſemipollicares terminato. *Houttuyn act. Haarlem.* XX. 2. *p.* 313. *n.* 1. D. 4,10. P. 17. V. 5. A. 8. C. 9.

*Habitat in mari* Japoniam *alluente*, 9½ *pollices longus*, *variegatus*, *laevis*, *teretiuſculus.*

Caput *depreſſum;* oculi *magni*, *approximati:* Pinna *dorſalis prior radiis nigris; poſterior albicans; pectorales rotundatae;* ventrales *maximae; caudalis* 4 *pollices longa*, *forficata*, *radiis inaequalibus.*

152. URA-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0129-5

## 152. URANOSCOPUS.

*Caput* depreſſum ſcabrum majus: *Os* ſimum maxilla ſuperiore breviore.

*Membrana branchioſtega* papilloſo-dentata, radiis ſex: *Opercula* membranaceo-ciliata.

*Corpus*: anus in medio.

ſcaber. 1. U. dorſo laevi.

*Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 434. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 59. Uranoſcopus. D.4,14. P.16. V.5. A.13. C.12.

*Art. gen.* 42. *ſyn.* 71.

*Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 90. *t.* 163. Uranoſcopus ſcaber. Br.5. D.4,14. P.17. V.6. A.13. C.12.

*Art. gen.* 42. *ſyn.* 71. Trachinus cirrhis multis in maxilla inferiore. D.3,14. P.16. V.5. A.13. C.--

*Klein miſſ. miſc.* 4. *p.* 46. *n.* 1. Coryſtion.

*Ariſt. l.* 2. *c.* 15. *l.* 8. *c.* 13. *Plin. l.* 32. *c.* 7. *Rondel. de piſc. p.* 305. *Aldr. de piſc. p.* 265. *Jonſt. de piſc. p.* 93. *t.* 21. *f.* 7. *Ruyſch theatr. p.* 62. *t.* 21. *f.* 7. Uranoſcopus.

*Bellon. aq. p.* 219. *Geſn. aq. p.* 135. *ic. an. p.* 138. *Will. ichth. p.* 287. *t.* S. 9. *Raj. piſc. p.* 97. *n.* 22. Callionymus vel Uranoſcopus.

*Habitat in* mari mediterraneo, *ad littus in fundo, craſſus, ad pedem longus, ſupra fuſcus, ad latera cinereus, ſubtus albus, piſcibus minoribus, quos inter algas latens cirrhis ſuis allicit, et inſectis aquaticis victitans, interdiu dormiens, carne alba tenaci.*

Caput *magnum, tetragonum; oſſe verrucis minutis numeroſiſſimis aſpero, ſupra in binas, infra in* 5 *ſpinas terminato*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0130-6

*minato loricatum;* lingua *craſſa, robuſta, brevis, dentibus minutis aſpera;* labia *cirrhis barbata;* mandibula *ſuperior intus foramine duplici ovali, inferior membrana munita, in cirrhum longum abeunte;* oculi *in vertice approximati, pupilla nigra, iride flava;* branchiarum *apertura ampliſſima;* truncus *ſquamis minutis veſtitus, ad anum usque ſubtetragonus, pone hunc teres;* linea *lateralis ex foraminulis rotundis conſtans, a nucha ad pinnas pectorales deflectens, tum ad caudae pinnam usque recta;* Pinnarum *radii molles flavi; ventralium quadrifidi, pectoralium latarum apice fiſſi, analis et dorſalium, quarum prior nitente-nigra eſt, ſimplices (in dorſali priore oſſei,) caudalis ramoſiſſimi.*

japonicus. 2. U. dorſo ordine ſquamarum ſpinoſarum aſpero. *Houttuyn act. Haarlem.* XX. 2. *p.* 314. D. 4,15. P. 12. V. 5. A. -- C. 8.

*Habitat in mari* Japoniam *circumfluente, ſemipedalis, teres, ſupra flavus, ſubtus albus.*

Caput *depreſſum, retrorſum aculeatum;* pinnae *ventrales breves.*

## 153. TRACHINUS. *Caput* minus laeve compreſſum. *Membrana branchioſtega* radiis ſex; operculorum *lamina* inferiore ſerrata.

*Corpus:* anus prope pectus.

Draco. 1. Trachinus. *It. ſcan.* 325. *Fn. ſuec.* 305. *Müll. prodr. zool. dan. n.* 309.

*Art. gen.* 42. *ſyn.* 70. Trachinus maxilla inferiore longiore, cirrhis deſtituta. D. 5,31. P. 16. V. 6. A. 32. C. 12.

*Gron. act. upſ.* 1742. *p.* 95. Trachinus. D. 6,30. P. 16. V. 6. A. 30. C. 12.

*Gron. muſ.* 1. *p.* 42. *n.* 97. *zooph. p.* 80. *n.* 274. Trachinus. D. 6,30. P. 15. V. 6. A. 34. C. --

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 131. *t.* 61. Trachinus ma-

xilla

xilla inferiore longiore, radiis quinque in pinna dorſali prima. D. 5,24. P. 16. V. 6. A. 25. C. 15.

*Brünn. piſc. maſſil. p. 19. n.* 30. Trachinus Draco, capitis lateribus compreſſis, vertice ſcabro depreſſo, ano capiti vicino.

*Klein miſſ. piſc. 4. p. 46. n. 9.* Coryſtion ſimplici galea in unicum cuſpidem retrorſum exeunte utrinque cirrhis carens.

*Plin. hiſt. mund. l. 9. c. 27. Salv. aq. p. 71. Bellon. aq. p. 215. Rondel. de piſc. 1. p. 301. Geſn. aq. p. 77. 78. 89. icon. anim. p. 83. Jonſt. de piſc. p. 91. t. 21. f. 2. 3. 5. Aldrov. de piſc. p. 256. 258.* Draco marinus.

*Plin. hiſt. mund. l. 9. c. 48.* Araneus.

*Will. ichth. p. 288. t. S. 10. f. 1. Penn. brit. zool. 3. p. 169. n. 71. t. 28.* Wever.

*Habitat in* oceano *ſeptentrionali, et* mari mediterraneo, *vix unquam ultra pedem longus, elongatus, compreſſus, ſquamis exilibus, rotundatis; deciduis veſtitus, Junio littori appropinquans et ova pariens, teſtaceis, cancris aliisque inſectis aquaticis, etiam piſcibus minoribus victitans, junior praeda crebra majorum, carne delicioſa.*

Caput *mediae magnitudinis;* oculi *ſmaragdi aemuli ad verticem approximati, pupilla nigra, iride flavâ nigro-punctata;* os *amplum obliquum;* dentes *acuti;* lingua *acuminata;* branchiarum *apertura ampla;* dorſum *rectum, ex luteo fuſcum;* latera *et* abdomen *argentea, lineis obliquis fuſceſcentibus picta;* pinnae *radiis ramoſis, parvae, pectorales et caudalis reliquis majores; dorſalis prima nigra, radiis rigidiſſimis pungendo inflammantibus.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0132-8 DFG

## 154. GADUS.

*Caput* laeve.

*Membrana branchioſtega* radiis ſeptem teretibus.

*Corpus* oblongum ſquamis deciduis. *Pinnae* omnes cute communi veſtitae: dorſales anique plures: radiis muticis. *Pectorales* in acumen attenuatae.

* *Pinnis dorſalibus tribus, ore cirroſo.*

Aeglefinus. 1. G. albicans, cauda biloba, maxilla ſuperiore longiore. *Fn. ſuec.* 306. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 42. *n.* 348.

*It. ſcan.* 325. Gadus Kolja. D.15,20,19.P.18.V.6.A.24,21.C.--

*It. wgoth.* 178. Gadus dorſo tripterygio, ore papilloſo. D.16,18,20.P.17.V.6.A.22,21.C.23.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 138. *t.* 62. Gadus cirro unico, linea laterali nigra. D.16,20,19.P.19.V.6.A.22,21.C.27.

*Art. gen.* 20. *ſyn.* 36. *ſpec.* 64. Gadus dorſo tripterygio, ore cirrato, corpore albicante, maxilla ſuperiore longiore, cauda parum bifurca.

*Gron. muſ.* 1. *p.* 21. *n.* 59. *zooph. p.* 99. *n.* 321. Gadus dorſo tripterygio, maxilla inferiore breviore, cirro ſolitario, cauda lunulata, linea laterali atra.

*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 6. *n.* 2. Callarias barbatus ex terreo albicans, in lateribus macula nigra, cauda parum diviſa, mandibulis

minutis, ſed acutiſſimis dentibus aſperis.
*Geſn. aq. p.* 86. 100. *Thierb. p.* 40. *Bellon. aq. p.* 127. Aeglefinus.
*Aldrov. piſc. p.* 282. Aſellus major.
*Will. ichthyol. p.* 170. *t.* L. *membr.* 1. *n.* 2. *Raj. piſc. p.* 55. *n.* 7. Onos ſive aſinus antiquorum.
*Jonſt. de piſc. p.* 1. *t.* 1. *f.* 1. Callarias Aſellus minor.
*Anderſ. Isl. p.* 79. Schellfiſch.
*Penn. brit. zool.* 3. *p.* 179. Hadock.

*Habitat in* oceano *ſeptentrionali, gregibus numeroſiſſimis migrans, pedem utplurimum longus, Februario ova in fucis littori vicinis deponens, caelo tempeſtuoſo in arena, aut inter fucos latens, cancris aliisque inſectis marinis, ſerpulis etiam et halecibus victitans, et horum inprimis eſu pingueſcens, phocarum aliorumque animalium marinorum rapacium frequens praeda, carne denſa, alba, ſapida, concoctu facili.*

Caput *cuneatum;* os *anguſtius, quam congeneribus;* oculi *magni, pupilla nigra, iride argentea;* ſquamae *minutae, rotundatae, firmius inhaerentes, quam congeneribus;* truncus *craſſus argenteus, ſupra fuſceſcens;* linea *lateralis dorſo propior;* pinnae *caeruleſcentes, dorſalis prior triangularis caudalis emarginata.*

Callarias. 2. G. varius cauda integra, maxilla ſuperiore longiore.
*Fn. ſuec.* 307.* D.15,19,19.P.20.V.6.A.18,18.C.23.
*Art. gen.* 16. *ſyn.* 35. *ſpec.* 63. Gadus dorſo tripterygio, ore cirrato, colore vario, maxilla ſuperiore longiore, cauda aequali. D.15,19,18.P.20.V.6.A.19,17.C.--
*Gron. muſ.* 1. *p.* 21. *n.* 58. *zooph. p.* 99. *n.* 319. Gadus dorſo tripterygio, colore vario, inferiore cirro

unico,

unico, cauda ſubquadrangula aequali. D.15,19,18.P.10.V.6.A.16,16.C. - -
*It. oel.* 87. Gadus balthicus Torſk. D.14,19,17.P.17.V.6.A.20,16.C. - -
*It. ſcan.* 220. Gadus Callarias balthicus. D.15,19,17.P.18.V.6.A.17,16.C.24.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 142. *t.* 63. Gadus linea laterali lata aenea maculataque. D.15,16,18.P.17.V.6.A.18,17.C.26.
*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 6. *n.* 5. Callarias barbatus, lituris maculisque fuſcis, gula ventreque albicantibus, iride flavicante nigro mixta, pinnis fuſcis, et *p.* 7. *n.* 7. Callarias maculis ex rufo in aurantium colorem vergentibus.
*Will. ichth. p.* 172. *t.* L. *Membr.* 1. *f.* 1. *Raj. piſc. p.* 54. *n.* 5. *Jonſt. piſc. t.* 46. *f.* 4. Aſellus varius vel ſtriatus.
β) *Koelreuter nov. comm. Petrop.* XIV. 1. *p.* 484. Piſcis e gadorum genere Ruſſis Nawaga dictus. D.13,20,22.P.20.V.6.A.22,23.C. - -

*Habitat in* mari baltico *et* oceano europaeo *ſeptentrionali, oſtia etiam fluviorum intrans, rarius ultra* 2 *libras pondere aequans, Januario et Februario ova pariens, vermibus inſectisque marinis, piſcibus quoque minoribus victitans, carne alba, tenerrima, concoctu facillima, in hoc genere ſapidiſſima.*

Caput *minus, quam Aeglefino, cinereum, maculis aeſtate fuſcis, hieme nigris, varium;* oculi *rotundi, pupilla nigra, iride ochroleuca;* os *amplum;* palatum *dentibus,* mandibula *ſuperior eorum pluribus ſeriebus, inferior ſimplici ſerie armata;* truncus *ſquamis tenuibus, minutis, mollibus veſtitus, maculis fuſcis, juniori piſci interdum aurantiis pictus, ſupra cinereus, ſubtus albus, rarius rubeſcens;* linea *lateralis dorſo propior lata curva maculata;* pinnae *fuſceſcentes, interdum rubeſcentes.*

Morhua. 3. G. cauda ſubaequali, radio primo anali ſpinoſo. *Fn. ſuec.* 308. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 42. *n.* 349. D.14,18,19.P.19.V.6.A.17,15.C.44.
*It. wgoth.* 176. Gadus Kabeljă. D.15,20,16.P.20.V,6.A.21,16.C. - -
*Ström. ſöndm.* 317. Cabliau. D.14,19,18.P.17,V.6.A.22,16.C.36.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 145. *t.* 64. Gadus ſquamis majoribus. D.15,19,21.P.16.V.6.A.17,16.C.30.
*Art. ſyn.* 35. Gadus dorſo tripterygio, ore cirrato, cauda aequali fere cum radio primo ſpinoſo.
*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 5. *n.* 1. Callarias ſordide olivaceus, maculis flavicantibus variis, linea laterali alba.
*Bellon. aq. p.* 128. *Aldr. de piſc. p.* 289. Morhua.
*Rondel. de piſc.* 1. *p.* 280. *Geſn. aq. p.* 88. *Ic. anim. p.* 71. *Jonſt. de piſc. p.* 8. *t.* 2. *f.* 1. Molva vel Morhua.
*Camper act. Pariſ. peregrin.* 6. *p.* 79. Moruë.
*Will. ichth. p.* 165. *Raj. piſc. p.* 53. *n.* 1. *Penn. brit. zool.* 3. *p.* 172. *n.* 73.

*Habitat in* oceano Europaeo *et* americano *ſeptentrionali, gregibus numeroſiſſimis, utplurimum* 2 - 3 *pedes longus, cinereus, flavicante-maculatus, ſubtus albus, junioribus interdum rubeſcens, aurantio maculatus, ſquamis majoribus, quam congeneres, veſtitus, ſepiis, cancris, piſcibus victitans, ne propriae quidem ſpeciei parcens, indigeſta vomitu expellens, fertiliſſimus, ut quotannis* 9344000 *ova pariat, quae prope littora inter ſaxa, in Anglia primis anni menſibus parit, multiplici modo in cibum converſus.*

Os *amplum*; mandibula *inferior brevior, cirro barbata*; oculi *pupilla nigra, iris flavicans*; pinnae *radiis mollibus ramoſis, dorſales, analis prior, et caudalis flavo-maculatae*;

*tae; analis poſterior cum ventralibus cinerea, pectorales flavicantes;* anus *capiti propior.*

luſcus. 4. G. radio ventralium primo ſetaceo. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 60. D.13,23,10.P.11.V.6.A.31,18.C.17.
*Art. gen.* 21. *ſyn.* 35. Gadus dorſo tripterygio, ore cirrato, oſſiculo pinnarum ventralium primo in ſetam longam producto.
*Raj. piſc. p.* 54. Aſellus fuſcus.
*Will. ichth. p.* 169. *Brit. zool.* 3. *p.* 149. *t.* 60. Bib. D.12,23,20.P.16.V.7-8.A.-- C.--
*Habitat in* oceano europaeo, *ad pedem longus, ſupra dilute olivaceus, aut ſordide flavus, ſubtus argenteus, ſquamis majoribus, quam morhua, tectus, et firmiter adhaerentibus, carne delicioſa.*
Os *parvum;* pinnarum *dorſalium media longiſſima;* anus *capiti propior, quam caudae; haec aequalis; an mera barbati varietas?*

barbatus. 5. G. maxilla inferiore punctis utrinque ſeptem. *Fn. ſuec.* 311. *It. wgoth.* 177. Gadus Torſk. D.12,20,20.P.18.V.6.A.19,19.C.40.
*It. wgoth.* 178. Gadus linea excavata pone caput. D.13,17,19.P.18.V.6.A.18,17.C. --
*Ström. ſöndm.* 316. *n.* β. D.13,19,16.P.18.V.6.A.19,15.C. --
*Art. gen.* 21. *ſyn.* 37. *ſpec.* 65. Gadus dorſo tripterygio, ore cirrato, longitudine ad latitudinem tripla, pinna ani prima oſſiculorum 30. D.13,24,21.P.19.V.6.A.30,21.C. --
*Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 105. *t.* 165. Gadus corpore lato. D.13,19,18.P.18.V.6.A.25,17.C.30.
*Gron. muſ.* 1. *p.* 21. *n.* 160. *zooph. p.* 99. *n.* 320. Gadus dorſo tripterygio, maxillis aequalibus, inferiore cirro unico, cauda ae-

 quali,

quali, pinna ani priori ſubfuſca.

*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 6. *n.* 3. Callarias barbatus, dilute olivacei coloris, pinnis thoracicis ſetoſis.

*Will. ichth. app. p.* 22. *Raj. piſc. p.* 55. *n.* 9. Aſellus latus Liſteri.

*Brit. zool.* 3. *p.* 348. Whiting Pout.

*Habitat in* oceano Europae *ſeptentrionali*, 15-18 *pollices longus, ova ad rupeſtria aprica littori vicina ponens, ammodyta, blenniis, ſalmone arctico, etiam cancris junioribus victitans, carne alba molli, eduli, ſed ſicca.*

Caput *parvum*; os *amplum*; mandibula *ſuperior longior, utraque dentibus exiguis*; *faux oſſibus duobus ovalibus radulae inſtar aſperis armata*; labia *ex cartilaginibus cute communi contractili connexis conſtata*; lingua *brevis, craſſa, poſterius aſpera*; oculi *magni prominuli, pupilla nigra, iride argentea aut citrina*; branchiarum *apertura ampla*; operculum *ex pluribus laminis compoſitum*; truncus *ſquamis exiguis veſtitus firmiſſime inhaerentibus*; linea *lateralis nigra, a nucha incipiens, ad finem pinnae dorſalis ſecundae verſus abdomen flexa, in medio pinnae caudalis terminata*; dorſum *ex fuſco vireſcens, teres, toroſum*; abdomen *breve album*; latera *ex albo rubeſcentia*; anus *capiti propinquus*; pinnae *margine nigrae, ceterum praeter caudalem rubeſcentem olivaceae*; pinna *dorſalis prior brevis, alta, falcata*; pectorales *ad baſin utplurimum macula nigra inſignitae.*

Fico *romanis hodie.*

minutus. 6. G. ano in medio corporis.

*Müll. prodr. zool. dan. p.* 42. *n.* 351. *Brünn. piſc. maſſil. p.* 21. *n.* 32.

*Art. gen.* 21. *ſyn.* 36. Gadus dorſo tripterygio, ore cirrato, corpore ſeſcunciali, ano in medio corporis. D.12,19,17.P.13.V.6.A.27,17.C. - -

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 167. *t.* 67. *f.* 1. Gadus abdomine intus nigro. D.12,19,17.P.14.V.6.A.27,17.C.18.

*Klein*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0138-2 DFG

*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 7. *n.* 9. Callarias barbatus, corpore contracto, cauda ſinuata, *et nr.* 10. Callarias barbatus omnium minimus, ventre prae reliquis carinato, branchiarum operculis et maxillis punctatis, dorſo dilute fuſco, ventre ſordide albo.

*Bell. aq. p.* 124. Merlangus.

*Rondel. piſc.* 1. *p.* 191. *Geſn. aq. p.* 56. *ic. anim. p.* 241. *Thierb. p.* 13. Anthiae ſecunda ſpecies.

*Will. ichth. p.* 171. *t.* L. *membr.* 1. *n.* 1. *Raj. piſc. p.* 56. *n.* 10. Aſellus mollis minor.

*Brit. zool.* 3. *p.* 185. *n.* 77. *t.* 30. Poor.

*Habitat in* Oceani europaei, *frequentior in* maris mediterranei *profundis*, *teſtaceorum progenie et incolis*, *cancris vermibusque marinis victitans*, *ova littori propius inter ſilices aut fucos pariens*, *gregarius*, *majorum ſui generis praeda*, *vix ultra ſeptem pollices longus*, *argenteus nigro-punctatus*, *dorſo ex flavo fuſceſcens*, *ſquamis tenuibus*, *minimis*, *canis tectus*, *elongatus*.

Caput *cuneatum*; mandibula *inferior brevior*, *paucioribus dentium ordinibus*, *punctis excavatis*; oculi *rotundi*, *pupilla nigra*, *iride argentea*; linea *lateralis anguſta*, *recta*; pinna *caudalis furcata*.

blennioides. 18. G. pinnis ventralibus didactylis. *Pall. ſpic. zool.* 8. *p.* 47. *t.* 5. *f.* 2. Br. 6. D. 10-11, 17, 16. P. 19. V. 5. A. 23, 19. C. 27.

*Habitat in* mari mediterraneo, *merlangi habitu*, *dodrantalis*, *toroſus*, *mollis*, *convexus*, *compreſſus*, *ſquamis minimis veſtitus*, *ex albo argenteus*, *verſus dorſum griſeus*.

Caput *craſſum*, *conicum*, *obtuſum*; labia *carnoſa duplicata*; dentes *minuti inaequales*, *in mandibula ſuperiore minutiſſimi*, *nec niſi ſeni per intervalla conſpicui*; lingua *acuta*, *carnoſa*, *prominens*, *margine arguta*; palatum *longitudinaliter ſtriatum*; oculi *magni*: *iride argentea*; branchia-

chiarum *opercula mollia;* linea *lateralis antrorſum arcuata;* pinnae *ex flaveſcente albae, radiis exiliſſimis; dorſales analesque reclinatae;* dorſi *prima anguſta, triangularis, altera humilior, tertia paulo altior et brevior; pectorales anguſtae, ſubfalcatae, tenuiſſimae; ventralium radius primus praelongus, craſſiuſculus, bifidus; analis prior rotundata, altera ſubtriangularis;* cauda *bifurca, laciniis rotundatis.*

Saida. 20. G. pinnae dorſalis tertiae radio quarto, analis primae radio quinto reliquis longiore, ventralium ſecundo in ſetam longam terminato. *Lepechin nov. comm. Petropol.* 18. *p.* 512. D.10-11,16-17,20.P.16.V.5-6.A.18,20.C.24-26.

*Habitat in* mari albo, *frequenter edulis, carne quamvis exſucca, ultra* 8 *pollices longus.*

Caput *antrorſum ſubcompreſſum, poſterius magis rotundatum, vertice nigrum;* mandibulae *dentibus acutis, ſetaceis, retrorſum hamatis armatae, ſuperior magis obtuſa, inferior acutiuſcula, paulo longior;* palatum *quoque duplici dentium ſerie armatum; ad fauces utrinque oſſiculum lentiforme, denticulis aſperum;* oculi *ampli, pupilla exalbida, iride caeruleſcente;* branchiarum *opercula argentea, nigro-punctata, ex laminis tribus conflata, quarum infima lunata, altera elliptica, tertia triangularis, bicuſpidata;* dorſum *convexum, antrorſum leviter ſulcatum, ſordidum punctis nigricantibus hinc inde confluentibus;* latera *caeruleſcentia;* linea *lateralis recta, dorſo propior;* abdomen *album;* pinnae *dorſales triangulares fuſcae, radiis albicantibus; anales ex triangulari oblongae, baſi antrorſum obſcure caeruleae, ventrales baſi albicantes; caudalis bifurca.*

** *Pinnis dorſalibus tribus, ore imberbi.*

virens. 7. G. dorſo vireſcente, cauda bifurca. *Fn. ſuec.* 309.*. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 43. *n.* 354. D.13,20,19.P.17.V.6.A.24,20.C. - -
*Gron.act.upſ.*1742.*p.*90. D.13,20,19.P.17.V.6.A.24,20.C.40.

*Habitat in* oceano europaeo, *copioſe in* Norwegia Sey, *pollachio ſimilis, ſed mandibulis aequalibus, linea laterali non curvata, cauda bifida diſtinctus.* Ström. Söndm. 294.

Merlangus. 8. G. albus, maxilla ſuperiore longiore. *Fn. ſuec.* 310.
*It. ſcan.* 326. *t.* 2. *f.* 2. Gadus Hoitling. D.14,18,10.P.20.V.6.A.30,20.C. - -
*It. wgoth.* 176. Gadus Hoitling. D.14,20,20.P.17.V.6.A.30,22.C. - -
*Art. gen.* 19. *ſyn.* 34. *ſpec.* 62. Gadus dorſo tripterygio, ore imberbi, corpore albo, maxilla ſuperiore longiore. D.14,21,20.P.21.V.6.A.33,23.C.31.
*Gron. muſ.* 1. *p.* 20. *n.* 55. *zooph. p.* 98. *n.* 316. Molenaer. D.14,23,18.P.16.V.4.A.28,19.C. - -
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 161. *n.* 4. *t.* 65. Gadus corpore albo, ore imberbi, maxilla ſuperiore longiore. Br.7.D.16,18,19.P.20.V.6.A.30,20.C.31.
*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 8. *n.* 3. *t.* 3. *f.* 2. Callarias imberbis, argentei ſplendoris, dorſo caneſcente, &c.
*Geſn. aq. p.* 85. *ic. an. p.* 85. *Thierb. p.* 40. Merlangus.
*Rondel. de piſc.* 1. *p.* 276. Secunda ſpecies aſellorum.
*Aldr. de piſc. p.* 287. Aſellus minor alter.
*Jonſt. piſc. t.* 2. *f.* 3. Aſellus mollis.
*Will. ichth. p.* 150. *t.* L. *m.* 1. *t.* 5. *Raj. piſc. p.* 55. *n.* 8. Aſellus major ſ. albus.
*Brit. zool.* 3. *p.* 155. *n.* 9. Whiting.

*Habitat in* oceani europaei *fundo, canceris minoribus, vermibus, piſcibusque minoribus victitans, a fine anni ad Februarii initium ova pariens, carne tenera alba, alias ſapidiſſima, eo tempore inſipida; pedem utplurimum longus, productus, teres, ſquamis exiguis, rotundis, tenuibus, argenteis veſtitus.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0141-7

Caput *antrorſum acuminatum*; oculi *rotundi*, *pupilla ingente nigra*, *iride argentea*; mandibula *ſuperior dentium, quorum anteriores longiſſimi*, *multiplici*, *inferior ſimplici ſerie armata*; *in hac utrinque* 9-10 *puncta excavata*; *in* palato *antrorſum utrinque os triangulare*, *in* faucibus *ſupra oſſa duo rotunda*, *infra oſſa* 2 *oblonga*; dorſum *olivaceum*; linea *lateralis recta*; pinnae *albae*, *praeter caudalem et pectorales quae nigricant*; *ad ortum poſteriorum macula nigra*.

Carbonarius. 9. G. maxilla inferiore, longiore, linea laterali recta.

*Art. gen.* 20. *ſyn.* 34. Gadus dorſo tripterygio imberbis, maxilla inferiore longiore, linea laterali recta. D. 14, 20, 22. P. 18. V. 6. A. 22, 19. C. - -

*Bloch Fiſche Deutſchl.* 2. *p.* 164. *n.* 5. *t.* 66. Gadus ore nigro, linea laterali alba rectaque. D. 14, 19, 20. P. 21. V. 6. A. 25, 20. C. 26.

*Klein piſc. miſſ.* 5. *p.* 8. *n.* 2. Callarias imberbis, capite et dorſo carbonis ad inſtar nigricantibus &c.

*Aldr. de piſc. p.* 289. *Will. ichth. p.* 168. *t.* L. *m.* 1. *n.* 3. *Raj. piſc. p.* 54. *n.* 3. Aſellus niger ſive mollis nigricans.

*Bell. aq. p.* 133. *Geſn. aq. p.* 89. *ic. anim. p.* 79. *Thierb. p.* 41. *Brit. zool.* 3. *p.* 152. *n.* 7. Coalfiſch.

*Habitat in* oceani europaei *et* pacifici *profundis et littore rupeſtri*, *Januario et Februario ova*, *ſeminis milii magnitudine et colore*, *pariens*, *ex quibus Julii initio* (*ad Angliam*) *prodeunt piſces*, *eo tempore copioſiſſimi*, *Auguſto delicioſi*, *ceterum vix eſculenti*.

Longitudo $2\frac{1}{2}$ *pedum*; color *adultioris niger*, *junioris olivaceus*; caput *anguſtum*; *in* branchiarum *operculis nitor argenteus nigredini interlucet*; os *exiguum nigrum*; mandibulae *acuminatae*; lingua *nitoris argentei*; truncus *ſquamis tenuibus oblongis tectus*; linea *lateralis recta*, *anguſta*

*anguſta et alba;* pinnae *nigrae; dorſales 2 priores et pectorales (ſub his etiam macula nigra) baſi olivaceae; ventrales exiguae; caudalis fuſcata.*

Pollachius. 10. G. maxilla inferiore longiore, linea laterali curva. *Fn. ſuec.* 312. *Müll. prodr. zool. danic. p.* 42. *n.* 353.

*It. wgoth.* 177. Gadus Lyrblek. D.13,19,18.P.16.V.6.A.27,18.C. - -

*Art. gen.* 20. *ſyn.* 35. Gadus dorſo tripterygio imberbis, maxilla inferiore longiore, linea laterali curva. D.11,19,16.P.17.V.6.A.16,18.C. - -

*Gron. muſ.* 1. *n.* 57. D.13,17,23.P.17.V.6.A.24,23.C. - -

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 171. *n.* 8. *t.* 68. Gadus dorſo tripterygio, linea laterali curva, maxilla inferiore longiore. Br.7.D.13,18,19.P.19.V.6.A.28,19.C.42.

*Wallbaum Schr. der berl. Naturf.* 4. *p.* 147. Gelbes Kohlmaul. Br.7.D.13,18,19.P.19.V.6.A.18,19.C.52.

*Will. ichth. p.* 167. *Raj. piſc. p.* 53. *n.* 2. Aſellus Whitingo - Pollachius.

*Brit. zool.* 3. *p.* 154. *n.* 8. Pollack.

*Habitat in* oceani europaei *fundo rupeſtri, et locis quam maxime agitatis, gregibus pariter numeroſiſſimis migrans, utplurimum ſeſquipedalis, piſcibus minoribus, praeſertim ammodyte, victitans, ſaepius in ſuperficie natans, ſupra ex atro fuſcus, colore verſus abdomen ſenſim in argenteum tranſeunte, ſubtus fuſco - punctatus.*

Caput *antrorſum acuminatum;* lingua *brevis, acuta, poſterius aſpera;* oculi *magni pupilla nigra, iride flava, nigro - punctata;* truncus *ſquamis exiguis, oblongis, tenuibus, flavo - marginatis tectus;* pinnae *pectorales flaveſcentes ventralesque aurantiae parvae; anales olivaceae nigro-punctatae.*

*** *Pinnis dorſalibus duabus.*

Merluccius. 11. G. imberbis, maxilla inferiore longiore. *Muſ. Ad.*

*Fr.*

*Fr.* 2. *p.* 60.* *Fn. ſuec.* 314.* *Forſk. Fn. arab. p.* XIX. *Gron. zooph. p.* 397. *n.* 315. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 41. *n.* 342. *O. Fabric. Fn. groenl. p.* 148. D.10,39.P.12.V.7.A.38.C.22.

*Art. gen.* 22. *ſyn.* 36. Gadus dorſo dipterygio, maxilla inferiore longiore. D.9,40.P.12.V.7.A.39.C. - -

*Ström. ſöndm.* 295. Lyſing. D.9,39.P.13.V.7.A.39.C.24.

*Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 93. *t.* 154. Gadus dipterygius, ore imberbi. Br.7.D.10,39.P.12.V.7.A.37.C.20.

*Plin. hiſt. mund. l.* 9. *c.* 17. Aſellus.

*Aldr. de piſc. p.* 286. *Jonſt. de piſc. p.* 7. *t.* 1. *f.* 3. Aſellus alter ſive Merluccius.

*Will. ichth. p.* 174. *t.* L. *m.* 2. *n.* 1. *Raj. piſc. p.* 56. Aſellus primus.

*Bellon. aq. p.* 123. *Geſn. aq. p.* 84. 97. *icon. an. p.* 76. Merluccius.

*Brit. zool.* 3. *p.* 156. *n.* 10. Hake.

*Habitat in* oceano *ſeptentrionali et* mari mediterraneo, 1½-2 *pedes longus, voraciſſimus, clupeas et ſcombros praeſertim venans, gregibus copioſiſſimis migrans, elongatus, ſquamis minutis veſtitus, exalbidus, ſupra canus; caro alba lamelloſa multiplici modo edulis, congenerum carne minus ſapida.*

Caput *longum, depreſſum et compreſſum;* os *amplum;* palatum *utrinque ſimplici, mandibulae duplici acutorum diſtantium dentium, minoribus majoribus interſertis, et ſuperioribus retrorſum hamatis, ſerie armatae;* oculorum *pupilla nigra, iris aurea vel argentea;* linea *lateralis prope caput* 6-9 *verrucis minoribus obſeſſa, dorſo propior, a nucha ad medium caudae excurrens;* pinnae *pectorales et ventrales in acumen deſinentes; dorſalis altera et analis medio humiliores, caudalis cinerea truncata.*

Molva. 12. G. cirratus, maxilla ſuperiore longiore. *Fn. ſuec.* 313. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 41. *n.* 343.

*It.*

*It. wgoth.* 177. Gadus Longa. D.15,63.P.20.V.6.A.60.C.40.
*Art. gen.* 22. *ſyn.* 36. Gadus dorſo dipterygio, ore cirrato, maxilla ſuperiore longiore. D.15,65.P.15.V.6.A.62.C. - -
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 174. *n.* 9. *t.* 69. Gadus dorſo dipterygio, maxilla ſuperiore longiore. Br.7.D.15,63.P.19.V.6.A.59.C.38.
*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 58. *n.* 16. Enchelyopus.
*Will. ichth. p.* 175. *t.* L. *m.* 2. *n.* 2. *Raj. piſc. p.* 56. Aſellus longus.
*Bell. aq. p.* 135. *Geſn. aq. p.* 95. *ic. anim. p.* 78.
*Brit. zool.* 3. *p.* 160. *n.* 13. Ling.

*Habitat in* oceani *ſeptentrionalis profundis, ad 7 pedes longus, cancris et piſcibus victitans, Junio ova ad fucos pariens, eo tempore prope littora copioſiſſimus, vario modo eſculentus, congenerum anguſtiſſimus et longiſſimus, ſupra fuſcus, ſubtus exalbidus, ad latera flaveſcens.*

Caput *magnum, obtuſum;* oculorum *pupilla nigra, iris alba;* os *amplum;* lingua *alba tenuis, acuminata;* truncus *teres, ſquamis oblongis, tenuibus, firmiter inhaerentibus veſtitus;* pinnae *margine albae, ceterum praeter analem cineream nigrae; dorſales verſus apicem macula nigra notatae.*

**albidus.** 19. G. cirro menti, pinnis ventralibus didactylis elongatis. *Brünn. piſc. maſſ. p.* 24. *n.* 34. Br.7.D.10,56.P.11.V.2.A.53.C.16.

*Habitat in* mari mediterraneo, *albidus, inter gados et blennios medius, oblongus, mollis, leviter compreſſus, 4 pollices longus.*

Caput *ſanguinolento-pallidum, ſupra planiuſculum lateribus compreſſum, pone oculos diacanthum;* mandibula *inferior brevior, ſubtus utrinque 7 punctata;* dentes *minuti, acuti, conferti;* oculi *magni, iride alba;* linea *lateralis recta;* pinna *dorſi anterior parva, apice nigreſcens, poſterior albida, margine et poſterius nigra, nigro-maculata; analis albida, poſterius nigra; caudalis integra, rotundata, nigreſcens.*

13. G.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0145-0
DFG

Tau. 13. G. cirratus, operculis triacanthis, pinna dorſali priore triradiata. Br.6.D.3,26.P.20.V.$\frac{1}{6}$.A.22.C.16.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 170. *n.* 7. *t.* 6. *f.* 2. 3.
Gadus cirris plurimis. Br.6.D.3,20.P.20.V.$\frac{1}{6}$.A.15.C.12.
*Habitat in* Carolina, *glaber, mucoſus, fuſcus, ſubtus exalbidus, dorſo pinnisque albo-maculatis, ſquamis mollibus, tenuibus, minutiſſimis, rotundis, fuſcis, margine albis veſtitus.*
Caput *magnum, latum;* oculi *ad verticem, magni, pupilla nigra, iride aurea, utrinque ſerie duplici verrucarum minorum cincti; inter eos et nucham ſinus, et ſtria transverſa flava;* palatum *utrinque duplici dentium ſerie aſperum;* mandibula *ſuperior pluribus, inferior duabus tantum dentium acutorum inaequalium ſerie armata, longior, et ſubtus cirris pluribus in ſemicirculum diſpoſitis barbata;* branchiarum *operculum ex duabus laminis conflatum;* membrana *magna, libera;* pinnae *pectorales et ventrales acuminatae, poſteriorum radius primus robuſtus, rigidus, longiſſimus;* pinna *dorſalis prior radiis ſpinoſis, altera et analis radiis muticis ultra membranam prominentibus, caudalis rotundata et pectorales radiis furcatis.*

Lota. 14. G. cirratus, maxillis aequalibus. *Fn. ſuec.* 315. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 41. *n.* 343. *Koelreuter nov. comm. Petrop.* 19. *p.* 424. *Meidinger icon. piſc. auſtr. t.* 8. *Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 177. *n.* 10. *t.* 70. D.14,68.P.20.V.6.A.67.C.36.
*Art. gen.* 22. *ſyn.* 38. Gadus dorſo dipterygio, ore cirrato, maxillis aequalibus. D.13,76.P.21.V.7.A.55.C. - -
*Art. ſpec.* 107. Silurus cirro in mento unico. D.13,76.P.21.V.7.A.55.C.30.
*Gron. muſ.* 1. *p.* 21. *n.* 61. *zooph. p.* 97. *n.* 313.
*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 57. *n.* 13. *t.* 15. *f.* 2. Enchelyopus ſubcinereus ex fuſco maculoſus &c.

*Salvian. aq. p.* 213. Botlatriae, Triſeus.
*Bell. aq. p.* 302. Strinſios ſive Botariſſas, *et p.* 304. Claria fluviatilis.
*Rondel. piſc.* 2. *p.* 164. Lota, *et p.* 165. Barbota.
*Brit. zool.* 3. *p.* 163. *n.* 14. Barbot.
*Will. ichth. p.* 125. *Raj. piſc. p.* 67. Muſtela fluviatilis.

*Habitat in* europaearum, ſibiricarum, indicarum *aquarum dulcium clararum profundis, infra ſaxa aut in foveis praetereuntibus piſcibus inhians, quibus, praeterea quoque vermibus inſectisque aquaticis victitat; lucii et ſiluri crebra praeda, vitae tenax, velociter creſcens, ad* 3 *pedum longitudinem, aſtutus, fertilis, ſub anni auſpiciis ova pariens, carne alba, ſapida, concoctu facili, muco et ſquamis minutis, mollibus tenuibusque veſtitus, ex fuſco flavoque varius, ſubtus albus.*

Caput *magnum, latum;* oculi *laterales, parvi, pupilla caeruleſcente, iride flava;* os *amplum;* mandibulae 7 *dentium acutorum ordinibus armatae; inferior cirrho, rarius duobus barbata;* lingua *et* membrana branchioſtega *lata;* linea *lateralis recta;* pinnae *dorſales et analis humiles longae; caudalis rotundata.*

Muſtela. 15. G. cirris quinque, pinna dorſali priore exſoleta.
*Müll. prodr. zool. dan. p.* 42. *n.* 345.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. dorſo dipterygio, cirris maxillae ſuperioris 4, inferioris 1. D. 1,42. P. 14. V. 7. A. 40. C. - -
*Art. gen.* 22. *ſyn.* 37. Gadus dorſo dipterygio, ſulco ad pinnam dorſi primam, ore cirrato. D. 1,56. P. -- V. 7. A. 47. C. - -
*Gron. zooph. n.* 314. *muſ.* 1. *p.* 21. *n.* 2. *act. upſ.* 1742. *p.* 93. *t.* 3. D. 1,48. P. 16. V. 7. A. 43. C. 25.
*Brit. zool.* 3. *p.* 165. *n.* 16. Brow Whiſtle Fiſh.

β) G.

tricirratus. β) G. cirris tribus. *Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 100. *t.* 165. *Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 57. *n.* 14. Enchelyopus cirrhis tribus, altero e mento &c. *Bellon. aq. p.* 129. Aſelli ſpecies altera graecorum. *Rondel. de piſc.* 1. *p.* 281. *Geſn. aq. p.* 89. *ic. anim. p.* 81. *Aldr. de piſc. p.* 290. *Will. ichth. p.* 121. *Raj. piſc. p.* 67. *n.* 1. Muſtela vulgaris. *Brit. zool.* 3. *p.* 164. *n.* 15. Spotted whiſtle-fiſh. Br.5.D.1,56.P.18.V.6.A.46.C.20.

ruſticus. γ) G. cirro unico. *Wallbaum Schr. der berl. Naturf. Geſ.* 5.

*Habitat in* oceano europaeo, mari mediterraneo *et* atlantico, *ad* 19 *pollices usque longus, teſtaceis cancrisque victitans, junior frequens congenerum majorum et ſcombrorum praeda, autumno ova pariens, muco et ſquamis tenerrimis veſtitus, ex fuſco luteus, nigro maculatus, ſubtus albus.*

Caput *parvum, ex argenteo tinctu in violaceum vergens;* oculorum *pupilla nigra, iris aurea;* os *amplum;* palatum *aſperum;* mandibulae *dentium minutiſſimorum acutorum ordine armatae, inferior brevior cirro unico, ſuperior* 4, (*in* β) 2) *barbata,* γ) *imberbis;* lingua *libera anguſta;* linea *lateralis ad pinnas pectorales curvata, tum recta;* pinnae *ventrales et pectorales rubeſcentes, reliquae dilute fuſcae, maculis oblongis, caudalis rotundis variae;* pinna *dorſi prima humillima.*

cimbrius. 16. G. cirris 4, pinna dorſali priore exoleta: radio primo haſtato. D.1,48.P.16.V.7.A.42.C.25.

*Habitat in* oceano atlantico, ſcanico.

Cirri *naſales* 2; *labii ſuperioris* 1, *inferioris* 1. Pinna *dorſalis anterior exoleta: radio primo ſubulato majore apice brachiato forma litterae* T, *quo inprimis a muſtela differt.* D. Struſſenfelt.

*** Pin-

**** *Pinna dorſali unica.*

mediterraneus. 17. G. maxilla ſuperiore cirris duobus, inferiore unico. *Muſ. Ad. Fr. 2. p.* 60.* D. 54. P. 15. V. 2. A. 44. C. - -
*Habitat in* oceano Europaeo, *an mera muſtelae varietas?*

Broſme. 21. G. ore cirroſo, cauda ovali acuta. *D. Müll. prodr. zool. dan. p.* 41. *n.* 341. *Aſcan. ic. rer. nat. t.* 17. *Ström. ſöndm.* 1. *p.* 272. *t.* 1. *f.* 19. *Pontopp. norw.* 2. *p.* 178. Broſme. D. 100. P. 20. V. 5. A. 60. C. 30.
*Olafſ. isl. p.* 358. *t.* 27. Kaila.
*Habitat in* mari groenlandico *auſtraliori.*

## 155. BLENNIUS.

*Caput* declive, tectum.
*Membrana branchioſtega* radiis ſex.
*Corpus* lanceolatum. *Pinnae* ventrales didactylae muticae. *Pinna ani* diſtincta.

* *capite criſtato.*

Galerita. 1. Bl. criſta capitis transverſa cutacea. *Art. gen.* 27. *ſyn.* 44. *Ström. ſöndm.* 322. D. $\frac{50}{60}$. P. 10. V. 2. A. 36. C. 16.
*Rondel.* 204. *Geſn. aq.* 14, 17, 18. *Will. ichth.* 134.
*Raj. piſc.* 73. Galerita.
*Bell. aq.* 219. Adonis.
*Brit. zool.* 3. *p.* 167. Creſted Blenny.
*Habitat in oceano* Europaeo, 4-5 *pollices longus, criſta plicatili.*

criſtatus. 2. Bl. criſta ſetacea longitudinali inter oculos. *Gron. muſ.* 1. *n.* 75. Br. 5. D. 26. P. 14. V. 3. A. 16. C. 11.
*Raj. piſc. p.* 73. Pinaru.
*Habitat in* America *auſtrali et* India.

**cornutus.** 3. Bl. radio ſimplici ſupra oculos, pinna dorſali ſolitaria. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 61.* — D. 33. P. 15. V. 2. A. 23. C. 12.

*Amoen. ac.* 1. *p.* 316. Blennius pinnis ocularibus ſubulatis, pinna ani oſſiculorum XXVI. — D. 34. P. 15. V. 2. A. 25. C. 11.

*Habitat in* India.

**ocellaris.** 4. Bl. radio ſimplici ſupra oculos, pinna dorſali anteriore ocello ornata. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 62.* *Cetti peſc. Sard. p.* 112. *Brünn. piſc. maſſ. p.* 15. *n.* 35. — D. 11, 15. P. 12. V. 2. A. 16. C. 11.

*Art. gen.* 26. *ſyn.* 44. Blennius ſulco inter oculos, macula magna in pinna dorſali. — D. - - P. 12. V. 2. A. 17. C. 26.

*Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 112. *t.* 165. *f.* 1. Blennius ocello nigro in pinna dorſi. — D. 25. P. 12. V. 2. A. 17. C. 11.

*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 31. *n.* 1. Blennus pinniceps.

*Rondel. piſc.* 1. *p.* 204. Scorpioides.

*Bell. aq. p.* 210. *Salvian. aq. p.* 228. *Geſn. aq. p.* 126. *icon. anim. p.* 9. *Thierb. p.* 3. *Jonſt. piſc. p.* 75. *t.* 19. *f.* 5. *Aldrov. piſc. p.* 203. *Will. ichth. p.* 131. *t.* H. 3. *f.* 2. *Raj. piſc. p.* 72. *n.* 13.

*Habitat in* mari mediterraneo, *ad* 8 *pollices longus, carne eduli, at parum expetita, ſquamis nudus, ſordide virens, ſtriis olivaceis, rarius dilute caeruleus.*

Caput *oblongum, magnum;* oculi *magni, prominuli, pupilla nigra, iride aurantia;* rictus *amplus;* mandibulae *aequales, ſerie ſimplici dentium anguſtiſſimorum approximato-*

---

*An trifurcated Hacka, quem* Pennant *brit. zool. ad* 2. 3. *p.* 196. *n.* 84. *deſcripſit, et gadus, quem* Aſcanius *icon. rer. natural. t.* 17. *delineatum dedit, propriae ſint ſpecies, equidem decidere nollem.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0150-7

*matorum armatae;* lingua *brevis lata;* branchiarum *apertura ampla, operculum ſimplici lamina conſtans;* dorſum *convexum, caeruleſcens;* anus *capiti,* linea *lateralis dorſo propior;* pinnae *pectorales magnae rotundatae, radiis, aeque ac in caudali, bifurcis;* pinna *analis longa anguſta et dorſalis medio humilior, olivacea, maculis caeruleis punctisque albis varia, radiis ſimplicibus.*

faſciatus. 14. Bl. pinnulis ſimplicibus duabus inter oculos, pinna ani radiis novendecim. *Bloch ausl. Fiſch. 2. p. 110. t. 162. f. 1.* D. 29. P. 13. V. 2. A. 19. C. 11.

*Habitat in* India, *toroſus, muco obductus, ſupra ex fuſceſcente caeruleus, ſubtus flaveſcens, antrorſum latior, poſterius anguſtatus, faſciis* 4 *fuſcis, inter quas areae flaveſcentes lineis fuſceſcentibus pictae.*

Caput *parvum, ſupra fuſcum, ſubtus flaveſcens;* mandibulae *aequales, dentibus ſetaceis, minutis, denſe aggregatis armatae;* branchiarum *apertura ampla;* dorſum *convexum;* linea *lateralis dorſo,* anus *capiti propior;* pinnae *faſciis fuſcis, radiis (praeter caudalem rotundatam cineream) ſimplicibus;* pinnae *pectorales rotundatae, et ventrales longae, anguſtae, maculatae, hyalinae; analis radius primus ſpinoſus.*

Gattorugine. 5. Bl. pinnulis ſuperciliorum nuchaeque palmatis. *Muſ. Ad. Fr. 2. p. 61.** D. 30. P. 13. V. 2. A. 21. C. 12.

*Muſ. Ad. Fr. 1. p. 68.* Blennius vertice ſuperciliisque ciliato. D. $\frac{18}{30}$. P. 14. V. 2. A. 20. C. 13.

*Art. gen. 26. ſyn. 44.* Blennius pinnulis duabus ad oculos, pinna ani oſſiculorum XXIII. D. $\frac{12}{31}$. P. 14. V. 2. A. 23. C. 12.

*Brünn. piſc. maſſ. p. 27. n. 37.* Blennius pinnulis ſuperciliorum palmatis, ſpinis dorſalibus XIII. Bavarello.

*Gron. zooph. p. 76. n. 264.* Blennius capite criſtato ex radio ſimplici inermi ſupra utrumque oculum.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0151-3

*Will. ichth. p.* 132. *t.* H. 2. *f.* 2. *Raj. piſc. p.* 72. *n.* 14. *Brit. zool.* 3. *p.* 168. *n.* 2. Gattorugine.

*Habitat in* mari mediterraneo *et* atlantico, *ad* 8 *pollices longus, cancrorum piſciumque progenie victitans, eſculentus, ſtriis fuſcis, et maculis partim obſcurioribus, partim dilutioribus varius, ſubtus cinereus.*

Caput *parvum;* oculi *ad verticem, prominuli, pupilla nigra, iride rubeſcente;* nares *oculis proximae;* rictus *amplus;* mandibulae *aequales ſerie dentium alborum, filiformium, acutorum et flexilium pectinatae;* lingua *brevis;* palatum *laeve;* branchiarum *operculum ſimplici lamina conſtans;* truncus *compreſſus;* linea *lateralis recta, dorſo propior;* anus *capiti;* pinnae *flavicantes, radiis ſimplicibus;* pinna *dorſalis utplurimum macula nigra notata, radiis* 16 *prioribus ſpinoſis, poſtremis longiſſimis.*

ſuperciliosus. 6. Bl. pinnulis ſuperciliorum palmatis, linea laterali curva.

*Amoen. ac.* 1. *p.* 317. Blennius pinnulis ocularibus breviſſimis palmatis, linea laterali curva. D. $\frac{34}{40}$. P. 12. V. 2. A. 26. C. 12.

*Gron. muſ.* 2. *n.* 172. *t.* 5. *f.* 5. *zooph. p.* 75. *n.* 258. Blennius oſſiculis tribus anterioribus pinnae dorſalis reliquis aculeatis majoribus. D. $\frac{36}{44}$. P. 15. V. 2. A. 28. C. 12.

*Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 118. *t.* 168. Blennius linea laterali curva, pinnula ad oculum. D. 44. P. 14. V. 2. A. 28. C. 12.

*Seb. muſ.* 3. *p.* 90. *n.* 3. *t.* 30. *f.* 3. Blennius varius, capite ſubacuto: oſſiculis ultimis pinnae dorſalis mollibus.

*Seeligm. Voegel* 8. *t.* 72. indianiſcher Gottorugina.

*Habitat in* India, *elongatus, toroſus, ſubcompreſſus, ſquamis minutis tectus, viviparus, cancris junioribus victitans, flavicans, rubro-maculatus.*

Caput

Caput *parvum*, *craſſum*, *ſquamis nudum*; oculi *laterales*, *magni*, *rotundi*, *pupilla nigra*, *iride argentea*; *inter utrumque fibra pendula apice trifida*; rictus *amplus*; lingua *brevis*; palatum *molle*; mandibulae *aequales*, *ſuperior ſerie majorum remotiorum*, *et pone hanc pluribus ordinibus dentium minorum acutorum armata*; branchiarum *apertura ampla*, *membrana nuda*, *operculum ſimplici lamina conſtans*; dorſum *carinatum*; anus *amplus*, *capiti propior*, *quam caudae*; pinnae *radiis ſimplicibus*, *dorſalis ſpinoſis praeter* 5 *poſtremos*.

tentacularis. 15. Bl. radio ſupra oculos ſimplici, pinna dorſali integra antice unioculata. *Brünn. piſc. maſſil. p.* 26. *n.* 36. D. 34. P. 14. V. 2. A. $\frac{1}{25}$. C. 11.

*Habitat in* mari mediterraneo, $2\frac{1}{2}$ *pollices longus*, *elongatus*, *totus exalbidus*, *punctis maculisque fuſcis nebuloſus*.

Caput *obtuſum*, *buccatum*, *fuſcum*, *ſubtus faſciis* 3 *transverſis albis*; dentes *pectinis in modum diſpoſiti*; iris *argentea*, *rubro-punctata*; pinna *dorſi pallida*, *multis punctis fuſcis varia*; *ani ex albo et fuſco ſubfaſciata*; *pectoris*, *ventris et caudae pallidae*, *radiis fuſco punctatis*.

Simus. 16. Bl. cirro ſupra oculos minimo, pinna dorſali poſterius caudali annexa, linea laterali curva. *Sujef act. Petrop.* 1779. 2. *p.* 198. *t.* 6. *f.* 2-4. D. 27. P. 15. V. 2. A. 17. C. 15.

Corpus $3\frac{1}{2}$ *pollices longum*, *alepidotum*, *laeve*, *tenuiſſimum*; os *inferum*; mandibulae *arcuatae*, *labiis membranaceis*, *tenuiſſimis*, *ſerratis inſtructae*, *et ſerie ſimplici dentium tenuiſſimorum*, *confertorum*, *aequalium armatae*; oculi *grandiuſculi*, *approximati*, *prominuli*; branchiarum *opercula parva*, *flexilia*, *pellucida*, *ex duabus laminis conflata*; anus *in medio corporis*, *ad pinnae dorſalis exortum in nucha tuberculum adipoſum*; *praeter* pinnam *caudae rotundatam alia adhuc ſpuria* 4-5 *radiata*.

Phycis. 7. Bl. naribus ſubcriſtatis, cirro labii inferioris, dorſo bipenni. Br. 7. D. 10, 61. P. 15. V. 2. A. 57. C. 20.

*Art. gen.* 84. *Syn.* 111. Phycis. D. 10, 62. P. 12. V. 2. A. 56. C. - -

 *Rondel.*

*Rondel. piſc. p.* 186. *Geſn. aq. p.* 718. Phycis.
*Will. ichth. p.* 205. *Raj. piſc. p.* 75. Tinca marina.
*Brit. zool.* 3. *p.* 158. *n.* 11. Leſſer Hake.
β) Barbus minor Cornubienſis cirris bifurcis. *Raj. piſc. p.* 164. *f.* 8.
*Brit. zool.* 3. *p.* 160. *n.* 12. Leſt Hake.
*Habitat in* mari mediterraneo, *ad* 18 *pollices longus.*
Narium *foramina anteriora tentaculo lineari*; anus *annul*
*nigro cinctus*; cauda *rotundata.*

** *capitis criſta nulla.*

Pholis. 8. Bl. linea laterali curva ſubbifida. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 62.* D. $\frac{12}{28}$. P. 14. V. 2. A. 19. C. 1
*Art. gen.* 27. *ſyn.* 45. *et* 116. Blennius capite ſummo acuminato, maxilla ſuperiore longiore. D. 36. P. - - V. 2. A. 28. C. -
*Gron. muſ.* 2. *n.* 175. *zooph.* 76. *n.* 279. D. $\frac{12}{31}$. P. 13. V. 2. A. 19. C. 1
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 184. *n.* 1. *t.* 71. *f.* 2. Blennius naribus tubuloſis fimbriatisque. Br. 7. D. 28. P. 14. V. 2. A. 19. C. 1
*Rondel. piſc. p.* 205. *Geſn. aq. p.* 18. Alauda non criſtata.
*Will. ichth. p.* 133. *t.* h. 6. *f.* 2. 4. *Raj. piſc. p.* 73. *n.* 17. Mulgranoc, Bulcard.
*Brit. zool.* 3. *p.* 169. *n.* 3. Smooth Blenny.
*Habitat in* oceani europaei, *et* maris mediterranei *littoribu* *et ad oſtia fluviorum inter ſaxa et algas, agilis, vitae te nax,* 6-7 *pollices longus, cancrorum piſciumque ovis e progenie victitans, laevis, muco tenaci obductus, oliva ceus, maculisque obſcuris et albis varius.*
Caput *craſſum*; rictus *amplus*; mandibulae *ſerie dentium ar matae, ſuperior longior*; labia *craſſa*; nares *rotunda* *poſte*

*poſteriores tubuloſae, fibris* 4 *fimbriatae*; lingua *laevis*; palatum *aſperum*; oculi *magni, pupilla nigra, iride ex albido rubra*; anus *capiti propior*; pinna *dorſalis longa, medio quaſi diviſa*; pinnarum *omnium radii craſſi.*

Gunnellus. 9. Bl. pinna dorſali ocellis decem nigris. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 69. *Fn. ſuec.* 318. — D. 77. P. 10. V. 2. A. 43. C. 16.

*Art. gen.* 27. *ſyn.* 45. Blennius maculis circiter decem nigris, limbo albo, utrinque ad pinnam dorſalem. — D. 78. P. 11. V. 2. A. $\frac{2}{40}$. C. - -

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 186. *n.* 2. *t.* 65. *f.* 1. Blennius ocellis plurimis in pinna dorſali. — D. 78. P. 10. V. 2. A. $\frac{11}{41}$. C. 18.

*Gron. muſ.* 1. *n.* 77. *zooph. p.* 78. *n.* 267. Photis maculis annulatis ad pinnam dorſalem, pinnis ventralibus obſoletis.

*Will. ichth. p.* 115. *t.* G. 8. *f.* 3. *Raj. piſc. p.* 144. *n.* 11. *Seb. muſ.* 3. *p.* 91. *t.* 30. *f.* 6. Gunellus.

*Brit. zool.* 3. *p.* 171. *n.* 4. *t.* 10.

punctatus. β) Bl. corpore fere lineari fulvo pinna dorſali ocellis quinque nigris, totidemque albis conjunctis. *O. Fabr. fn. groenl. p.* 153. *n.* 110. — Br. 7. D. 50. P. 17. V. 4. A. 38. C. 18.

*Habitat in* oceani europaei *fucis littoralibus*, β) *in profundis*, 9-10, β) 6 *modo pollices longus, velociter natans, anguillae inſtar lubricus, parum eſculentus, inſectis aquaticis ovisque piſcium victitans, frequens aliorum piſcium aviumque aquaticarum praeda, ſquamis exilibus veſtitus, nunc ex cinereo flavicans, maculis pallidioribus, nunc fuſcus aut olivaceus maculis obſcuris et dilutioribus pictus, ſubtus ſemper albus, utrinque compreſſus.*

Caput, pinnae *pectorales et ventrales parvae*; os *ſimum, parvum*; mandibulae *ſerie dentium acutorum exilium armatae,*

*matae, inferior paulo longior, apice incurva;* oculorum *pupilla nigra, iris alba;* linea *lateralis recta obſoleta;* anus *capiti paulo propior, quam caudae;* dorſum *carinatum;* pinnae *flavae, longae et anguſtae radiis ſpinoſis, ocellis* 9-12; pinnae *pectorales et analis aurantiae, haec baſi fuſco-maculata;* pinna *caudalis flava.*

muſtelaris. 10. Bl. pinna dorſali anteriore triradiata. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 69. D. 3,43. P. 17. V. 2. A. 29. C. 13.

β) Bl. pinna dorſi anteriore radiis 3, poſteriore 40. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 69. D. 3,40. P. 16. V. 2. A. 28. C. 12.

*Habitat in* India.

viviparus. 11. Bl. ore tentaculis duobus. *Fn. ſuec.* 317. *Müll. prodr. p.* 43. *n.* 358. *zool. dan. t.* 57. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 69. D. 80. P. 19. V. 2. A. 66. C. - -

*Act. Stockh.* 1748. *p.* 32. *t.* 2. Tånglake. D. 79. P. 20. V. 2. A. 70. C. - -

*Gron. muſ.* 1. *p.* 65. *n.* 145. *zooph. p.* 77. *n.* 265. *Act. upſ.* 1742. *p.* 87. Enchelyopus corpore lituris variegato, pinna dorſi ad caudam ſinuata. D. - - P. 19. V. 2. A. - - C. - -

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 188. *n.* 3. *t.* 72. Blennius naribus tubuloſis. Br. 7. D. A. C. 148. P. 20. V. 2.

*Art. ſyn.* 45. Blennius capite dorſoque fuſco-flaveſcente lituris nigris, pinna ani flava.

*Will. ichth. p.* 122. *Raj. piſc. p.* 69. *Jonſt. piſc. p.* 1. *t.* 46. *f.* 8. Muſtela vivipara.

*Brit. zool.* 3. *p.* 172. *n.* 5. *t.* 10. Viviparous Blenny.

*Habitat in maris* europaei *fundo, cancris potiſſimum victitans, aliorum piſcium praeda, vivos foetus pariens,* 15 *circiter pollices longus, anguillae inſtar lubricus, ex flavo*

*et*

*et nigro varius, ſquamis minutis, oblongis, albis, margine nigris veſtitus, parum edulis; ſpinae in obſcuro lucent, coctione vireſcentes.*

Caput *parvum*; os *exiguum*; mandibulae *labiis robuſtis dentibusque minutis inſtructae, ſuperior longior*; palatum *brevisque* lingua *glabra*; faux *oſſiculis 2 aſperis inaequalis*; oculi *oblongi, pupilla nigra, et iride argentea*; abdomen *breve*; anus *amplus*; linea *lateralis recta obſoleta*; gula *et* pinna *analis flava*; pinnae *radiis mollibus*; *dorſalis flaveſcens, maculis* 10-12 *nigris varia, caudam verſus humilior.*

Lumpenus. 12. Bl. corpore areolis dorſalibus fuſcis. *Müll. prodr. zool. dan. p.* IX.
*Art. ſyn.* 45. Blennius cirris ſub gula pinniformibus quaſi bifidis, areolis dorſi transverſis.
*Ström. ſöndm.* 1. *p.* 315. *n.* 4. Tangbrosme.
*O. Fabr. f. groenl. p.* 151. *n.* 109. Blennius corpore teretiuſculo flavicante, areolis dorſalibus fuſcis. D. 63. P. 15. V. $\frac{2}{1}$. A. 41. C. 18.

*Habitat in* maris europaei *fundo argilloſo et arenoſo, inter fucos littoreos ſe abſcondens ibique Julio ova ſua ponens, laevis, ſquamis minutis fixis rotundis veſtitus, palleſcens, ſubtus albus, poſterius flavus.*

Caput *flavicans, corpore anguſtius*; pinnae *dorſalis radii ſpinoſi retrorſum arcuati.*

raninus. 13. Bl. pinnis ventralibus ſubſexfidis, cirro gulari. *Fn. ſuec.* 316. *Müll. prodr. zool. dan. n.* 359. Br. 7. D. 66. P. 22. V. $\frac{2}{6}$. A. 60. C. 30.
β) Gadus (raninus) dipterygius cirratus, pinnis ventralibus biſetis. *Müll. zool. dan. p.* 15. *t.* 45. *Danſk. Videnſk. Selſk. Skrift.* 12. *p.* 291-298.
Blennius fuſcus ore cirrato, pinnis omnibus ſetaceis.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0157-7

*Ström. ſöndm.* 1. *p.* 322.
*Müll. zool. dan. prodr.*
*p.* 34. *n.* 360.

*Habitat in* Sueciae *lacubus, ubi hic, ibi alii piſces recedunt; nec piſcis ipſe eſculentus, inter gados et blennios intermedius.*

*β*) oceani ſeptentrionalis *incola ex nigro fuſcus ſquamis minutis et muco obductus, ad pinnam dorſalem usque depreſſus, dein compreſſus et acuminatus.* Caput *valde depreſſum corpore latius;* oculorum *pupilla violacea, iris fulva;* rictus *repandus, fauce alba;* mandibula *utraque ſerie duplici dentium aceroſorum rubentium armata;* lingua *obtuſa, carnoſa, craſſa;* pinnae *nigrae, carnoſae, molles, dorſalis et analis aequales, poſtice abruptae; ventralium radii 2 priores in ſetam excurrunt, altero anteriorem duplo ſuperante.*

muraenoides. 17. Bl. membrana branchioſtega triradiata, pinnis ventralibus uniradiatis ſpinoſis minimis. *Sujef act. ac. Petrop.* 1779. 2. *p.* 195. *t.* 6. *f.* 1. Br. 3. D. -- P. -- V. 1. A. -- C. --

Corpus *compreſſum, enſiforme, alepidotum, laeve, ultra 6 pollices longum, ex fuſco cineraſcens, in capite et ventre magis albicans;* caput *ſubtuberculatum, fronte trigona convexiuſcula;* os *obliquum;* mandibulae *aequales, duplici dentium ordine armatae;* linea *dorſalis obſoleta;* anus *in medio corporis; dorſi* pinna *aculeata; pectorales et caudalis oblongae; analis aequalis.*

## KURTUS. *Corpus* utrinque carinatum: *Dorſum* elevatum.

*Membrana branchioſtega* radiis duobus.

indicus. 1. Kurtus. *Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 122. *n.* 1. *t.* 169. Br. 2. D. 17. P. 13. V. 6. A. 32. C. 18.

*Habitat in* mari indico, *teſtaceis cancrisque victitans, laminis quaſi argenteis denſiſſime tectus, latus, brevis, tenuis, aureus.*

Caput *magnum, compreſſum, apice obtuſum;* oculi *grandiuſculi, pupilla nigra, iride ſupra caerulea, infra alba;* rictus

rictus *amplus*; mandibula *utraque multiplici dentium minutorum ordine armata*, *inferior paulo longior*, *pauliſper curvata*; lingua *brevis*, *cartilaginea*; palatum *laeve*; branchiarum *apertura ampla*, *operculum membranaceum*; dorſum *maculis aurantiis*, *et ante pinnam maculis* 4 *nigris varium*; linea *lateralis recta ſupra pinnam pectoralem incipiens*; anus *prope caput*. Pinnae *radiis bifurcis*; *pectorales et ventrales aureae*, *margine rubeſcentes*, *reliquae baſi caeruleſcentes*, *verſus marginem flavae*; *dorſalis et ventralis radius primus durus*, *analis duo priores ſpinoſi*, *omnes hi autem ſimplices*.

III. THO-

# III. THORACICI.

*Branchia oſſiculata.*
*Pinnae ventrales ſub ipſo thorace ſitae.*

## 156. CEPOLA.

*Caput* ſubrotundum compreſſum.

*Os* ſimum. *Dentes* curvati, ſimplici ordine.

*Membrana branchioſtega* radiis ſex.

*Corpus* enſiforme, nudum, abdomine vix capitis longitudine.

Taenia. 1. C. pinna caudae attenuata, capite obtuſiſſimo. D. 60. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. 58. C. 9.

*Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 126. *t.* 170. Cepola capite truncato. D. 66. P. 15. V. 6. A. 60. C. 10.

*Art. gen.* 83. *ſyn.* 114. Taenia auctorum.

*Klein miſſ. piſc.* 14. *p.* 57. *n.* 10. Enchelyopus totus pallide rubens, in imo ventre albeſcens, &c.

*Rondel. piſc.* 1. *p.* 327. *Geſn. aq. p.* 938. *icon. an. p.* 404. *Aldrov. piſc. p.* 370. *Jonſt. piſc. p.* 22. *t.* 6. *f.* 2. Taenia altera.

*Will. ichth. p.* 117. *Raj. piſc. p.* 71. *n.* 10. Taenia rubra, Cavagiro et Freggia.

*Habitat in* maris mediterranei *uliginoſis littoreis, teſtaceis cancrisque victitans, ad tres cubitos usque longa, parum eſculenta, utrinque carinata, argentea, dorſo cano rubro-guttato, tenuiſſima, ſubpellucida.*

Caput *ſupra latinſculum;* rictus *amplus;* mandibula *ſuperior ſimplici, inferior duplici dentium acutorum diſtantium ordine armata longior;* lingua *tenuis, lata, aſpera;* oculi *magni ad verticem, pupilla nigra, iride ex argenteo caeruleſ-*

*ruleſcente*; branchiarum *apertura ampla*; operculum *lamina ſimplici conſtans*, *ante hoc utrinque pori* 5, *plures prope oculum*; linea *lateralis recta*; pinnae *rubrae*, *dorſalis longa et analis radiis bifurcis*, *reliquae ramoſis*, *pectorales et ventrales exiguae*, *caudalis cuneata*.

rubeſcens. 2. C. pinna caudae attenuata, maxillis acutis. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 63.* — D. 68. P. 17. V. 6. A. 58. C. 12.
*Syſt. nat.* X. 1. *p.* 259. Ophidium macrophthalmum. — D. 69. P. 15. V. 6. A. 62. C. 12.
*Brünn. piſc. maſſ. p.* 28. *n.* 39. — D. 68. P. 15. V. 6. A. 60. C. 11.
*Art. ſyn.* 115. Taenia ſerpens rubeſcens dicta.
*Habitat in* mari mediterraneo, *an ſatis diſtincta a taenia?*
Corpus *pallide carneum*; caput *nudum*; dentes *acuti*; iris *argentea*; pinna *dorſalis a nucha incipiens*; anus *paulo poſt pinnas ventrales*.

trachyptera. 3. C. capite declivi, maxilla utraque fornicata, pinnis aculeatis ſerratis ſcabris.
*Habitat in* mari adriatico, *linea laterali recta*, *ſquamarum ſerie ſimplici*; *an ſecundum* Forſterum *proprium genus?*

## 157. ECHENEIS. *Caput* pingue, nudum, depreſſum: ſupra planum marginatum, transverſe ſulcato-ſerratum.

*Membrana branchioſtega* radiis decem.

*Corpus* nudum.

Remora. 1. E. cauda bifurca ſtriis capitis 18. *Forſk. Fn. arab. p.* 19.
*Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 134. *t.* 172. Echeneis pinna caudali ſemilunata. — Br. 9. D. 21. P. 22. V. 4. A. 20. C. 20.
*Art. gen.* 15. *ſyn.* 28. *Plin. hiſt. mund. l.* 9. *c.* 15. *l.* 32. *c.* 1. *Geſn. aq. p.* 440.

*Amoen. acad.* 1. *p.* 603. Echeneis. D.22.P.28.V.5.A.22.C.16.

*Gron. muſ.* 1. *p.* 12. *n.* 33. Echeneis ſtriis capitis ſeptendecim.

*Gron. zooph. p.* 75. *n.* 256. Echeneis cauda bifurca.

*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 51. *n.* 1. Echeneis caeruleſcens, ore retuſo.

*Petiv. gazoph. l.* 44. *t.* 12. Remora corpore tereti.

*Olear. Kunſtk. p.* 42. *t.* 25. *Bell. aq. p.* 440. *Sloan. jam.* 1. *p.* 8. *Will. ichth. app. p.* 5. *t.* 9. *f.* 2. *Cateſb. Carol.* 2. *t.* 26. *du Tertre ant.* 2. *p.* 209. 222. *Rondel. de piſc.* 1. *p.* 436.

*Habitat in* Oceano, mari mediterraneo *et* pacifico, 1-1½ *pedes longa, parum edulis, ne ſqualis quidem appetita, ex ſulcis capitis, dum ad aliud corpus aſperum ſe apprimit, ſetas protrudens, quibus in hujus poros ingreſſis firmiſſime adhaeret, producta, craſſa, muco obducta, et foveolis excavata.*

Caput *antrorſum acuminatum, ſupra latum, ſcuto ſulcis* 16-19 *exarato ad dorſum usque producto;* rictus *amplus;* mandibulae *dentibus minutis radulae inſtar aſperae, inferior longior;* lingua *lata, tenuis, libera, et, prouti* palatum, *dentibus exilibus aſpera; prope* labium *ſuperius utrinque pori* 2, *anterior tubuloſus, poſterior ovalis;* oculi *parvi, pupilla nigra, iride argentea;* branchiarum *apertura ampliſſima, membrana libera;* dorſum *convexum nigrum, colore verſus abdomen ſenſim in album abeunte;* linea *lateralis obſoleta, media, a nucha incipiens, ad finem pinnae pectoralis medium verſus flexa, tum recta ad medium caudae usque decurrens;* anus *caudae propior;* pinnae *parvae, cute craſſa tectae, radiis mollibus ramoſis, plurimae cinereae margine fuſcae, caudalis ſemilunata.*

Neucrates. 2. E. cauda integra, ſtriis capitis 24. *Haſſelq. it. pal. p.* 324. *n.* 68. D.37.P.21.V.5.A.37.C.16.

*Gron. zooph. p.* 75. *n.* 252.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0162-4
DFG

*Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 131. *t.* 171. Echeneis cauda rotundata. Br. 9. D. 40. P. 20. V. 4. A. 35. C. 11.
*Gron. muſ.* 1. *p.* 13. *n.* 34. Echeneis ſtriis capitis 22.
*Brown jam. p.* 443. Echeneis fuſcus, pinnis poſterioribus albo - marginatis.
*Seb. muſ.* 3. *p.* 100. *t* 33. *f.* 2. Echeneis in extremo ſubrotunda.
*Aldrov. de piſc. p.* 335. *Jonſt. de piſc. p.* 16. *t.* 4. *f.* 3. Echeneis vel Remora.
*Marcgr. braſ. p.* 180. Iperuquiba et Piraguiba braſilienſibus.
*Will. ichth. p.* 119. *t.* G. 8. *f.* 2. *Raj. piſc. p.* 7. *n.* 12. Remora Imperati.
*Petiv. gazoph. t.* 44. *f.* 12. Remora.

*Habitat in* maris *regionibus omnibus, ad 7 pedes longa, parum eſculenta, viridis, infra lineam lateralem alba, remorae multum affinis, at longior et gracilior.*

Caput *mediae magnitudinis;* mandibula *inferior acuminata;* lingua *anguſta;* irides *aureae;* cutis *ſquamis nuda, poris plurimis pertuſa;* linea *lateralis media, alba, recta;* pinnae *flavae, margine lato violaceo; dorſalis et analis a caudali remotiſſimae;* anus *fere in medio.*

## 158. CORYPHAENA.

*Caput* maxime truncato - declive.

*Membrana branchioſtega* radiis quinque.

*Pinna* dorſalis longitudine dorſi.

Hippurus. 1. C. cauda bifida, radiis dorſalibus ſexaginta. D. 60. P. 21. V. 6. A. 26. C. 18.
*Orb. it.* 307. Br. 10. D. 60. P. 19. V. 6. A. 27. C. 20.

*Art. gen.* 15. *ſyn.* 28. Coryphaena cauda bifurca. D. - - P. 20. V. 6. A. - - C. 18.

*Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 143. *t.* 174. Coryphaena pinna ani radiis viginti quinque. Br. 7. D. 48. P. 16. V. 6. A. 25. C. 18.

*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 55. *n.* 1. 2. Hippurus pinnis branchialibus deauratis brevibus ſed latis &c.

*Plin. hiſt. mund. l.* 9. *c.* 16. *l.* 32. *c.* 11. *Rondel. piſc.* 1. *p.* 255. *Geſn. aq. p.* 423. *icon. an. p.* 75. *Jonſt. piſc. p.* 11. *t.* 1. *f.* 9. *Aldr. piſc. p.* 306. *Will. ichth. p.* 213. *t.* O. 1. *f.* 5. *Raj. piſc. p.* 100. *n.* 1. Hippurus.

*Habitat in* mari mediterraneo, *et* oceani *regionibus paulo calidioribus, in aqua vivus aureo nitore refulgens, poſt mortem evanido,* 4-5 *pedes longa, voraciſſima, exocoetas et triglas exagitans, et navigia ſequens, quicquid ex iis elabitur avide arripiens, vitae parum tenax, carne utplurimum ſapida, toroſa, compreſſa, ſquamis teneris arcte adhaerentibus veſtita, ſupra thalaſſina aurantio-maculata, ſubtus argentea.*

Caput *breve, compreſſum, ſupra caeruleum, ad latera vireſcens, ſubtus argenteum;* oculi *rotundi ori vicini, pupilla nigra, linea alba et iride aurantia cincta;* rictus *amplus;* labia *robuſta;* mandibulae *aequales, dentium minutorum acutorum retrorſum curvatorum* 4 *ordinibus armatae;* lingua *brevis;* palatum *amplum;* branchiarum *apertura ampla, operculum lamina ſimplici conſtans, membrana ſub hoc latens;* dorſum *convexum;* linea *lateralis flava, ad finem pinnarum pectoralium flexa, tum recta;* pinnae *baſi dilute fuſcae, ceterum flavae, caudalis margine vireſcens, analis anguſta tota flava, dorſalis radiis flava, membrana eos nectente caerulea.*

Equiſelis. 2. C. cauda bifurca, radiis dorſalibus quinquaginta tribus.

*Osb. it.* 308. Dorado. Br. 6. D. 53. P. 19. V. 6. A. 23. C. 20.

*Marcgr.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0164-6
DFG

*Marcgr. braſ. p.* 160. *Piſo ind. p.* 160. *Will. ichth. p.* 214. *Raj. piſc. p.* 100. *n.* 2. Guaracapema.

*Habitat in alto* Pelago, *pulcherrima, vix ab hippuro diſtincta.*

Plumieri. 14. C. pinnae analis radiis quinquaginta quinque. *Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 146. *t.* 175. Br. 4. D. 77. P. 11. V. 6. A. 55. C. 16.

*Habitat in mari inſulas* Antillas *circumfluente, producta, ſatis magna, ſquamis minutis veſtita, ſupra fuſca lineis curvis caeruleis varia, ad latera aurea, ſubtus argentea, carne ſapida.*

Caput *oblongum, ſupra latum, ſquamis nudum et fuſcum, ſupra oculos flavum, juxta eos radiis caeruleis pictum, ad latera argenteum;* oculorum *pupilla nigra linea alba et iride rubra cincta;* branchiarum *apertura ampla,* operculum *angulo obtuſo terminatum, ſimplici lamina conſtans,* membrana *libera, lateralis;* dorſum *convexum;* anus *capiti vicinus;* pinnae *pectorales et ventrales breves, baſi flavae, margine cinereae, radiis ramoſis; dorſalis violacea et analis flaveſcens longae, radiis ſimplicibus; caudalis flava, medio rubeſcens, margine caerulea, radiis ramoſis, mediis brevibus, lateralibus longiſſimis.*

caerulea. 15. C. tota caerulea. *Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 148. *t.* 176. Br. 4. D. 19. P. 14. V. 5. A. 11. C. 19.

*Catesb. Car. t.* 18. Novacula caerulea.

*Habitat in* oceano americano, *ſquamis magnis veſtita, compreſſa, ſupra convexa.*

Caput *magnum, ſupra, ad genas et branchias ſquamis tectum;* oculi *rotundi, magni, pupilla nigra, linea alba et iride flava cincta;* rictus *amplus;* mandibulae *ſerie dentium robuſtorum acuminatorum armatae;* branchiarum *apertura ampliſſima,* operculum *ſimplici lamina conſtans;* linea *lateralis dorſo propior;* pinnarum *dorſi et ani radii ſimplices, reliquarum ramoſi.*

pentadactyla. 3. C. maculis nigris quinis verſus caput longitudinalibus.

*Act. ſtockh.* 1740. *p.* 460. *t.* 3. *f.* 2. Blennius macu-

lis 5 utrinque verſus caput nigris. Br. 4. D. $\frac{9}{21}$. P. 11. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14}$. C. 13.

*Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 140. *t.* 173. Coryphaena cauda aequali, pinna dorſi radiis viginti uno. Br. 4. D. 21. P. 13. V. 6. A. 15. C. 12.

*Valent. amb.* 5. *p.* 308. *f.* 67. Ikan Bandan Jang Swangi, *et p.* 388. *f.* 123. Bandaſche Cacatoeha *et p.* 435. *f.* 292. Rievier Dolfyn.

*Renard piſc.* 1. *p.* 23. Oranjeviſch met vier vlakken, *et t.* 14. *f.* 84. Banda; 2. *t.* 2. *f.* 6. Ican Banda *et t.* 23. *f.* 112. Ican Potou Banda.

*Ruyſch theatr. anim. p.* 40. *n.* 8. *t.* 20. *f.* 8. Ican Banda.

*Habitat in* Sinae, moluccarum*que inſularum fluviis, frequentiſſima, ad pedem longa, tenuis, utrinque obtuſe carinata, ſquamis magnis veſtita, ſupra fuſca, ad latera alba, carne ſapida.*

Caput *magnum, ſupra fuſcum, ſtria antrorſum obſcure caerulea inſignitum;* oculi *ad verticem pupilla obſcure caerulea, iride flava;* rictus *mediae amplitudinis;* mandibulae *ſerie dentium acutorum, duobusque caninis armatae;* labia *tenuia;* genae *ſquamis exilibus tectae;* branchiarum *apertura ampliſſima, operculum, ſub quo membrana latet, duabus laminis magnis conſtans; maculae* abdominis *exiguae, rotundae, caeruleae;* dorſi 2 *priores nigrae circulo flavo cinctae, anterior orbicularis, altera ovalis, reliquae caeruleae minores;* linea *lateralis dorſo,* anus *ori propior.* Pinna *dorſalis caeruleſcens, margine aurantia, radiis* 9 *prioribus ſpinoſis; ventrales baſi maculis* 2 *albis notatae, et, prouti pectorales et caudalis, baſi aurantiae, margine violaceae, radiis ramoſis; analis caeruleſcens, radiis ſimplicibus.*

Novacula. 4. C. capite pinnisque cancellatis lineis caeruleſcentibus.

*Art.*

*Art. gen.* 15. *ſyn.* 29. Coryphaena palmaris pulchre varia, dorſo acuto.
*Habitat in* mari mediterraneo.

Pompilus. 5. C. dorſo ſupra lineam lateralem curvam faſciolis flaveſcentibus picto. D. $\frac{8}{31}$. P. 14. V. 6. A. $\frac{2}{24}$. C. 16.
*Art. gen.* 16. *ſyn.* 29. Coryphaena cauda aequali, linea laterali curva.
*Habitat in* Pelago, *pinguis*, *poſterius acuminata.*
Caput *obtuſum*, latera *cavernoſo-dentata*; os *valde dehiſcens intus ſcabrum*; mandibulae *latere cohaerentes*, *inferior adſcendens*; pinna *dorſalis prior unita poſteriori*; pinnae *pectorales admodum acuminatae.*

faſciolata. 16. C. lacteo-argentea, circulis transverſis fuſcis a faſciis pinnae dorſalis defluentibus, in dorſo paſſim cohaerentibus, in ventre evanidis. *Pall. ſpicil. zool.* 8. *p.* 23. *t.* 3. *f.* 2. Br. 6. D. 54. P. 19. V. 5. A. 27. C. 17.
*Habitat in* Amboina, *bipollicaris*, *elegantiſſima*, *ſtricta*, *attenuata*, *ex tereti paulisper compreſſa*, *dorſo ſubgriſeo.*
Caput *conicum*, *ſupra planum*; oculi *magni*, *plani*, *iride aurea*; rictus *amplus*; lingua *plana*, *rotundata*, *laevis*; branchiarum *apertura ampliſſima*, *operculum ex laminis duabus*, *rotundatis*, *integerrimis conſtans*; linea *lateralis recta*, *parum prominens*; anus *in medio corporis*; pinnae *pectorales et ventrales hyalinae*; *dorſalis et analis faſciis fuſcis variae*; *caudalis profunde bifurca*, *lunula fuſca notata.*

velifera. 17. C. ex cinereo argentea, pinnis dorſali et anali maximis, ventralibus minimis. *Pall. ſpic. zool.* 8. *p.* 19. *t.* 3. *f.* 1. Br. 7. D. 55. P. 14. V. 1. A. 51. C. 22.
*Habitat in* oceano indico *auſtraliori*, *parva*, *plana*, *tenuis*, *caudam verſus aequabiliter attenuata*, *ſquamarum majuſcularum*, *tenuium*, *tenerrime ſtriatarum*, *apice profunde emarginatarum*, *baſi ſpina brevi recumbente armatarum ſeriebus longitudinalibus utrinque* 11 *tecta.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0167-3

Caput *ſquamis truncatis veſtitum*; oculi *majuſculi*, *iride aurea*; os *adſcendens*, *profunde reſciſſum*; mandibulae *dentium ſubulato-incurvorum ſerie*, *ſuperior ſimplici*, *inferior paulo longior duplici*, *ciliata*; pinna *dorſi a fronte incipiens*, *radiis membrana tenerrima fuſca cano-guttata inter ſe nexis*, 2 *prioribus breviſſimis*, *triquetris*, *oſſeis*, *reliquis ſetaceis*, 9-17 *longiſſimis*; pinnae *pectorales albidiores*, *acuminatae*, *mediocres*; *ventrales ſubuniradiatae*; *analis margine candidae radii* 2 *priores candidi*, *oſſei*, *primus breviſſimus*, *alter praelongus*, *reliqui ſetacei*, *quintus longiſſimus*; cauda *profunda bifurca*, *adminiculis* 3.

Pſittacus. 6. C. linea laterali intercepta, pinnis longitudinalibus colore lineatis. D. $\frac{2}{25}$ P. 11. V. 6. A. 16. C. 14.
*Habitat in* Carolina, *pulcerrima*, *colore tamen a morte evanido.* Garden.
Caput *pulcerrime variegatum*; oculorum *iris flammea*, *caeruleo cincta*; *in medio trunco verſus dorſum macula rhombea*, *purpurea*, *flammeo*, *viridi*, *luteo*, *caeruleo varia*; anus *in medio corporis*; pinna *dorſalis et analis linearis*, *illa a capite incipiens*, *utraque ad caudam fere pergens.*

acuta. 7. C. cauda acuminata, linea laterali convexa. D. 45. P. 16. V. 6. A. 9. C. 16.
*Habitat in oceano* aſiatico.

ſima. 8. C. cauda integra, labio inferiore longiore. D. 32. P. 16. V. 6. A. 16. C. 16.
*Habitat in oceano* aſiatico.

virens. 9. C. pinnis appendiculis filiformibus. D. 26. P. 13. V. 6. A. 13. C. 16.
*Habitat in oceano* aſiatico.
Pinna *dorſalis et analis terminatur appendice filiformi elongata*, *ventralium radius alter terminatus filo.*

hemiptera. 10. C. maxillis ſubaequalibus, pinna dorſali brevi. D. 14. P. 15. V. 8. A. 10. C. 18.
*Habitat in oceano* aſiatico.

branchioſtega. 11. C. apertura branchiarum rima transverſa. D. 24. P. 15. V. $\frac{1}{4}$. A. $\frac{3}{16}$. C. 16.
*Habitat in oceano* aſiatico.

japonica. 18. C. lutea, branchiarum apertura rima transverſa. *Hout-*

*tuyn act. Haarl.* XX. 2. *p.* 315. D. 24. P. 14. V. 6. A. - - C. 17.

*Habitat in mari* Japoniam *alluente*, 6 *pollices longa*, *teneris ſquamis veſtita*, *vix diſtincta a branchioſtega.*

clypeata. 12. C. lamina oſſea inter oculos. D. 32. P. 14. V. 5. A. 12. C. 7.

*Habitat in oceano* aſiatico.

lineata. 13. C. capite picto lineis transverſis coloratis. D. $\frac{4}{21}$. P. 11. V. 6. A. 15. C. 12.

*Habitat in* Carolina, *ſquamis magnis veſtita.* D. Garden.

Caput *compreſſum*, *nudum*; dentes *primores* 2 *longiores*, *exſerti*, *diſtantes*, *acuti in utraque mandibula*; branchiarum *opercula laevia*; pinnae *dorſalis et analis lineolis pictae*; cauda *rotundata.*

rupeſtris. 19. C. dorſo dipterygio, pinnae dorſalis primae radio primo retro-dentato. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 43. *n.* 363.
O. *Fabr. Fn. groenl. p.* 154. *n.* 111. Coryphaena rupeſtris, Ingmingoak.
*Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 152. *t.* 177. Macrourus rupeſtris. Br. 6. D. 11, 124. P. 19. V. 7. A. 148. C.
*Gunner act. Nidroſ.* 3. *p.* 43. *t.* 3. *f.* 1. Coryphaenoides rupeſtris.
*Egede Groenl. p.* 50. Fiſklig en Brosme.
*Cranz Groenl. p.* 140. Ingminniſet.
*Ström. ſöndm.* 1. *p.* 267. Berglax.

*Habitat in* groenlandicorum *portuum profundis*, *argentea*, *ad* 3 *pedes longa*, *Groenlandis edulis*, *aſpera*, *magnis duriſque ſquamis tecta*, *quae linea prominente*, *dura*, *dentata aſperae ſunt.*

Caput *magnum*, *ſupra latum*; oculi *praegrandes*, *rotundi*, *pupilla nigra*, *iride argentea*; *ante oculos foramina* 4 *bina rotunda*, 2 *oblonga*; rictus *amplus*; mandibulae *dentium acutorum*, *ſuperior longior*, *cirro ſubtus munita*, *ordinibus*

5, *inferior* 3 *armata;* lingua *alba*, *cartilaginea*, *craſſa*, *brevis*, *et*, *prouti* palatum, *glabra;* branchiarum *apertura ampla*, *operculum lamina ſimplici conſtans*, *membrana libera;* anus *capiti*, linea *lateralis dorſo propior;* dorſum *et* pinnae *cinereae*.

159. GOBIUS. *Caput* parvum poris duobus inter oculos approximatos: altero anteriore.

*Membrana branchioſtega* radiis quatuor.

*Corpus* parvum, utrinque compreſſum, ſquamis exilibus veſtitum, verruca pone anum munitum.

*Pinnae ventrales* unitae in ovatam; *dorſales* binae.

niger. 1. G. pinna dorſali ſecunda radiis quatuordecim. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 64.* *Müll. prodr. zool. dan. p.* 44. *n.* 364. D. 6,14. P. 18. V. 10. A. 11. C. 14.

*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 74. *Art. gen.* 28. *ſyn.* 46. Gobius e nigricante varius, pinna dorſi ſecunda oſſiculorum quatuordecim. D. 6,14. P. 17. V. - - A. 14. C. - -

*Osb. it.* 131. Apocryptes cantonenſis. D. 6,14. P. 10. V. 12. A. 13. C. 18.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 5. *t.* 38. *f.* 1. 2. 5. Gobius ex albo et fuſco varius, pinna dorſali ſecunda radiis XIV. D. 6,14. P. 18. V. 10. A. 12. C. 14.

*Gron. muſ.* 2. *p.* 17. *n.* 170. *zooph. p.* 82. *n.* 280. Eleotris capite plagioplateo, maxillis aequalibus, pinnis ventralibus concretis.

*Klein*

*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 27. *n.* 1. Gobio branchiarum operculis et ventre flavicantibus &c.
*Rondel. piſc.* 1. *p.* 200. *Geſn. aq. p.* 395. *Thierb. p.* 6. b. Gobio niger.
*Bellon. aq. p.* 233. *Aldr. piſc. p.* 97. *Will. ichth. p.* 206. *Raj. piſc. p.* 76. Gobius niger.
*Seb. muſ.* 3. *p.* 88. *t.* 29. *n.* 15. Gobius.
β) Gobius niger. *Houttuyn act. Haarl.* 20. 2. *p.* 316. D. 5,10. P. 16. V. - - A. 11. C. 18.

*Habitat in* oceano europaeo *et* aſiatico, *cuneatus*, 5-6 *pollices longus*, *albicans*, *maculis ex atro fuſcis flaviſque varius*, *vere littora petens*, *et fluviorum oſtia intrans*, *Majo et Junio ova pariens*, *ſapidus*, *gadorum crebra praeda.*

Caput *inferiora verſus compreſſum*; oculi *ex oblongo rotundi*, *pupilla nigra*, *iride argentea*; mandibulae *aequales*, *duplici dentium ſerie armatae*; lingua *libera*; truncus *ſquamis duris*, *cinereis veſtitus*; dorſum *convexum*, *nigro-faſciatum*; linea *lateralis obſoleta*; abdomen *flavicans*; abdomen *in medio corporis.* Pinnae *glaucae nigro-maculatae*, *radiis mollibus*, *dorſales et analis ſimplicibus*, *reliquae fiſſis*; *pectorales laeves*, *reliquae longae*, *caudalis rotundata.*

bicolor. 9. G. fuſcus, pinnis omnibus nigris. *Brünn. piſc. maſſ. p.* 30. *n.* 41. D. 6,16. P. 19. V. 12. A. 15. C. 17.

*Habitat in* mari mediterraneo, *paganelli facie*, 3 *pollices longus*, *pinnarum radiis ultra membranam nectentem vix eminentibus.*

cruentatus. 10. G. ore rubro-puſtulato, pinnarum dorſalium radiis ultra membranam emi-

 nenti-

Gobii *in fundo maris inter ſaxa latentes vermibus*, *inſectis*, *piſcium ovis foetibusque vix excluſis victitant*; *os exiguum*; *mandibulae dentibus minutis acutis armatae*; *lingua brevis obtuſa*; *palatum oſſibus* 4 *aſperum*; *branchiarum apertura anguſta rotundata*; *linea lateralis media.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0171-4 DFG

nentibus. *Brünn. piſc. maſſ. p.* 30. *n.* 42. Br. 5. D. 6,16. P. 19. V. 12. A. 15. C. 15.
*Salv. aq.* 214. 82?

*Habitat in* mari mediterraneo, *paganelli facie, ſpithamae magnitudine, pallidus, faſciis obſoletis fuſcis; an Jozonis varietas?*

Os, branchiarum *opercula*, gula *et* pinnae *maculis ſanguineis puſtulata; infra* oculos *lineae transverſae membranaceae, 2 aliae longitudinales ante pinnam dorſi;* pinnae *plurimae infuſcatae, radiis ſetaceis; pectorales rotundatae; ventrales caeruleſcentes, radiis apice fiſſis, caudalis circinata, nigro-ſubfuſciata.*

Paganellus. 2. G. pinna caudali dorſalique ſecunda baſi purpuraſcente, priori linea lutea terminali.

*Art. gen.* 29. *ſyn.* 46. Gobius linea lutea transverſa, in ſummo pinnae dorſalis primae.

*Haſſelq. it.* 326. Gobius Paganellus. D. 6,17. P. 17. V. 12. A. 16. C. 20.

*Habitat in* mari mediterraneo.

arabicus. 11. G. pinnae dorſalis primae radiis quinque poſterioribus filo rubro terminatis membrana duplo longiore. *Forſk. Fn. arab. p.* 23. *n.* 5. D. 6,14. P. 16. V. 12. A. 13. C. 17.

*Habitat* Djiddae *in* Arabia, *digiti minimi magnitudine, ex fuſco vireſcens, maculis violaceis plurimis ſparſis crebro confluentibus, punctisque caeruleis varius.*

Cutis *molliſſima, ſquamis minutis arctiſſime adnatis veſtita;* pinnae *omnes maculatae, caudalis cuneata.*

nebuloſus. 12. G. pinnae dorſalis primae radio ſecundo filo membrana duplo longiore nigro terminato. *Forſk. Fn. arab. p.* 24. *n.* 6. Br. 7. D. 6,11. P. 18. V. 12. A. 11. C. 14.

*Habitat* Djiddae *in* Arabia, *tripollicaris, albidus, maculis fuſcis in nebulas confluentibus varius, ſubtus albus immaculatus.*

Cutis

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0172-0 DFG

Cutis *ſquamis magnis, rhombeis, rigidis aſpera*; oculorum *pupilla caeruleſcens, iris alba*; Pinnae *pectorales glaucae, baſi maculis obſoletis fuſcis variae; ventrales fuſceſcentes; dorſales et rotundata caudae hyalina, fuſco-guttata; analis hyalina margine exteriore nigra.*

Eleotris. 3. G. pinna anali radiis novem.
*Lagerſtr. chin.* 28. Br. 5. D. 6,11. P. 20. V. 10. A. 9. C. 10.
*Osb. it.* 260. Gobius chinenſis. Br. 5. D. 6,11. P. 18. V. 8. A. 8. C. 12.
*Amoen. ac.* 1. *p.* 311. Trachinus capite inermi nudo, pinnis ventralibus coadunatis. D. 6,10. P. 16. V. 12. A. 10. C. 14.
*Gron. zooph.* 276. Gobius albeſcens, pinnis utrisque dorſalibus altitudine aequalibus, cauda ſubrotunda. D. 6,10. P. 14. V. - - A. 9. C. 15.
*Habitat in* Sina.

Aphya. 4. G. faſciis etiam pinnarum fuſcis. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 64.* D. 6,16. P. 18. V. 12. A. 14. C. 13.
*Art. gen.* 29. *ſyn.* 49. Gobius uncialis, pinna dorſi ſecunda oſſiculorum 17. D. 6,17. P. 17. V. 6. A. 11. C. - -
*Habitat in* Nilo, mari mediterraneo.

minutus. 13. G. albicans ferrugineo-maculatus, radiis dorſalibus et caudalibus ferrugineo obſolete ſtriatis. *Pall. ſpic. zool.* 8. *p.* 4. D. 6,11. P. - - V. - - A. 11. C. - -
*Gron. zooph.* 1. *p.* 81. *n.* 276.
*Rondel. piſc.* 1. *p.* 210. *Geſn. aq. p.* 67. *Will. ichth. p.* 207. *Raj. piſc. p.* 76. Aphyae cobites.
*Habitat in* mari belgico, 3 *pollices longus.*
Caput *depreſſum*; oculi *magni, prominuli, iride ſapphirina*; lingua *magna*; pinnae *dorſales remotae*; cauda *aequalis.*

Jozo. 5. G. radiis dorſalibus eminentibus ſetaceis. *Muſ. Ad.*

*Fr.* 2. *p.* 65.* *Müll. prodr. zool. dan. p.* 44. *n.* 365. — Br.4.D.6,13.P.16.V.12.A.13.C.14.
*Art. gen.* 29. *ſyn.* 47. Gobius pinna ventrali caerulea, oſſiculis pinnae dorſalis ſupra membranam aſſurgentibus.
*Gron. muſ.* 2. *p.* 23. *n.* 176. *zooph. p.* 81. *n.* 275. Gobius albeſcens, oſſiculis pinnae dorſalis primae praealtis ſetiformibus. — D.6,16.P.19.V.12.A.$\frac{1}{14}$.C.15.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 168. *t.* 107. *f.* 3. Gobius pinnis caeruleis, radiis in pinna dorſali prima eminentibus. — D.6,14.P.16.V.12.A.14.C.16.
*Klein piſc. miſſ.* 5. *p.* 27. *n.* 3. Gobio, radiis in anteriore dorſi pinna ſupra membranas connectentes altius aſſurgentibus &c.
*Salv. aq. p.* 213. Jozo.
*Rondel. piſc.* 1. *p.* 200. *Geſn. aq. p.* 396. *Thierb. p.* 7. *Aldr. piſc. p.* 97. Gobius albus.
*Will. ichth. p.* 207. *t.* N. 12. *n.* 4. *Raj. piſc. p.* 76. *n.* 2. Gobius tertius.

*Habitat ad* oceani europaei *et* maris mediterranei *littora, 4-6 pollices longus, albicans, ſquamis mediae magnitudinis tectus, ſupra fuſcus, teſtaceis, cancris piſcibusque junioribus victitans, ova in locis arenoſis ponens, parum eſculentus, gadorum frequens praeda.*

Caput *compreſſum*; oculorum *pupilla nigra, iris alba*; mandibulae *aequales*; dorſum *convexum, ſubarcuatum*; linea *lateralis nigricans, recta, media.*

pectinirostris. **6.** G. dentibus maxillae inferioris horizontalibus.
*Lagerſtr. Chin.* 29. *f.* 3. — D.5,26.P.19.V.12.A.25.C.15.
*Osb. it.* 130. Apocryptes chinenſis. — Br.5.D.5,26.P.18.V.10.A.26.C. --
*Habitat in* Sina.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0174-1 DFG

barbarus. 7. G. pinnis pectoralibus flabello inſiſtentibus, pinna dorſali priore radiis 12, poſteriore 13.

*Habitat* - - -

Schloſſeri. 14. G. ex fuſco nigricans, ſubtus exalbidus, pinnae dorſalis primae radiis ſpinoſis. *Pall. ſpic. zool.* 8. *p.* 3. *t.* 1. *f.* 1-4. Br.3.D.8,13.P.16.V.12.A.12.C.19.

*Habitat in* Amboinae *paludoſis aquis, cancros varios venans, et ab infeſtis hoſtibus agitatus in coenum ſe proripiens, ſpithamae magnitudine, pinguis, ex terete compreſſus, caudam verſus vix attenuatus, ſquamis majuſculis, rotundatis, coriaceis, mollibus tectus.*

Caput *declive, longum, corpore multo craſſius, convexe ſubtetraganum;* frons *inaequalis;* os *transverſum;* labia *craſſa, carnoſa, interius granuloſa, ſuperius duplicatum;* dentes *magni, inaequales, diſtantes, inordinatim alterni;* palatum *carnoſum;* lingua *craſſa, carnoſa, mollis;* oculi *in vertice anterius protuberantes, contigui, pupillis ad latera verſis, ſinu inſigni lunato infra utrumque;* branchiarum *opercula oblonga ſquamoſa;* pinnae *radiis plurimae ramoſis; pectorales baſi carnoſae, ſquamoſae, quaſi brachiis inſidentes; analis radii modo* 3 *poſtremi ramoſi;* cauda *ex ovato acuta;* linea *lateralis nulla;* anus *in medio corpore, adſtante* pedunculo *genitali ligulato.*

melanuros. 15. G. pinna dorſali unica, cauda nigra. *Brouſſonet ichth. dec.* 1.

anguillaris. 8. G. pinna dorſali unica, cauda rubra. D.52.P.12.V.10.A.43.C.12.

*Habitat in* Sina, *pinguis, anguillae inſtar lubricus, cute ſubdiaphana.*

Os *ſimum dentibus exſertum;* pinnae *omnes rubrae, dorſalis et analis in caudam excurrentes; pectorales valde parvae, rotundatae.*

Boddaerti. 16. G. pinnae dorſalis anterioris radiis cirrhiformibus, tertio longiſſimo. *Pall. ſpic. zool.* 8. *p.* 11. *t.* 2. *f.* 4. 5. D.5,25.P.21.V.34.A.25.C.18.

*Will.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0175-7

*Will. ichth. app. p. 6. t. 8. n. 1.* Pitviſch?

*Habitat in* oceano indico, 6 *circiter pollices longus, ex fuſco caeruleſcens, ſubtus ochroleucus, pinguis, convexus, ad caudam vix attenuatus, ſquamis exiguis mollibus veſtitus.* Caput *craſſum, obtuſiſſimum, ſubconvexum, maculis fuſcis albisque varium, a vertice ſenſim convexo declive;* mandibulae *ſubaequales;* labia *craſſa, carnoſa;* oculi *in vertice oblongi, vix prominuli;* branchiarum *membrana ex livido caeruleſcens;* linea *lateralis papillis vix conſpicuis maculisque hinc inde niveis notata;* dorſi *maculae fuſcae, utrinque 7, totidemque albo-punctatae ad latera;* anus *capiti paulo propior circulo nigro cinctus; pone hunc pedunculus conicus;* pinnae *dorſales ex nigro caeruleſcentes, membrana prioris radios nectente albo-punctata, altera radiis ſetaceis, lineolis albis transverſis 6 inter ſingulos radios; pectorales rotundatae; caudalis ex caeruleſcente albida.*

lagocephalus. 17. G. maxilla ſuperiore hemiſphaerica, lingua lineaque laterali nulla. *Pall. ſpicil. zool. 8. p. 14. t. 2. f. 6. 7.* Br. 3. D. 6, 11. P. 15. V. 8. A. 10. C. 12. *Koelreut. nov. comm. Petrop. 9. p. 428. t. 9. f. 3. 4.*

Piſcis *teres, verſus caudam compreſſus, digiti magnitudine, ſquamis minutis tectus, ex griſeo fuſco-nigricans.* Caput *breve, craſſum, ſquamis nudum;* os *transverſum;* mandibula *ſuperior craſſiſſima, inferior dentibus aliquot majoribus uncinulatis armata;* labia *medio emarginata, duplicata; ſuperius carnoſum craſſiſſimum, ultra mandibulam valde prominens, inferius planum;* palatum *arcubus aliquot coſtatum, limbo tenui dentibus minutiſſimis confertis ſerratum;* oculi *ſupra caput diſtantes parvi, cute communi tecti;* pinnae *dorſalis prioris radii ſimplices, alterius et caudae ramoſi; caudalis ex ovali rotundata; pectorales ex lanceolato ovatae; ventralis cotyloidea, radiis breviſſimis confertis;* anus *in medio corpore, adſtante poſterius papilla genitali.*

cyprinoides. 18. G. ſquamis magnis ſubciliatis veſtitus, pinna caudae rotundata: radiis membrana fuſco-teſſellata

nexis.

nexis. *Pall. ſpic. zool.* 8.
*p.* 17. *t.* 1. *f.* 5. D.6,10.P.18.V.12.A.$\frac{2}{10}$.C.15.

*Habitat in* Amboina, *digiti magnitudine, figura ſparum potius aut cyprinum referens, compreſſus, craſſiuſculus, convexus, ex fuſco griſeus, ſubtus albidior.*

Caput *corpore paulo craſſius, cute molli lineis ſubtiliſſimis cancellata tectum;* dentes *ſubaequales minuti;* lingua *plana, mollis, obtuſa;* oculi *laterales; inter hos incipiens* criſta *vel* plica *nigricans, ſemilanceolata;* pinnae *radiis plurimae ramoſis; dorſales majuſculae, prior altior, radiis ſimplicibus; pectorales latae; analis radio primo ſimplici; caudalis rotundata;* linea *lateralis obſoleta; ad* anum *pedunculus genitalis attenuatus obtuſiuſculus in foſſula recumbens.*

lanceolatus. 20. G. cauda longiſſima acuminata. *Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 8. *t.* 38. *f.* 1. 6. *Gron. zooph. p.* 82. *n.* 277. *t.* 4. *f.* 4. Br.5.D.6,18.P.16.V.11.A.16.C.20.
*Pall. ſpic. zool.* 8. *p.* 4. Gobius oceanicus.

*Habitat in inſulae* Martinicae *fluviis et rivis, elongatus, ſquamis rotundatis imbricatis poſterius majoribus tectus, ſubtus cinereus, carne ſapida.*

Caput *oblongum, truncatum;* oculi *ad verticem, pupilla nigra, iride aurea;* mandibulae *aequales;* lingua *libera acuta;* genae *caeruleſcentes, margine rubeſcentes;* branchiarum *apertura ampla,* operculum *laminis duabus conſtans;* linea *lateralis media;* anus *capiti propior, adſtante poſterius pupilla genitali;* pinnae *dorſales et analis radiis ſimplicibus, mollibus, diſtantibus, membrana tenera pellucida connexis; dorſalis prioris radii ultra membranam longe prominentes; inter utramque dorſalem utrinque macula fuſca;* pinnae *reliquae radiis apice fiſſis; pectorales flavae margine caeruleae; caudalis baſi ex vireſcente flava, margine violacea.*

Plumieri. 21. G. maxilla ſuperiore prominente. *Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 154. *t.* 178. *f.* 3. D.6,12.P.12.V.6.A.10.C.14.

*Habitat in inſularum* Antillarum *aquis, teres, carnoſus, ſupra ſpadiceus ad latera flavus, ſubtus albus, ſquamis minutis tectus, fertilis, carne ſapida, concoctu facili.*

Caput

Caput *magnum*; oculorum *pupilla nigra*, *iris argentea*; labia *robuſta*; branchiarum *apertura ampla*, *operculum lamina ſimplici conſtans*; anus *in medio corporis*; linea *lateralis recta*; pinnae *flavae*; *pectorales et caudalis margine nigricans*, *radiis ramoſis*; *dorſales et analis radiis ſimplicibus*.

ocellaris. 22. G. maxilla ſuperiore longiore, pinna dorſali, prima ocellata ſexradiata. *Brouſſonet ichthyol. dec.* 1. *nr.* 2. *t.* 2.

Br.5.D.6,11.P.16.V.6.A.11.C.$\frac{4 \cdot 4}{22}$

*Habitat in inſulae* Tahiti *rivulis aquae dulcis*, *compreſſus*, *lanceolatus*, *ſquamis imbricatis poſterius ciliatis tectus*, *ex olivaceo et nigro obſcure nebuloſus*, *ſubtus glaucus*.

Caput *parum compreſſum*, *ſubconicum*, *nigricans*, *ſupra leviter curvatum*, *medio obtuſe carinatum*, *ſubtus rectum*, *planum*; oculi *oblique ſurſum ſpectantes*, *pupilla nigra*, *iride glauca*; dentes *inaequales minuti*, *mandibulae inferioris minores*; *faucium ſuperius et inferius conferti*, *lineares*, *acuti*; linea *lateralis ſubmedia*, *recta*, *obſoleta*; anus *paulo pone medium*, *appoſito poſterius pedunculo genitali*, *lineam longo*; pinnae *radiis pleraeque apice fiſſis membrana diaphana nexis*; *pectorales et ventralis nigricans*; *dorſalis prima brevis ex olivaceo et brunneo nebuloſa*, *poſterius prope baſin ocello nigro varia*, *radiis ſimplicibus*, *apice ſetaceis deorſum curvatis*; *altera longa vireſcens*, *apice ſordide ruſeſcens*, *radiis vireſcente et fuſco annulatis*, *primo ſimplici*; *analis longa*, *e fuſco vireſcens*, *apice hyalina*; *caudalis ovata vireſcens*, *radiis ſimplicibus*.

ſtrigatus. 23. G. pinna ventrali bipartita, dorſali prima ſexradiata. *Brouſſonet ichth. dec.* 1. *n.* 1. *t.* 1.

Br.6.D.6,20.P.20.V.12.A.19.$\frac{3 \cdot 3}{22}$

*Habitat in* oceano pacifico *prope inſulam* Tahiti, *compreſſus*, *lanceolatus*, *ſquamis ſubquadratis*, *obſolete crenatis*, *imbricatis tectus*, *ſubpellucidus*, *ex vireſcente pallide glaucus*, *ſubtus albidus*, *pone pinnas pectorales ſtrigis fuſceſcentibus*, *poſterius infra lineam lateralem maculis obſoletis rubeſcentibus varius*.

Caput

Caput *compreſſum*, *luteum*, *ſtrigatum et punctatum*, *ſupra ex luteo vireſcens*, *poſterius trunco latius*; rictus *ore clauſo ſurſum obliquus*, *amplus*; mandibula *inferior paulo brevior*, *dentibus lateralibus aliquantum longioribus*; palatum *et* lingua *laevis*; faux *denticulis introrſum verſis*, *linearibus*, *acutis ſuperius et inferius aſpera*; oculi *obliqui*, *pupilla nigra*, *iride ex viridi argentea*; pinnae *radiis plerisque apice fiſſis*; *dorſales*, *pectorales et ventrales pellucidae*; *dorſales virides*, *baſi vittis anguſtis*, *et radiis ipſis rubicundis*, *prior brevis* 4, *altera longa* 9 *picta*; *pectorales pallide vireſcentes*, *radiis marginalibus ſimplicibus brevioribus*; *ventralis albida*; *analis longa e vireſcenta rubicunda*, *prope baſin rubicunda*; *caudalis rotundato-ovata ex flaveſcente vireſcens*, *radiis rubicundis*, *marginalibus minutis ſimplicibus*, *vitta utrinque obliqua leviter curvata*, *lata*, *rubicunda*.

Koelreuteri. 24. G. pinna ventrali bipartita, dorſali prima undecimradiata. *Pall. ſpicil. zool.* 8. *p.* 8. *t.* 2. *f.* 1-3. Br.2.D.$\frac{11}{12}$,13.P.13.V.12.A.11.C.$\frac{11}{11}$.
*Koelreuter nov. comm. Petrop.* 8. *p.* 421.
Piſcis *fere dodantralis*, *mollis*, *infirmus*, *obeſus*, *ex griſeo albidus*; caput *longiuſculum craſſum*, *fronte convexa*, *oculis in ſummo capite*, *iride ex fuſco argentea*; labia *duplicata*, *carnoſa*; dentes *inaequales conici*, *anteriores majores*, *major ſupra utrinque unus*; branchiarum *apertura lunata*; linea *lateralis quaſi impreſſa*; anus *circa medium longitudinis*, *poſterius appoſito pedunculo genitali*; pinnae *molles*; *dorſalis prima radiis ſpinoſis*, *magna*, *fuſca*, *faſcia terminali nigra*; *altera humilior*, *radiis ramoſis*, *ex hyalino flaveſcens*, *faſcia longitudinali ex fuſco nigra*; *pectorales flabelliformes vel ovatae*, *inſiſtentes brachio verſus corpus latiſſimo*; cauda *ex ovato lanceolata*, *radiis ramoſis*.

Gronovii. 25. G. pinna ventrali bipartita, dorſali priori decemradiata, cauda bifurca.
*Gron. zooph. p.* 82. *n.* 278. Gobius corpore latiſſimo maculoſo: pinnis ventralibus intrinſecus abdomi-

ni ligatis maximis: cauda bifurcata. Br.5.D.10,30.P.24.V.10.A.--C.--

*Klein miſſ. piſc. 5. p. 24. n. 3.* Ceſteus argenteus, griſeis lineis intertextis, oculis ellipticis, pinnis albicantibus, pinna dorſali maxima.

*Raj. piſc. p.* 85. *n.* 9. Mugil americanus.

*Marcgr. braſ. l.* 4. *c.* 6. *p.* 153. Harder.

*Habitat in* oceano americano zonae torridae, *ſcombrum referens, argenteus, ſupra niger, ad latera nigro-maculatus, ſquamis minutiſſimis imbricatis tectus.*

Caput *inerme, ſquamis nudum*; oculi *maximi, laterales*; os *anguſtum*; dentes *in utraque mandibula et palato aequales ſatis magni*; lingua *rotundata, tenuis, edentula*; branchiarum *opercula inermia ſubrotunda*; dorſum *parum convexum*; linea *lateralis curva huic parallela*; anus *in medio corporis*; pinnarum *radii mutici.*

Piſonis. 26. G. pinna ventrali bipartita, maxilla inferiore longiore.

*Gron. muſ.* 2. *p.* 16. *n.* 168. *zooph. p.* 83. *n.* 279. Eleotris capite plagioplateo, maxilla inferiore longiore, pinnis ventralibus diſcretis.

*Piſ. ind. l.* 3. *p.* 72. *Raj. piſc. p.* 80. *n.* 1. Amore pixuma.

*Habitat in* America *auſtrali.*

## 160. COTTUS.

*Caput* corpore latius, ſpinoſum; *oculi* verticales, membrana nictitante inſtructi.

*Membrana branchioſtega* radiis ſex.

*Corpus* teres, ſquamis nudum, verſus caudam attenuatum.

*Pinnae dorſales* una plures.

cataphractus. 1. C. loricatus, roſtro verrucis 2 bifidis, capite ſubtus cirroſo. *Fn. ſuec.* 324. *Brünn. piſc. maſſ. p.* 31. *n.* 43. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 44. *n.* 369. *O. Fabr. Fn. groenl. p.* 155. *n.* 112.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 70. Cottus cirris plurimis, corpore octogono. D. 5,7. P. 16. V. 2. A. 7. C. 11.
*Art. gen.* 49. *ſyn.* 77. *ſpec.* 87. Idem. D. $\frac{5}{12}$. P. 15. V. $\frac{1}{2}$. A. 6. C. 11.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 15. *t.* 38. *f.* 3. 4. Cottus corpore octogono. D. 5,7. P. 15. V. 3. A. 6. C. 10.
*Gron. muſ.* 1. *p.* 46. *n.* 105. *act. Helvet.* 4. *p.* 262. *n.* 140. *zooph. p.* 79. *n.* 271.
*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 42. *n.* 1. Cottus cataphractus roſtro reſimo, quatuor oſſiculis munito &c.
*Will. ichth. p.* 212. *t.* N. 6. *f.* 2. 3. *Raj. piſc. p.* 71.
*Seb. muſ.* 3. *p.* 81. *t.* 28. *f.* 6. Cottus cataphractus.
*Penn. brit. zool.* 3. *p.* 178. *n.* 2. *t.* 11. Pogge.

*Habitat in mari* europaeo, *inter ſaxa arenae littori propinquae, inter quae Majo ova quoque ſua ponit, inſectis*

 *aqua-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0181-0

*aquaticis, potiſſimum ex cancri genere, victitans, edulis, vix ultra 6 pollices longus, fuſcus, ſubtus albus, verſus caudam ſenſim attenuatus.*

Caput *ſupra ſcuto oſſeo tuberculis et foveis inaequali tectum;* oculi *laterales, rotundi, pupilla nigra, iride flava;* os *inferum, mediae magnitudinis, lunatum;* mandibulae *cum* palato *pluribus ordinibus dentium minutorum et acutorum, et cirrorum ſeriebus curvatis ſex armatae, ſuperior longior;* lingua *lata tenuis;* branchiarum *apertura ampla, operculum ſimplici lamina conſtans;* truncus *ſcutorum oſſeorum, ſupra in mucronem incurvum terminatorum, infra radiatorum ordinibus longitudinalibus* 8 *tectus;* dorſum *maculis* 3-4 *nigris varium;* linea *lateralis media recta;* anus *capiti propior;* pinnae *dorſales cinereae maculis nigris quadratis variae, prioris radiis ſpinarum inſtar prominentibus; pectorales ſubrotundae canae, nigro-maculatae, magnae; ventrales anguſtae longae; analis baſi nigra; caudalis rotundata, radiis ramoſis.*

quadricornis. 2. C. verrucis capitis 4 oſſeis. *Syſt. nat.* VI. *p.* 47. *t.* 4. *f.* 3. *Fn. ſuec.* 321. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 70. *t.* 32. *f.* 4. *Art. gen.* 48. *ſpec.* 84. Cottus ſcaber, tuberculis 4 corniformibus in medio capite. D.9,14. P.17. V.4. A.14. C.12.

*O. Fabr. Fn. Groenl. p.* 157. *n.* 114. Cottus ſcorpioides? D.10,15. P.15. V.3. A.12. C.15.

*Habitat in* mari balthico *et* groenlandico, *in fluvios etiam adſcendens, ſcorpio affinis, at minor, magis obſcurus fuſco-nebuloſus, ſubtus ſordide flavus, inſectis vermibusque marinis victitans, vorax, audax, incautus, inter fucos ſe occultans, et hic quoque ova ſua pallida deponens, pinnas pectorales maximas perpetim motitans, edulis.* Femina *magis obſcura, ſubtus ex fuſco flava.*

grunniens. 3. C. gula ramentis villoſa, corpore nudo. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 65.* D.2,26. P.18. V.$\frac{1}{3}$. A.22. C.12.

*Gron. muſ.* 1. *p.* 46. *n.* 106. *zooph. p.* 79. *n.* 269. Cottus alepidotus varius, maxilla inferiore longiore multum cirrata. D.$\frac{2}{25}$. P.23. V.3. A.19. C.15.

*Bloch*

*Bloch auſl. Fiſch.* 2. *p.* 157. *t.* 179. Cottus glaber, maxilla inferiore multum cirrata. D.3,20.P.22.V.4.A.16.C.11.
*Seb. muſ.* 3. *p.* 80. *n.* 4. *t.* 23. *f.* 4. Cottus alepidotus varius, maxilla inferiore longiore cirrata.
*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 46. *n.* 8. Coryſtion capite craſſo, ore ranae amplo edentulo, ſciſſura oris perpendiculari.
*Marcgr. braſ. p.* 78. *Will. ichth. p.* 289. *t.* S. 11. *f.* 1. *app. p.* 3. *t.* 4. *f.* 1. *Raj. piſc. p.* 92. *n.* 7. *et p.* 150. *n.* 7. Nigui.
β) *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 65. D.2,21.P.22.V $\frac{1}{3}$ A.16.C.12.
*Habitat in* India *et auſtrali* America, *punctis plurimis pervius, fuſcus, ad latera ex albo fuſcoque varius, dum contrectatur, grunniens, carne ſapida, hepate tanquam viroſo proſcripto.*
Caput *magnum;* oculi *minuti, pupilla nigra, iride rubra;* rictus *ampliſſimus;* lingua *lata, et cum palato, glabra;* mandibulae, *quarum inferior longior, et robuſta* labia *dentium acutorum, diſtantium, introrſum curvatorum ordine, haec duplici, illae ſimplici armata;* branchiarum *apertura ampliſſima,* operculum *ſimplici lamina* 4 *aculeis armata conſtans,* membrana *libera;* anus *in medio corporis;* pinnae *fuſco-maculatae, radiis plurimae ramoſis; pectorales et ventrales rubicundae, ceterae cinereae; ventralium dorſaliumque radii ſimplices; prioris anteriores* 2 *ſpinoſi.*

ſcaber. 4. C. capite ſtriis corporisque ſquamis ſerratis, linea laterali elevata. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 66. Br.7.D.9,11.P.2.V.$\frac{1}{2}$.A.11.C.12.
*Bloch auſl. Fiſch.* 2. *p.* 159. *t.* 180. Cottus linea laterali aculeata. Br.6.D.8,12.P.18.V.6.A.12.C.16.
*Habitat in* India, *teſtaceis cancrisque victitans, compreſſus, argenteus, ſupra caeruleſcens, taeniis* 6 *rubicundis circum*

*circa cinctus, ſquamis minutis, duris, denticulatis, arcte adhaerentibus veſtitus.*

Caput *oblongum, aculeis* 4 *retrorſum verſis hiſpidum, ad latera ſquamis exilibus aſperis munitum*; oculi *ad verticem oblongi, pupilla nigra, iride argentea*; mandibula *inferior longior, utraque dentibus armata*; lingua *lata, tenuis*; rictus *oris et* branchiarum *apertura ampliſſima*; linea *lateralis aculeis retrorſum verſis aſpera*; anus *in medio corporis*; pinnae *plurimae radiis fiſſis*; *pectorales breves, latae, baſi flavae, radiis variegatis*; *ventrales longae, caeruleſcentes, faſciis tribus flavis*; *dorſalis prima ſpadicea, radiis ſimplicibus ſpinoſis*; *reliquae* pinnae *caeruleſcentes, radiis variegatis.*

Scorpius. 5. C. capite ſpinis pluribus, maxilla ſuperiore paulo longiore. *Fn. ſuec.* 323.

*It. ſcan.* 325. Ulka. — D.9,16.P.16.V.3.A.12.C.12.

*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 70. Cottus alepidotus, capite polyacantho, maxilla ſuperiore paulo longiore. — D.10,14.P.14.V.4.A.13.C.8.

*Fn. ſuec.* 280. *Art. gen.* 49. *ſyn.* 77. *ſpec.* 86. Cottus idem. — D.7,17.P.14.V.4.A.13.C.8.

*Gron. muſ.* 1. *p.* 46. *n.* 104. *act. helvet.* 4. *p.* 262. *n.* 139. *zooph. p.* 78. *n.* 268. Cottus idem. — D.10,14.P.16.V.4.A.10.C.12.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 18. *t.* 39. Cottus maxilla ſuperiore longiore, radiis pinnarum pectoralium indiviſis. — D.10,16.P.17.V.3.A.12.C.18.

*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 47. *n.* 11. *t.* 13. *f.* 2. 3. Coryſtion capite maximo et aculeis valde horrido &c.

*Jonſt. piſc. t.* 47. *f.* 4. 5. Scorpius marinus.

*Aldr. piſc. p.* 202. Scorpaena alia.

*Will. ichth. p.* 138. *et app. p.* 25. *t.* X. 15. *Raj. piſc. p.* 145.

*p.* 145. *n.* 12. *et* 142. *n.* 3. Scorpaenae Bellonii ſimilis, et Scorpius virginius.
*Act. nidroſ.* 2. *p.* 345. *t.* 13. 14. Fiſk-Sympen.
*Edw. glean. t.* 284. Sea-Scorpion.
*Seb. muſ.* 3. *p.* 81. *t.* 28. *f.* 5.
*Brit. zool.* 3. *p.* 179. *n.* 3. Father-laſher.

*Habitat in* oceani *ſeptentrionalis* europaei *et* americani *profundis, praedam quaeſiturus ſuperficiei propior, aeſtate ad littora accedens, Decembri et Januario ovula rubeſcentia inter fucos deponens, velociſſime natans, audax, agilis, incautus, voraciſſimus, blennios, gados, clupeas, ſalmones perſequens, ad 2 ulnas usque longus, verſus caudam attenuatus, verrucis exilibus, ſpinoſis (in femina minoribus) tectus, compreſſus, ſupra fuſco-varius, lituris punctisque albis, ſubtus albo-varius, (femina ſubtus alba) Groenlandis absque noxa edulis.*

Caput *tuberculis ſpinoſis polygonum,* 2 *mollibus ante oculos magnos oblongos, in vertice poſitos, pupilla nigra, iride ochroleuca;* genae *compreſſae;* rictus *ampliſſimus;* mandibula *utraque antrorſum, retrorſumque mobilis, prouti palatum, dentibus armata;* lingua *brevis, craſſa, dura;* branchiarum *apertura ampla, operculum laminis* 2 *conſtans;* linea *lateralis recta, dorſo propior;* anus *in medio abdominis;* pinnae *radiis ſimplicibus rubrae albo-maculatae, (feminae albae nigro-ſtriatae) ventrales longae, caudalis rotundata, radiis fiſſis.*

Gobio. 6. C. laevis, capite ſpinis duabus. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 44. *n.* 368. O. *Fabric. fn. groenl. p.* 159. *n.* 115.

*Fn. ſuec.* 322. — D. 7, 18. P. 14. V. 4. A. 13. C. 10.

*Art. gen.* 48. *ſyn.* 76. *ſpec.* 82. Cottus alepidotus glaber capite diacantho. — D. 7, 17. P. 14. V. 4. A. 13. C. 8.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 12. *n.* 1. *t.* 38. *f.* 1. 2. Cottus ſpinis curvatis duabus ad utrumque operculum. — Br. 4 D. 7, 17. P. 14. V. 4. A. 12. C. - -

*Rondel. piſc.* 2. *p.* 202. *Geſn. aquat. p.* 400. *Ic. anim. p.* 291. Cottus.

*Gron. zooph. p.* 79. *n.* 270. Cottus alepidotus, capite plagioplateo lato obtuſo, utrinque monacantho.

*Gron. muſ.* 2. *p.* 14. *n.* 166. Uranoſcopus oſſiculis pinnae dorſalis primae breviſſimis, capite utrinque monacantho. D. 7, 18. P. 14. V. 4. A. 12. C. 13.

*Klein miſſ. piſc. faſc. p.* 43. *n.* 17. Percis capite laevis et brevis &c.

*Salv. aquat. p.* 216. Citus.

*Bellon. aquat. p.* 321. Gobius fluviatilis alter.

*Jonſt. piſc. p.* 140. *t.* 29. *f.* 11. Gobius capitatus.

*Aldrov. piſc. p.* 613. *Will. ichth. p.* 137. *t.* H. 3. *f.* 3. *Raj. piſc. p.* 76. *n.* A. *Marſ. Danub.* 4. *p.* 73. *t.* 24. *f.* 2. Gobio fluviatilis capitatus.

*Brit. zool.* 3. *p.* 177. *t.* 11. Bull-head.

*Meyer Thierb.* 2. *p.* 4. *t.* 12. Rotzkolbe.

*Habitat in* Europae *et* Sibiriae *fluviis et rivis fundo arenoſo vel ſaxoſo, in foveis infra ſaxa latitans, ad* 7 *pollices longus, muco tenaci lubricus, verſus caudam attenuatus, verrucis rotundatis minutis obtectus, nigro-maculatus, fuſcus, ſubtus albus, (mas cinereus, fuſco-maculatus) velociſſime natans, inſectis aquaticis, et ovis piſcium piſcibusque vix excluſis victitans, voraciſſimus, Martio et Aprili ova pariens, a percis, farione, et lucio agitatus, carne ſapida ſalubri, coctione rubeſcente.*

Oculi *in medio capitis, minuti, pupilla nigra, iride flava;* mandibulae *aequales et cum* palato *et* faucibus *dentium acutorum ſeriebus armatae una pluribus;* lingua *libera, laevis;* branchiarum *operculum lamina ſimplici conſtans, membrana lata;* linea *lateralis media;* anus *in medio;*

pinnae *caeruleſcentes nigro-maculatae radiis ſimplicibus; (feminae ventrales ex flavo et fuſco variae); ventrales longae; caudalis brevis rotundata, radiis ramoſis.*

japonicus. 7. C. corpore octogono, ſquamis oſſeis aculeatis loricato, cirris nullis. *Pall. ſpic. zool. 7. p. 30. t. 5. f. 1-3.* D. 6,7. P. 12. V. 2. A. 8. C. 12.

*Habitat in mari inſulas* Kuriles *et* Japoniam *alluente, pedalis, cataphracti habitu, ex albo ſubflavus, in dorſo fuſceſcens, ſubtus ſcaberrimus.*

Caput *longum, poſtice depreſſum, latum, antrorſum anguſtatum in roſtrum obtuſum, ſcuto ſubbiangulato ſupra mandibulas mobiles prominens;* os *parvum; ante* nares *ſpinula recurva;* oculorum *pupilla ampla nigra, irides argenteo-inauratae;* branchiarum *operculum lunatum, membrana ſcabra;* anus *capiti propior;* pinnae *rivulis fuſcis faſciatae, radiis ſcaberrimis, ſimplicibus; caudalis magnaeque pectorales rotundatae.*

inſidiator. 8. C. capite ſupra lineis acutis, ad latus ſpinis duabus ſcabro. Br. 8. D. $\frac{1}{11}, \frac{7}{7}, \frac{10}{12}$. P. 19. V. $\frac{1}{6}$. A. 14. C. 15. *Forſk. Fn. arab. p. 25. n. 8.*

*Habitat in* Arabia, *gobioni affinis, ſeſquicubitalis, in arenoſis arenam ingrediendo piſcibus inſidias ſtruens, depreſſus, verſus caudam attenuatus, ſupra griſeus punctis maculisque fuſcis varius, ſubtus albus.*

Cauda *alba, macula media flava bifida, duabusque inaequalibus atris linearibus obliquis.*

maſſilienſis. 9. C. capite polyacantho, pinnis dorſalibus coadunatis. D. $\frac{12}{22}$. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{9}$. C. 12.

*Habitat in* mari mediterraneo, *ſcorpio affinis, at ſinus inter utrumque oculum;* pinnae *dorſales condunatae radiis ſpinoſis.*

monopterygius. 10. C. dorſi pinna unica, capite inermi. *Bloch ausl. Fiſch. 11. p. 156. t. 178. f. 1. 2.* D. 5. P. 4. V. 2. A. 5. C. 6.

*Habitat ad* Tranquebar, *cancrorum vermiumque aquaticorum progenie victitans, ſupra fuſcus, ad latera cinereus punctis faſciisque fuſcis, ſubtus maculis albis varius, anguſtus, longus, octogonus, poſterius hexagonus.*

 Oculi

Oculi *praegrandes, oblongi, ad verticem, pupilla nigra, iride argentea;* mandibula *ſuperior longior, ſpinis 2 retrorſum curvatis horrida;* branchiarum *apertura ampliſſima, operculum lamina ſimplici conſtans;* truncus *anterius latus, ſupra ad caudam usque excavatus, ſcutis octogonis loricatus;* anus *capiti propior;* pinnae *cinereae, plurimae radiis fiſſis; pectorales longae lataeque et caudalis rotundata fuſco-maculatae; ventrales anguſtae, radiis ſimplicibus; dorſalis et analis breves.*

## 161. SCORPAENA.

*Caput* magnum, aculeatum, cirroſum, obtuſum, ſquamis nudum, ſubcompreſſum: *Oculi* vicini. *Dentes* maxillis, palato faucibusque.

*Membrana branchioſtega* radiis ſeptem.

*Corpus* toroſum.

*Pinna dorſalis* unica, longa, radiis anterioribus ſpinoſis.

| | | |
|---|---|---|
| Porcus. | 1. Sc. cirris ad oculos naresque. | D. $\frac{12}{22}$. P. 18. V. 7. A. $\frac{3}{8}$. C. 15. |
| | *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 68. Zeus cirris ſupra oculos et nares. | D. $\frac{12}{21}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{8}$. C. 12. |
| | *Art. gen.* 47. *ſyn.* 75. Scorpaena pinnulis ad oculos et nares. | D. $\frac{12}{21}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{8}$. C. - - |
| | *Haſſelq. it.* 330. Idem. | D. $\frac{12}{21}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{3}{8}$. C. 13. |
| | *Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 5. *t.* 181. Scorpaena ſquamis parvis, maxilla inferiore imberbi. | D. $\frac{12}{21}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{8}$. C. 18. |
| | *Brünn. piſc. maſſ. p.* 32. *n.* 44. Scorpaena corpore varie nebuloſo punctatoque, cirris ad oculos naresque. | |
| | *Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 47. *n.* 13. Coryſtion ſordide flaveſcens &c. | |

*Plin.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0188-9

*Plin. hiſt. mund. l.* 33. *c.* 21.
*Jov. de piſc. c.* 23. *Bellon. aquat. p.* 148. *Salvian. aquat. p.* 202. *Rondel. piſc.* 1. *p.* 201. *Will. ichth. p.* 331. *t.* X. 13. *f.* 1. *Raj. piſc. p.* 142. *n.* 1. Scorpaena.
*Aldr. de piſc. p.* 201. Scorpius Rondeletii.
*Jonſt. de piſ. p.* 74. *t.* 19. *f.* 10. Scorpius minor.
*Habitat gregaria in* maris mediterranei, *aliarumque* oceani *regionum littore, inter fucos piſcibus inhians, quibus, et ſi deficiant, cancris victitat, contrectata pinnam dorſi erigens, ejusque ſpinis vulnerans, carne tenaci parum eduli, ultra pedem vix longa, ſquamis exilibus aſperis obtecta, fuſca, ad latera ſuperius nigro-maculata, interius alba, ſubtus rubeſcens.*
Caput *magnum;* oculi *grandes, ad verticem, pupilla nigra linea aurea et iride rubra cincta;* rictus *amplus;* mandibulae *pluribus ſeriebus dentium exiguorum acutorum armatae;* palatum *aſperum;* lingua *brevis, laevis;* branchiarum *apertura ampla, operculum ſpinis tribusque cirris auctum;* linea *lateralis recta dorſo;* anus *caudae propior;* pinnae *rubeſcentes fuſco-maculatae, radiis plurimae ramoſis; dorſalis longa dimidiatim fuſca, aculeis* 12 *fortibus retrorſum curvatis; pectorales cinereae, radiis bifidis; ventrales immaculatae, radio primo, analis radiis tribus prioribus ſpinoſis; pectorales radiis flavis nigro-maculatis.*

Scrofa. 2. Sc. cirris duobus ad labium inferius.
*Art. gen.* 47. *ſyn.* 76. Scorpaena tota rubens, cirris plurimis ad os. D. - - P. 19. V. - A. - C. - -
*Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 10. *t.* 182. Scorpaena ſquamis magnis, cirris ad lineam lateralem. Br. 6. D. $\frac{12}{22}$. P. 19. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{8}$. C. 12.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 103. Scorpaena capite cavernoſo, cirris geminis in maxilla inferiore? D. $\frac{12}{22}$. P. 15. V. - A. 6. C. 13.

*Gron. zooph. p.* 87. *n.* 297. Perca dorſo monopterygio, capite ſubcavernoſo aculeato alepidoto: ore imberbi, cirrulis ad oculos, latera corporis et capitis. D. $\frac{12}{22}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. - C. 14.

*Brünn. piſc. maſſil. p.* 32. *n.* 45. Scorpaena corpore rubro maculis obſcurioribus, capite cirroſo.

*Brown jam. p.* 454. *n.* 3. Trigla ſubfuſca nebulata, cirris binis ad oculos, aliis brevioribus.

*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 47. *n.* 13. Coryſtion ſordide flaveſcens &c.

*Seb. muſ.* 3. *p.* 79. *n.* 2. *t.* 28. *f.* 2. Cottus ſquamoſus varius, appendiculis ad maxillas, nares et lineam lateralem.

*Plin. hiſt. mund. l.* 9. *c.* 51. *et l.* 32. *c.* 5. Scorpio.

*Rondel. piſc.* 1. *p.* 201. *Geſn. aq. p.* 845. *ic. anim. p.* 84. *Salv. aq. p.* 197. *Oppian. piſc.* 1. *p.* 12. *Aldr. piſc. p.* 196. Scorpius vel Scorpio.

*Bellon. aq. p.* 148. Scorpio marinus.

*Jonſt. de piſc. p.* 74. *t.* 19. *f.* 9. *Will. ichth. p.* 31. *t.* X. 12. *Raj. piſc. p.* 142. *n.* 2. Scorpius major.

*Habitat in mari* atlantico, mediterraneo *et* ſeptentrionali, *voraciſſimus, non piſces modo ſed et aves marinas comedens, in Italia edulis, ad* 4 *usque ulnas longa, ex ſpadiceo pauliſper albicans, fuſco-maculata, ſquamis magnis veſtita.*

Caput *magnum;* oculi *grandes, pupilla nigra ſupra cirris* 3, *iride flava et rubeſcente radiis* 4 *fuſcis aucta;* rictus *amplus;* genae *et* mandibula *inferior cirris auctae; utraque*

*aequa-*

*aequalis*, *et*, *prouti* lingua, palatum *et* faux, *dentibus acutis retrorſum curvatis armata*; branchiarum *apertura ampla*, *operculum* 2 *majoribus pluribusque minoribus aculeis horridum*; linea *lateralis dorſo propior et parallela cirris aſpera*; anus *caudae propior*; dorſum *fuſcum*; pinnae *caeruleſcentes*, *radiis ex flavo fuſcoque variis*, *pleraeque bifurcis*, *ventrales carnoſis*.

horrida. 3. Sc. tuberculis calloſis adſperſa.

*Gron. zooph. p.* 88. *n.* 292. *t.* 11. 12. 13. *f.* 1. Perca alepidota, dorſo monopterygio: capite cavernoſo tuberculato: oſſiculis pinnae dorſi anticis membrana dilatata lobatis. Br. 5. D. $\frac{13}{20}$. P. 15. V. 6. A. $\frac{3}{9}$. C. 14.

*Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 15. *t.* 183. Scorpaena alepidota. Br. 5. D. $\frac{13}{20}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{9}$. C. 12.

*Valent. ind.* 3. *p.* 399. *f.* 170. Ikan Swangi Bezar, de groote Tovervisch.

*Renard. poiſſ.* 1. *t.* 39. *f.* 199. Ikan Swangi Touwa.

*Habitat in* India, *teſtaceis cancrisque victitans*, *ex fuſco alboque varia*, *ſquamis nuda*, *cirris undique hirta*.

Caput *magnum*, *tuberculis*, *ſinubus*, *aculeis inaequale*; oculi *minimi*, *pupilla nigra*, *iride flava*, *ſupra ſinum profundum poſiti*; os *ſuperum*, *rictu amplo*; mandibulae *dentibus plurimis minutis armatae*; *inferior ferri equini facie ſupra convexa gibba*; *ſuperior convexa praeter* 2 *oſſa labialia tertio adhuc munita*; lingua *lata*, *libera*, *rotunda et cum palato laevis*; faux *dentibus plurimis exiguis acutis aſpera*; branchiarum *apertura ampliſſima*; linea *lateralis a nucha incipiens*, *prope pinnam analem deorſum flexa*, *in medio pinnae caudalis terminata*; pinnae *cute craſſa*, *radiis robuſtis bifurcis munitae*.

volitans. 4. Sc. pinnis dorſalibus tredecim, cirris ſenis, pinnis pectoralibus corpore longioribus.

*Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 491. *n.* 9. Gaſteroſteus volitans.

*Bloch*

*Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 18. *t.* 184. Scorpaena pinnis pectoralibus corpore longioribus. Br. 6. D. $\frac{12}{24}$. P. 14. V. 6. A. $\frac{3}{10}$. C. 12.

*Gron. muſ.* 2. *p.* 33. *n.* 191. Perca dorſo monopterygio, capite cavernoſo, maxilla ſuperiore cirris quatuor, cauda ſubrotunda utrinque aculeata. D. 13-12. P. 14. V. 6. A. $\frac{1}{9}$. C. 13.

*Gron. zooph.* 1. *p.* 89. *n.* 294. Perca dorſo monopterygio: operculis diacanthis ſquamoſis, ciliis maxillaque ſuperiore cirroſis, cauda rotundata utrinque aculeata.

*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 76. *n.* 1. *et nr.* 2. *t.* 4. *f.* 6. Pſeudopterus colore ſubobſcuro aut fuſco lineis ſubcaeruleis &c. et Pſeudopterus lineis croceis &c.

*Seb. muſ.* 3. *p.* 79. *t.* 28. *f.* 1. Cottus ſquamoſus roſtro bifido.

*Ruyſch theatr. an.* 1. *p.* 4. *n.* 1. *t.* 3. *f.* 1. Ikan Svangi.

*Renard poiſſ.* 1. *t.* 6. *f.* 41. *p.* 12. *t.* 43. *n.* 215. Louw.

*Valent. ind.* 3. *p.* 415. *f.* 213. Kalkoevenviſch.

*Nieuh. ind.* 2. *p.* 268. *f.* 4. Amboynſche Viſch.

*Will. ichth. app. p.* 1. *t.* 2. *f.* 3. *Raj. piſc. p.* 98. *n.* 26. Perca amboinenſis.

*Habitat rarior in* Amboinae *et* Japoniae *aquis dulcibus, perca fluviatili minor, delicioſa, piſcibus aliis junioribus victitans, faſciis fuſcis, lineisque intermediis aurantiis et albis alternis variegata, ſquamis minutis imbricatis veſtita.*

Caput *declive, aculeis et cirris maxime inaequale, anterius latius;* oculorum *pupilla nigra, iris alba, radiis caeruleis et nigris;* rictus *oris amplus;* mandibulae *aequales, multis*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0192-5 DFG

*tis exilium acutorumque dentium ſeriebus armatae;* labia *retractilia;* lingua *libera, tenuis, acuminata;* branchiarum *apertura ampla, operculum ſquamis munitum;* linea *lateralis ex plurimis lineis elevatis punctisque albis conflata, ab oculo incipiens;* pinnae *pleraeque radiis pluribus bifurcis; pectorales, piſci ab hoſte agitato, ut ſupra aquam ſe elevet, inſervientes, ſimplicibus, membrana violacea albo-punctata connexis; dorſalis radiis* 12 *prioribus ſpinoſis ex fuſco et flavo variis, infra membrana obſcura connexis, ſuperius liberis, reliquis nigris flavo-maculatis; ventrales violaceae albo-punctatae.*

antennata. 5. Sc. faſcia oculari. *Bloch auſl. Fiſch.* 3. *p.* 21. *t.* 185. Br. 6. D. $\frac{12}{24}$. P. 17. V. 6. A. $\frac{3}{10}$. C. 12.

*Habitat in* Amboinae *fluviis, aliis piſcibus victitans, carne delicioſa, volitanti affinis, at paulo major;* caput *minus declive, multis ſtriis faſciisque varium;* oculi *majores;* cirri *ſupraoculares teretes, oſſa* labii *ſuperioris duplo longiora,* mentum *album, duplex infra* oculum *aculeorum ſeries,* nares *duplices oculis fere contiguae,* pinnae *pectorales minores et dilutiores, faſciae truncum permeantes latiores,* ſquamae *denique majores.*

didactyla. 6. Sc. digitis duobus diſtinctis ad pinnas pectorales. *Pall. ſpic. zool.* 7. *p.* 26. *t.* 4. *f.* 1-3. D. $\frac{16}{24}$. P. 10. V. 6. A. 12. C. 12.

*Habitat in* oceano indico, *horrida ſaepe major, pedalis, fuſca, lurida, ſubtus guttis, ſupra lituris aliquot flavis varia, ſquamis nuda.*

Caput *depreſſum, biulcum, foveis inter roſtrum truncatum oculosque duabus; ad roſtrum et operculorum baſin utrinque rugoſo-anguloſum* oculi *in vertice;* os *transverſum;* mandibula *inferior longior, utraque margine;* palatum *antrorſum,* faux *inferius dentibus ſcabra;* lingua *prominens, granulis flavis lituriſque nigris varia;* cirri *carnoſi; maximus utrinque in mandibula inferiore;* linea *lateralis dorſo parallela;* anus *pone pinnarum ventralium terminum;* pinnae *radiis pluribus ramento auctis, pectorales magnae, ovatae, una cum cauda rotundata nigro faſciatae; dorſalis a capite ad caudam continua.*

capenſis. 7. Sc. capite utrinque ſupra oculos quadridentato, cau-

da

da ſubaequali. *Gron. zooph.* *p.* 88. *n.* 293. Br. 6. D. $\frac{14}{26}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{9}$. C. 12.

*Habitat in mari* caput bonae ſpei *alluente*, 11 *pollices longa, ſquamis parvis, ſcabris, imbricatis veſtita.*

Caput *magnum, convexum, ſuperne parum declive*; oculi *magni, laterales, rotundi, cute communi tecti*; os *ingens*; mandibulae *aequales*; branchiarum *opercula ampliſſima, ſquamis tecta, lamina ſuperiore quadridentata, inferiore poſterius acuminata*; dorſum *carinatum, arcuatum*; linea *lateralis recta dorſo propior*; pinnae *radiis ramoſis*; *dorſalis a regione operculorum branchialium ad caudam usque protracta*; *pectorales ovatae magnae.*

ſpinoſa. 8. Sc. linea laterali ſpinoſa. *Ind. muſ. Linck.* 1. *p.* 41. Scorpaena capite ſpinoſo, pinna dorſali ſuper oculis incipiente et per totum dorſum excurrente, linea laterali ſpinoſa, compreſſo corpore.

*An propria ſpecies?*

americana. 9. Sc. pinnis pectoralibus ſuborbiculatis. *du Hamel de Monceau* pêche. III. 2. *p.* 93. *n.* 7. *t.* 2. *f.* 5. Diable ou Crapaud de mer d'Amérique.

## 162. ZEUS.

*Caput* compreſſum, declive: *Labium* ſuperius membrana transverſa fornicatum. *Lingua* ſubulata.

*Membrana branchioſtega* radiis ſeptem perpendicularibus: infimo transverſo.

*Corpus* compreſſum, tenue, ſplendens.

*Pinnae dorſalis* prioris radii filamentoſi.

Vomer. 1. Z. cauda bifurca, ſpina ante caudam analem dorſalemque recumbente.

Muſ.

*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 67. *t.* 31. *f.* 2. Zeus cauda bifurca. D.8, $\frac{1}{21}$. P.18. V.5. A.$\frac{1}{20}$. C.23.

*Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 43. *t.* 193. *f.* 2. Zeus radio dorſali analique ſecundo longiſſimo. D.$\frac{6}{21}$. P. 18. V. 6. A. $\frac{1}{22}$. C. 19.

*Müll. prodr. zool. dan. p.* 44. *n.* 370. Zeus cauda bifurca, colore argenteo purpureoque ſplendens.

*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 38. *n.* 7. 8. *t.* 12. *f.* 1. Tetragonoptrus ſquamulis pinnisque ſplendentis nigri &c. et Tetragonoptrus totus argenteus &c.

*Brown jam. p.* 455. *n.* 2. Rhomboida major alepidota &c.

*Marcgr. braſ. p.* 145. *Will. ichth. t.* O. 1. *f.* 4. *Jonſt. de piſc. p.* 178. *t.* 32. *f.* 3. *Ruyſch theatr. anim.* 1. *p.* 124. *t.* 32. *f.* 3. Guaperva.

*Habitat in mari* Braſiliam *et* Norwegiam *alluente, ad dimidium pedem longus, ſquamis nudus, ex argenteo caeruleſcens aut purpuraſcens, teſtaceis cancrisque victitans, carne pauca, ſed ſapida.*

Caput *anguſtum, elongatum;* oculi *rotundi, pupilla nigra, circulo argenteo alteroque rubro cincta;* os *mediae magnitudinis;* mandibulae *dentibus minutiſſimis acutis armatae, inferior longior;* branchiarum *apertura ampla;* operculum *ſimplici anguſta lamina conſtans, membranam abſcondens;* linea *lateralis ab hoc operculo incipiens, dorſum verſus arcuata;* anus *mox pone pinnas ventrales anguſtas; ante pinnam dorſalem et analem* ſpina *retrorſum curvata frequenter duplex;* pinnae *longae, caeruleae, radiis pleraeque apice bifidis, pectorales et ventrales ramoſis.*

inſidiator. 5. Z. ore anguſto. *Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 41. *t.* 192. *f.* 2. 3. D.$\frac{7}{24}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{20}$. C. 18.

*Habitat in* Indiae *aquis dulcibus, ſquamis nudus, cute tenui argentea veſtitus, prope ſuperficiem aquae natans, in-* *ſectis*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0195-2 DFG

*ſectis aquaticis victitans, quae aqua per branchias hauſta per os extruſa humectata, rapit, carne ſapida.* Koenig.
Caput *parvum, anterius ſubſinuatum;* oculi *iride ex argenteo flava;* mandibulae *dentibus exiguis acutis armatae; inferiore perpendiculari, in angulo ad menti ortum articulata, ſuperioris motum ſequente;* branchiarum *apertura ampliſſima, operculum duplici lamina conſtans;* linea *lateralis dorſo propior, prope ortum ſubarmata, ad finem pinnae dorſalis interrupta;* anus *mox pone pinnas ventrales;* latera *argentea, nigro-punctata,* dorſum *fuſcum nigro-maculatum, ad marginem duplici aculeorum retrorſum curvatorum ſerie armatum, inter quam foſſula pro pinna dorſali; hujus radii priores 7, analis radii priores 3, ventralium quartus ſpinoſus, reliqui omnium molles, apice bifidi, pectoralium caudaeque ramoſi.*

Gallus. 2. Z. radio dorſali decimo analique ſecundo corpore longioribus. *Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 38. *t.* 192. *f.* 1. D. $\frac{9}{24}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{1}{14}$. C. 24.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 108. *zooph. p.* 96. *n.* 312. Zeus cauda bifurca. D. $\frac{0}{21}$. P. 20. V. 6. A. $\frac{1}{20}$. C. 17.
*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 38. *n.* 8. 9. Tetragonoptrus totus argenteus laeviſſimus &c. et Tetragonoptrus laeviſſimus &c.
*Art. gen.* 35. *ſyn.* 78. Zeus cauda bifurca.
*Seb. muſ.* 3. *p.* 72. *n.* 34. *t.* 26. *f.* 34. Piſcis Abucatuaja Braſilienſibus, Peixe Gallo Luſitanis vocatus.
*Marcgr. braſ. p.* 161. *Piſ. ind. p.* 154. *Will. ichth. p.* 295. *t.* S. 18. *f.* 2. *Raj. piſc. p.* 99. *n.* 28. *Jonſt. piſc. p.* 202. *t.* 37. *f.* 2. *Ruyſch theatr. anim. p.* 141. *t.* 37. *f.* 2. Abacatuaja.
*Brown jam. p.* 455. Larger Silverfiſh with long fins.
*Nieuh. ind.* 1. *p.* 270. Meerhaehn.

*Du Tertr. antill.* 2. *p.* 215. *t. p.* 209. Lune.
*Renard poiſſ.* 2. *t.* 26. *f.* 128. Bonte Laertje ou Rameur.

*Habitat in* maris americani *et* indici *zonis omnibus, tenuiſſimus, ſquamis nudus, ex argenteo vireſcens, ad dimidium pedem longus, vermibus inſectisque marinis victitans, carne ſapida.*

Caput *magnum;* oculi *rotundi magni, pupilla nigra, iride ex fuſco argentea;* os *amplum;* mandibulae *dentibus minimis armatae;* labium *ſuperius oſſibus duobus, latis;* branchiarum *apertura ampla; operculum longum, ſimplici lamina conſtans, membranam occultans;* linea *lateralis mox ad ortum arcuata;* anus *mox pone pinnas ventrales;* pinnae *laete virides; dorſalis* 9, *analis* 10 *radii poſteriores apice bifidi: reliquarum omnes ramoſi.*

ciliaris. 6. Z. radiis quibusdam in pinna dorſali analique longioribus. *Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 36. *t.* 191. D. 30. P. 17. V. 5. A. 19. C. 21.

*Habitat in* India, *rhombi fere figuram prae ſe ferens, tenuiſſimus, ſquamis nudus, argenteus, dorſo tamen caeruleſcente, vix edulis, utrinque arcuatus.*

Caput *parvum;* oculi *magni, rotundi, pupilla nigra, iride argentea;* os *mediae amplitudinis;* mandibulae *brevibus acutis dentibus armatae, inferior longior;* labium *ſuperius oſſibus duobus longis et latis;* branchiarum *apertura ampla, operculum flavum, duplici lamina conſtans, dimidiam membranae partem tegens;* pinnae *fuſcae, ventrales longae, pectorales anguſtae, caudalis bipartita, radiis ramoſis; dorſalis radii* 11 *anteriores breviſſimi ſimplices, hos ſequuntur* 6 *longiſſimi; analis primus brevior,* 6 *inſequentes longiſſimi.*

Faber. 3. Z. cauda rotundata, lateribus mediis ocello fuſco, pinnis analibus duabus. *Brünn. piſc. maſſ. p.* 33. *n.* 46. D. 10,23. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{4}{27}$. C. 13.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 67. *t.* 31. *f.* 2. Zeus ventre aculeato, cauda rotundata. D. 10,23. P. 13. V. $\frac{1}{7}$. A. 21. C. 15.

*Art. gen.* 50. *ſyn.* 78. Zeus ventre aculeato, cauda in extremo circinata. D. 10,24. P. 14. V. $\frac{1}{7}$. A. $\frac{4}{26}$. C. - -

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 24. *t.* 41. Zeus pinna ani gemina. D. 10,21. P. 12. V. 9. A. 5,21. C. 13.

*Gron. muſ.* 1. *p.* 47. *n.* 107. *zooph. p.* 96. *n.* 311. D. 10,21. P. 13. V. 7. A. 4,22. C. 14.

*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 39. *n.* 11. Tetragonoptrus capite amplo &c.

*Plin. hiſt. mund. l.* 9. *c.* 18. *et l.* 32. *c.* 11. *Salv. aq. p.* 203. *Geſn. aq. p.* 369. *ic. anim. p.* 63. *Aldr. piſc. p.* 112. *Jonſt. piſc. p.* 58. *Ruyſch theatr. anim. p.* 37. *t.* 17. *f.* 1. *Rondel. piſc.* 1. *p.* 328. *Will. ichth. p.* 294. *t.* S. 16. *Raj. piſc. p.* 99. Faber.

*Brit. zool.* 3. *p.* 181. *n.* 1. *Bellon. aq. p.* 150. Dorée.

*Jonſt. piſc. t.* 17. *f.* 1. 2. *Geſn. Thierb. p.* 32. b. Meerſchmid.

*Habitat in* pelago, *vorax*, *ſapidus*, *ad* 1$\frac{1}{2}$ *pedem longus*, *ſquamis tenuibus minutis veſtitus*, *ſupra ex atro fuſcus*, *ad latera ex viridi et flavo nitens.*

Caput *magnum*; oculi *grandes ad verticem vicini*, *pupilla nigra*, *iride flava*; *mandibulae dentibus acutis introrſum flexis ſeriatim armatae*, *ad angulos ſpina*, *ſuperior retractilis brevior*; branchiarum *apertura ampliſſima*, *operculum magnum*, *duabus laminis conſtans*; mentum *et* humeri *duabus ſpinis hiſpidi*; dorſum *ſerie aculeorum inaequalium*, *a fine pinnae dorſalis poſterioris ad caudam usque duplicium horridum*; linea *lateralis ab oculo incipiens*, *dorſi curvaturae parallela*; pinnae *pectorales breves*, *rotundatae*, *cinereae*, *margine flavae*, *radiis*, *quales etiam in ventralibus*, *ramoſis*; *membrana radios pinnae dorſalis analisque nectens*, *nigricans*; *utraque poſterior cinerea*, *radiis ſimplicibus*; cauda *rotundata*, *radiis flavis.*

4. Z.

Aper. 4. Z. cauda aequali, corpore rubente.
*Art. gen.* 50. *ſyn.* 78. Zeus cauda aequali totus rubens, roſtro reflexo. D. 9,23. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{29}$. C. - -
*Habitat* Romae, Genuae.

Luna. 7. Z. cauda ſublunari, corpore rubente albo-guttato.
*du Hamel des pêches* 3. *p.* 74. *t.* 15. Poiſſon de lune.
*Habitat in* mari Normanniam *alluente*, *ultra* 3 *pedes longus*, *diu extra aquam vivax*, *ſquamis vix conſpicuis cuti exalbidae parum adhaerentibus veſtitus*, *extra aquam aureo*, *argenteo*, *caeleſti ſplendore refulgens.*
Caput *breve*, *rotundatum*, *rubrum*, *hinc inde aureum*; oculi *magni*; dentes *minutiſſimi*; rictus *amplus*; pinnae *rubrae*, cauda *fere alba.*

quadratus. 8. Z. cauda aequali, corpore cinereo transverſim nigrofaſciato.
*Sloane jam.* 2. *p.* 290. *n.* 5. *t.* 251. *f.* 4. *Raj. piſc. p.* 160. Faber marinus fere quadratus.
*Habitat in* mari Jamaicam *alluente*, 5 *pollices longus*, *verſus utrumque finem ſenſim anguſtatus*, *ſquamis veſtitus.*
Oculorum *pupilla nigra ampla*, *iris alba*; os *exiguum*; dentes *exiles acuti*, *ſeriatim diſpoſiti*; lingua *rotunda*, *cartilaginea*; linea *lateralis curva*; pinnae *dorſalis prioris radius primus latior*, *niger*, *longior*, *reliqui ſpinoſi.*

163. PLEURONECTES. *Caput* parvum: *Oculi* ſphaerici, ambo in eodem capitis latere, vicini; *os* arcuatum; *maxillae* dentatae inaequales.

*Membrana branchioſtega* radiis quatuor ad ſeptem; *operculum* tribus laminis conſtans (in plurimis).

*Corpus* compreſſum carinatum, altero latere ſubconvexo dorſum, altero plano pallidiore abdomen referente.

*Anus* capiti propior.

* *Oculis a latere dextro.*

trichodactylus. 1. Pl. corpore aſpero, pinnis pectoralibus filiformibus. D. 53. P. 4. V. 5. A. 43. C. 16.
*Art. gen.* 18. *ſyn.* 33. *ſpec.* 60. Pleuronectes aſper caneſcens, pinnis lateralibus vix conſpicuis.
*Habitat in* Amboina, *fuſcus*, *maculis obſcuris varius.*

Zebra. 18. Pl. faſciis transverſis plurimis. *Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 27. *t.* 181. D. 81. P. 4. V. 6. A. 48. C. 10.
*Habitat in* India, *elongatus*, *dorſi margine fuſceſcente*, *medio albo*, *faſciis transverſis geminis*, *caudam verſus confluentibus*, *ſquamis denticulatis aſper.*
Caput *ſquamis tectum*; oculi *minimi*, *pupilla nigra*, *iride thalaſſina*; mandibula *ſuperior longior*; branchiarum *apertura ampla*, *operculum magnum*; linea *lateralis ab oculo incipiens recta*; anus *a capite remotior*, *quam congeneribus*; pinnae *flavae*, *faſciis fuſcis*, *plurimae radiis ſimplicibus non ſqua-*

*ſquamoſis; pectorales tenerrimae; dorſalis et analis cum caudali connexae, cujus radii apice fiſſi.*

Plagiuſa. 2. Pl. corpore oblongo ſcabriuſculo, pinna dorſali analique caudae unitis.
*Habitat in* Carolina, *ſubcinereus.* D. Garden.
Pinna *dorſalis et analis ita unita caudae, ut diſtingui nequeant, ne radiorum quidem longitudine.*

ocellatus. 3. Pl. corpore ocellis quatuor atris, iridibus albis. *Muſ. Ad. Fr. 2. p.* 68.* D. 66. P. 3. V. 6.* A. 55. C. 14.
*Habitat* Surinami.
Pinna *dorſalis plicata, caudalis faſcia nigra picta.*

Hippoglosſus. 4. Pl. corpore toto glabro. *Fn. ſuec.* 329. *Müll. zool. dan. prodr. p.* 44. *n.* 371. *O. Fabric. Fn. groenl. p.* 161. *n.* 117.
*Art. gen.* 17. *ſyn.* 31. Pleuronectes oculis a dextra, totus glaber. D. 105. P. 15. V. 6. A. 79. C. - -
*Gron. muſ.* 2. *n.* 158. D. 102. P. 16. V. 6. A. 78. C. 19.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 47. *n.* 6. *t.* 47. Pleuronectes pinna caudali lunulata. Br. 7. D. 107. P. 15. V. 7. A. 82. C. 16.
*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 33. *n.* 2. Paſſer 4 cubitos longus.
*Brit. zool.* 3. *p.* 184. *n.* 1. Holibut.
*Habitat in* oceano europaeo, *et* americano *ſeptentrionali, poſt balaenas aquaticorum animalium maximus, ut* 400 *libras interdum pondere aequet, ſeriatim piſcibus, rajis, gadis,*



Pleuronectis *ſpecies in profundo maris, potiſſimum ſeptentrionalis habitant, et veſica natatoria orbae, fundo propinquae, ut ſulcum in arena exarant, et oblique natant, aliquando ad caput usque in arena latentes, hinc animalibus rapacibus vix expoſitae, niſi juniores rajae et molvae; plurimae ſat magnae, inter omnia animalia ſingulares oculis ambobus ab eodem latere capitis (rarius variantes), et corpore latere altero ſuperiore colorato, altero inferiore pallido; oculi membrana nictitante muniti, naribus duplicibus contigui; abdomen breve non coſtatum; pinnae molles, plurimae radiis ſimplicibus; ventrales et pectorales longae, caudalis plerumque rotundata, radiis bifidis.*

*gadis, lumpis inhiat praeternatantibus voraciſſimus, aliorum iterum animalium rapacium, delphinis et albicillae inprimis, praeda, ſuperficiei propior, quam congeneres, obeſus, ſaporis rancidi, vere ova ſua pallide rubentia ad littora inter ſaxa ponens, ſquamis ex oblongo rotundis, firmiſſime inhaerentibus, molliſſimis, mucoque obductus, ſupra hepatici coloris, ſubtus albus.*

Oculi *vicini, magni, pupilla nigra, iride alba, rarius ſiniſtri;* os *amplum;* dentes *longi, acuti, curvati, diſtantes;* mandibula *ſuperior mobilis;* branchiarum *apertura ampla;* linea *lateralis ad pectus arcuata, poſtea recta;* pinnae *obſcure cinereae; pectorales oblongae; dorſalis ſupra oculos incipiens, analis, ante quam aculeus longus, et caudalis lunulata radiis membrana nectente longioribus, baſi ſquamis munitae.*

Cyno-gloſſus. 5. Pl. corpore oblongo glabro, dentibus obtuſis, cauda ſubrotunda. *Gron. muſ.* 1. *p.* 14. *n.* 39. *zooph. p.* 13. *n.* 247. — D. 112. P. 11. V. 6. A. 102. C. 24.

*O. Fabr. Fn. Groenl. p.* 162. *n.* 118. Pleuronectes oculis dextris, corpore oblongo glabro, linea laterali obliqua non arcuata.

*Habitat in* oceano, Belgium *et* Groenlandiam *alluente, vix 26 pollices longus.*

*An ſatis ab hippogloſſo diſtinctus, quo delicatior, et in* Groenlandiae *ſinubus profundis, hieme praeſertim copioſior?*

Plateſſa. 6. Pl. corpore glabro, tuberculis ſex capitis. *Fn. ſuec.* 328. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 44. *n.* 373.

*It. wgoth.* 179. — D. 74. P. 11,6. V. 6. A. 54. C. 20.

*It. ſcan.* 326. Pleuronectes Slätvar. — D. 76. P. 12. V. 6. A. 54. C. 17.

*Art. gen.* 17. *ſyn.* 30. Pleuronectes oculis et tuberculis 6 in dextra capitis, lateribus glabris, ſpina ad anum. — D. 77. P. 12. V. 6. A. 55. C. ..

*Gron. muſ.* 1. *p.* 14. *n.* 36. *zooph. p.* 72. *n.* 246. *act. helvet.* 4. *p.* 262. *n.* 142. — D. 72. P. 12. V. 6. A. 51. C. 20.

*Bloch*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0202-6
DFG

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 31. *t.* 42. Pleuronectes tuberculis ſex ad caput. Br. 6. D. 68. P. 12. V. 6. A. 54. C. 19.
*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 33. *n.* 5. *et p.* 34. *n.* 6. Paſſer, in dextra ſquamis valde exiguis &c. et Paſſer ex obſcure cinereo marmoratus &c.
*Bell. aq. p.* 141. *Rondel. piſc.* 1. *p.* 316. *Geſn. aq. p.* 664. *et* 670. *Ic. anim. p.* 98. *Thierb. p.* 52. *Will. ichth. p.* 96. *t.* 3. *Raj. piſc. p.* 31. *n.* 3. Paſſer.
*Aldr. piſc. p.* 243. *Jonſt. piſc. p.* 99. *t.* 22. *f.* 7. 9. *Ruyſch theatr. anim. p.* 59. 66. *t.* 22. *f.* 7-9. Paſſer laevis.
*Will. ichth. p.* 95. *t.* F. 1. *Raj. piſc. p.* 31. *n.* 2. Rhombus non aculeatus ſquamoſus.
*Brit. zool. n.* 3. *p.* 186. *n.* 3. Plaiſe.

*Habitat in* Oceano europaeo, *teſtaceis minoribusque piſcibus victitans, ad* 16 *libras usque ponderoſus, Februario et Martio ova inter ſaxa fucosque littori propiores ponens, multiplici modo edulis, ſquamis tenuibus, mollibus, in trunco deciduis veſtitus, ſupra ex fuſco cinereoque varius, ſubtus albus, guttis aurantiis.*

Caput *ſquamis arctius adhaerentibus, et propriis foveis immerſis tectum;* oculi *mediocres, pupilla caeruleſcente, iride ex flavo viridi;* os *exiguum;* mandibulae *ſerie dentium minutorum obtuſorum armatae, inferior longior, et utrinque lato oſſe labiali auctum;* palatum *et* lingua *glabra;* faux *oſſibus duobus denticulatis aſpera;* linea *lateralis, recta media;* pinnae *obſcure cinereae, dorſalis ſupra oculum incipiens, et analis, ante quam aculeus magnus, aurantio-guttatae, utraque et longa baſi ſquamoſa caudalis radiis membrana nectente longioribus.*

Fleſus. 7. Pl. linea laterali aſpera, ſpinulis ad pinnas. *Fn.*

 *ſuec.*

ſuec. 327. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 67.* *Müll. prodr. zool. dan. p.* 45. *n.* 374. D. 55. P. 11. V. 6. A. 40. C. 14.
*It. ſcan.* 326. D. 54. P. 11, 10. V. 6. A. 41. C. 17.
*Gron. muſ.* 1. *p.* 15. *n.* 40. *zooph. p.* 73. *n.* 248. D. 62. P. 12. V. 6. A. 43. C. 14.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 39. *n.* 3. *t.* 44. Pleuronectes ſpinulis plurimis in latere ſuperiore. Br. 6. D. 59. P. 12. V. 6. A. 44. C. 16.
*Art. ſpec.* 59. Pleuronectes linea laterali aſpera, ſpinulis ad radices pinnarum in latere oculato. D. 61. P. 12. V. 6. A. 42. C. 19.
*Art. gen.* 17. *ſyn.* 31. Pleuronectes oculis a dextra, linea laterali aſpera, ſpinulis ſuperne ad radices pinnarum in latere oculato.
*Klein piſc. miſſ.* 4. *p.* 33. *n.* 1. *et* 4. *t.* 2. *f.* 4. Paſſer cute denſis tuberculis ſive puſtulis ſcabra &c. et paſſer ſordidi coloris &c.
*Rondel. piſc.* 1. *p.* 319. *Geſn. aq. p.* 666. *ic. anim. p.* 100. *Thierb. p.* 53. Paſſeris tertia ſpecies.
*Bellon. aq. p.* 144. *Will. ichth. p.* 98. *piſc. p.* 32. *n.* 5. Paſſer fluviatilis.
*Brit. zool.* 3. *p.* 187. *n.* 4. Flounder.

*Habitat in* oceano europaeo, *vere oſtia fluviorum frequentans, in aquis dulcibus etiam enutriendus, vitae tenacis, plateſſa minor, et vix ultra* 6 *libras ponderoſus, eſculentus, ſquamis tenuibus oblongis cuti arctiſſime et profunde immerſis veſtitus, aculeis minutis, ad lineam lateralem, pinnasque ventrales, analem et dorſalem rectis, ceterum curvis, ſupra obſcure fuſcus, maculis olivaceis, ex viridi luteis, et nigris varius, ſubtus albus fuſceſcente adumbratus, maculis nigris.*

Oculi

*Oculi prominuli, pupilla nigra, iride flava*; os *exiguum*; mandibula *inferior longior*; lingua *brevis, anguſta*; faux *oſſibus duobus rotundis denticulatis aſpera*; branchiarum *apertura ampla, operculum mucrone obtuſo terminatum*; linea *lateralis dorſo paulo propior ſupra pinnam pectoralem flexa*; pinnae *fuſceſcentes, ventrales, caudalis et dorſalis nigro-maculata, inter analem et ventrales aculeus fortis.*

Limanda. 8. Pl. ſquamis ciliatis, ſpinulis ad radicem pinnarum dorſi anique dentibus obtuſis.
*Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 68. D. 79. P. 12. V. 6. A. 60. C. - -
*Müll. prodr. zool. dan. p.* 45. *n.* 375. *Art. gen.* 17. *ſyn.* 33. D. 75. P. 12. V. 2. A. 61. C. - -
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 45. *n.* 5. *t.* 46. Pleuronectes ſquamis aſperis, linea laterali arcuata. Br. 5. D. 75. P. 11. V. 6. A. 61. C. 15.
*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 33. *n.* 4. Paſſer aſper, paſſeri primo, ſquamis congener, ſed maculis carens.
*Rondel. piſc.* 1. *p.* 319. *Aldr. piſc. p.* 242. *Will. ichth. p.* 97. *Raj. piſc. p.* 32. Paſſer aſper ſive ſquamoſus.
*Bell. aq. p.* 145. *Geſn. aq. p.* 665. 671. *ic. anim. p.* 100. *Thierb. p.* 52. b. *Jonſt. piſc. p.* 90. Limanda.
*Brit. zool.* 3. *p.* 188. *n.* 5.
*Habitat in* mari europaeo, *fleſo rarior, tenuior, minor, delicatior, vermibus et inſectis, praeſertim cancris minoribus victitans, Majo et Junio ova pariens, ſquamis oblongis, mollibus, firmiſſime inhaerentibus mucoque obductus, ſubtus albus, ſupra hepaticus aut niger.*

Oculi *magni, pupilla nigra, iride alba*; rictus *amplus*; mandibulae *multis, longis, acutis, curvatis, diſtantibus dentibus aſperae, ſuperior mobilis et oſſe lato labiali aucta*; branchiarum *apertura ampla*; pinnae, *quales in*

 *plateſſa,*

*plateſſa*, *pectorales tamen oblongae*, *caudalis lunulata*; linea *lateralis ad pectus arcuata.*

limandoides. 19. Pl. corpore oblongo aſperoque, linea laterali recta lataque. D. 79. P. 11. V. 6. A. 63. C. 15.

*Habitat in* mari ſeptentrionali, *cancris junioribus victitans ſquamis magnis denticulatis aſper*, *ſupra ex fuſceſcente luteo albus*, *ſubtus albus*, *plateſſae affinis*, *carne alba delicioſa.*

Caput *ſquamis tectum*; oculorum *pupilla ex albo caeruleſcens*; rictus *amplus*; labium *ſuperius duobus oſſibus conſtans retractile et protruſile*; lingua *libera*, *tenuis*, *cum palato*, *glabra*; faux *dentibus duobus aſpera*; branchiarum *apertura ampla*, *operculum ſimplici lamina conſtans*, *membranam occultans.* Pinnae *ventrales*, *dorſalis*, *ab oculis incipiens et analis radiis ſimplicibus*, *in utraque poſteriore*, *etiam in caudali membrana pellucida conjunctis et ad baſin ſquamis luteis tectis*; *pectorales et caudalis radiis bifurcis.*

Solea. 9. Pl. corpore aſpero oblongo, maxilla ſuperiore longiore. *Fn. ſuec.* 326. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 45. *n.* 376.

*It. wgoth.* 178. Pleuronectes Tunga. D. 71. P. 8:7. V. 5. A. 40. C. 40.

*Art. gen.* 18. *ſyn.* 32. *ſpec.* 60. Pleuronectes maxilla ſuperiore longiore, corpore oblongo, ſquamis utrinque aſperis. D. 91. P. 9. V. 5. A. 74. C. 14.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 42. *n.* 4. Pleuronectes ſquamis aſperis, maxilla ſuperiore longiore. Br. 6. D. 80. P. 10. V. 6. A. 65. C. 17.

*Brünn. piſc. maſſ. p.* 34. *n.* 47. Pleuronectes ſolea, corpore aſpero oblongo, maxilla ſuperiore longiore, oris latere albo cirroſo.

*Gron. muſ.* 1. *p.* 14. *n.* 37. *zooph. p.* 74. *n.* 251.

*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 31. *n.* 1. Solea ſquamis minutis.

*Plin.*

*Plin. hiſt. mund.* 9. *c.* 16. 20.
*Bellon. aq. p.* 147. *Geſn. aq.* 666. 667. 671. *ic. an. p.* 101. *Thierb. p.* 53. b. 55.
*Ruyſch theatr. an. p.* 57. *t.* 20. *f.* 13. Solea.
*Rondel. piſc.* 1. *p.* 320. *Aldr. piſc. p.* 235. 255. *Will. ichth. p.* 100. *t.* F. 7. Bugloſſus.
*Brit. zool.* 3. *p.* 190. *n.* 7.
*Habitat in* oceano europaeo, *et* mari mediterraneo, *anguſtus, ſed ad 2 pedes longus, et longior, ſquamis exilibus, duris, denticulatis, cuti olivaceae firmiſſime inhaerentibus aſper, ovis progenieque aliorum piſcium victitans, junior cancrorum majorum praeda, ceterum vitae genere, ſapore carnis, paulo tamen tenerioris, &c. plateſſae ſimilis.*
Caput *ſupra truncatum*; mandibulae *cirris minimis albis barbatae; ſuperior lunulata, inferior pluribus ſeriebus dentium minimorum mobilium armata*; faux *oſſibus denticulatis, ſuperius duobus rotundis, inferius totidem oblongis aſpera*; oculi *minus vicini, quam congeneribus, pupilla caerulea, iride flava*; branchiarum *operculum rotundum, ſimplici lamina conſtans, membranam abſcondens*; linea *lateralis dorſo propior*; anus *capiti*; pinnae *ſupra olivaceae, ſubtus albae; pectorales margine nigrae, et cum ventralibus parvae; dorſalis et analis radii ad medium fere ſquamis contecti.*

Linguatula. 10. Pl. ano ſiniſtro, dentibus acutis.
*Art. gen.* 17. *ſyn.* 31. Pleuronectes oculis a dextra, ano ad latus ſiniſtrum, dentibus acutis. — D. 65. P. 9. V. - - A. 45. C. - -
*Gron. muſ.* 1. *n.* 41. — D. 68. P. 10. V. 6. A. 55. C. 19.
*Habitat in* mari Europaeo.

glacialis. 20. Pl. laeviſſimus, ſupra fuſcus, ſubtus albus, pinnae dorſalis analisque radiis mediis ſpinis minimis

hiſpi-

*An ex hoc tribu ſolea argentea, Petiv. gazophyl. p.* 2?

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0207-5 DFG

hiſpidis. *Pall. it.* 3. *p.* 706.
*n.* 48. D. 56. P. - - V. - - A. 39. C. - -

*Habitat in* oceani glacialis *oris arenoſis, dodrantalis, fleſi facie.*

*Tractus* capitis *oſſeus pone oculos prominens, ſcaber.*

plateſſoides. 21. Pl. corpore ſupra maculis bruneis. *O. Fabr. Fn. groenl. p.* 164. *n.* 119. Br. 8. D. 89. P. 12. V. 6. A. 71. C. 18.

*Habitat rarior in locis arenoſis ad oſtia fluviorum* Groenlandiae, *vermiculis et piſciculis in arena obviis victitans, Junio et Julio ſuper arenam ova pariens, ſiccatus potiſſimum edulis, figura linguatulam, ſquamis ſoleam, maculis plateſſam referens, vix pedem longus, ſquamis aſperis magnis veſtitus, oblongus, verſus utrumque finem anguſtior, ſupra ex fulvo cineraſcens, ſubtus glaber, albus, gordio marino frequenter infeſtatus.*

Caput *glabrum*; oculi *mediocres, humiles, nigri, iride argentea*; rictus *amplus*; mandibula *inferior longior tuberculo terminata*; lingua *longa, gracilis, laevis, apice rotundato*; faux *utrinque tuberculis* 3 *dentatis inaequalis*; anus *in margine ventris*; linea *lateralis humilior recta*; pinnae *pectorales breves et ventrales cuneatae*; cauda *magna, lata, ſubrotunda.*

** *Oculis a latere ſiniſtro.*

lineatus. 11. Pl. corpore ſcabro nigrofaſciato, pinnis pectoralibus nullis. D. 53. P. 0. V. 4, 5. A. 45. C. 16.
*Syſt. nat.* X. 1. *p.* 268. *n.* 1. 3. Pleuronectes Achirus.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 42. Pleuronectes oculis dextris, corpore glabro, pinnis pectoralibus nullis. D. 60. P. 0. V. 4. A. 48. C. 16.
*Brown jam.* 445. Pleuronectes fuſcus ſubrotundus glaber, lineis 7 nigris transverſis inter pinnam pectoralem et caudam.
*Sloan. jam.* 2. *p.* 77. *t.* 246. *f.* 2. *Raj. piſc.* 157. Paſſer lineis transverſis.

*Habitat in* America *ſeptentrionali.* D. Garden.

Squamae *ciliares.* Cauda *rotundata.*

22. Pl.

bilineatus. 22. Pl. lineis lateralibus duabus. *Bloch auſl. Fiſch.* 3. *p.* 29. *t.* 188. Br. 4. D. C. et A. 174.

*Habitat in* Sinae *aquis, tenuis, elongatus, ſupra flavus, margine fuſcus; ſubtus ex albo rubeſcens, totus ſquamis exiguis, ſubrotundis et denticulatis veſtitus.*

Caput *majus, quam congeneribus;* oculi *parvi, pupilla alba, iride thalaſſina, extus linea alba cincta;* os *parvum, ſemilunatum;* dentes *obtuſi;* branchiarum *apertura ampla, operculum ſimplici lamina conſtans, membranam occultans;* linea *lateralis altera dorſo propior, altera media, praeter has lineae 2 transverſae a labio inferiori ortae;* pinnae *fuſcae, radiis ſimplicibus; pectorales nullae; dorſalis caput cingens et analis cum caudali cohaerens.*

punctatus. 23. Pl. corpore lato aſperoque. *Bloch auſl. Fiſch.* 3. *p.* 31. *t.* 189. D. 89. P. 11. V. 6. A. 68. C. 14.
*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 34. *n.* 9. Paſſer alter, cute dura et aſpera, oris magno hiatu.
*Brit. zool.* 3. *p.* 186. *n.* 2.
*Raj. piſc. p.* 163. *n.* 2. *t.* 1. *f.* 2. Whiff.

*Habitat in* maris ſeptentrionalis *fundo arenoſo, cancris teſtaceisque victitans, in Dania delicioſus, ovalis, ſquamis minutis, denticulatis, imbricatis tectus, rubro-punctatus, medio cinereus, margine fuſcus, ſubtus ex albo rubeſcens, utrinque maculis nigricantibus orbiculatis et oblongis varius.*

Caput *mediae magnitudinis;* oculi *prominuli, pupilla nigra, iride thalaſſina, faſcia poſterius nigra;* mandibulae *multis ſeriebus dentium confertorum introrſum flexorum armatae;* labium *ſuperius oſſibus duobus retractile et protruſile;* linea *lateralis, ſupra oculum incipiens, ſupra pinnam pectoralem deorſum flexa, tum recta;* anus *capiti propinquus;* pinnae *cinereae, ſquamis tectae, radiis latis; dorſalis a labio ſuperiore incipiens; caudalis brevis, rotunda.*

Rhombus. 12. Pl. corpore glabro. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 69.* *Art. gen.* 18. *ſyn.* 31. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 45. *n.*

378. *Brünn. piſc. maſſ. p.* 35. *n.* 48. D.76. P. 10. V. 6. A. 57. C. - -
*It. wgoth.* 178. Pleuronectes Piggvarf. D.71. P. 12. V. 6. A. 61. C. 18.
*Ström. ſöndm.* Pleuronectes arenarius. D.70. P. 10. V. 6. A. 57. C. 16.
*Gron. muſ.* 1. *p.* 25. *n.* 43. *zooph. p.* 74. *n.* 253. D.78. P. 10. V. 6. A. 56. C. 16.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 36. *n.* 2. Pleuronectes corpore lato et glabro. Br. 6. D.71. P. 12. V. 6. A. 57. C. 16.
*Rondel. piſc.* 1. *p.* 312. *Geſn. aq. p.* 863. *Aldr. piſc. p.* 249. *Will. ichth. p.* 96. *Raj. piſc. p.* 32. *n.* 7. *Jonſt. piſc. p.* 99. *t.* 22. *f.* 13. Rhombus laevis.
*Bell. aquat. p.* 141. Rhombus alter gallicus.
*Brit. zool.* 3. *p.* 196. *n.* 10. Pearl.

*Habitat in* mari europaeo, *in* Albim *interdum adſcendens, frequentiſſimus, poſt maximum inter congeneres latiſſimus, maximus Domitiani tempore captus, voraciſſimus, vertice dorſoque fuſcus, ſubtus albus, ceterum ex fuſco et flavicante varius, eſculentus, ſquamis oblongis mollibus tectus.*

Caput *latum*; oculi *pupilla nigra, iride alba*; rictus *amplus, arcuatus*; mandibulae *retractiles dentatae, inferior longior*; branchiarum *operculum in angulum obtuſum deſinens*; linea *lateralis prope caput arcuata, tum recta*; anus *inermis*; pinnae *ex fuſco, albo et flavo variae*; *caudalis longa rotundata.*

dentatus. 13. Pl. corpore oblongo glabro, dentibus exſertis. Br. 7. D. 86. P. 12, 11. V. 66. C. 17.
*Habitat in* Carolina.
Dentes *acuti*; cauda *rotundata, ſquamoſa.* D. Garden.

maximus. 14. Pl. corpore aſpero. *Fn. ſuec.* 325. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 69.* *Art. gen.* 18. *ſyn.* 32. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 45. *n.* 379. *Brünn. piſc. maſſ. p.* 35. *n.* 49. D. 70. P. 11. V. 6. A. 50. C. 17.

*Fn.*

*Fn. ſuec.* 298. D. 64. P. 11. V. 6. A. 48. C. 16.
*It. gotl.* 178. D. 59. P. 12. V. 6. A. 39. C. 16.
*Gron. muſ.* 2. *p.* 10. *n.* 159.
*zooph. p.* 74. *n.* 254. D. 65. P. 13. V. 6. A. 50. C. 16.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 53. *n.* 8. *t.* 49. Pleuronectes tuberculis oſſeis ſcaber. Br. 7. D. 67. P. 10. V. 6. A. 46. C. 15.
*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 34. *n.* 1. *et* 35. *n.* 2. *t.* 8. *f.* 1. 2. *t.* 9. *f.* 1. Rhombus aculeatus nigricans &c. et Rhombus cineritius, aculeis aſperrimus &c.
*Rondel. piſc.* 1. *p.* 310. *Geſn. aq. p.* 661. 670. *ic. anim. p.* 95. *Thierb. p.* 50. b. *Aldrov. piſc. p.* 248. *Will. ichth. p.* 93. *t. f.* 8. *f.* 3. *et p.* 94. *t. f.* 2. *Raj. piſc. p.* 31. *n.* 1. *et p.* 32. *n.* 6. *Jonſt. piſc. p.* 99. *t.* 22. *f.* 12. *et p.* 89. *t.* 20. *f.* 15. Rhombus aculeatus.
*Plin. hiſt. mund. l.* 9. *c.* 15. 20. 42. *Bell. aq. p.* 139. Rhombus.
*Brit. zool.* 3. *p.* 192. *n.* 9. Turbot.

*Habitat in* oceano europaeo, *in* mari *quoque* mediterraneo, *ad* 30 *usque libras pondere aequans, vorax, inſectis, vermibus, teſtaceis victitans, carne firma, ſapida, oblongus, tuberculis obtuſis ſupra majoribus inaequalis, ſquamis teneris tenuibusque veſtitus, ſupra fuſcus flavo-varius, ſubtus albus fuſco-maculatus.*

Caput *latum*; oculi *magni, pupilla thalaſſina, iride fuſca*; mandibula *inferior longior*; branchiarum *apertura ampla*; linea *lateralis, media, laevis, ad pectus arcuata, poſt recta*; pinnae *flavicantes punctis maculisque nigris variae.*

Paſſer. 15. Pl. linea laterali ſiniſtra aculeata.
*Art. gen.* 18. *ſyn.* 32. Pleu-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0211-6 DFG

ronectes oculis a ſiniſtra, linea laterali aculeata. D. 66. P. 9. V. 6. A. 50. C. - -

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 57. *n.* 9. Pleuronectes linea laterali verſus caput tantum aculeata. Br. 6. D. 59. P. 11. V. 6. A. 44. C. 16.

*Gronov. zooph. p.* 73. *n.* 248. Rhombus linea laterali radicibusque pinnarum dorſi anique ſpinulis aſperis, cauda ſubaequali, varietas 13.

*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 35. *n.* 3. Rhombus maximus &c.

*Habitat in* oceano europaeo, *vix ultra pedem longus, multiplici modo edulis, ſquamis exiguis tenuibus veſtitus, ſupra ex cinereo flavoque varius, ſubtus albus, oblongus, glaber.*

Caput *ſupra tuberculis oſſeis muricatis hiſpidum;* oculi *minuti, pupilla ex viridi flaveſcente, iride fuſceſcente;* mandibula *inferior longior;* linea *lateralis fere recta;* pone *anum aculeus;* pinnae *flavicantes fuſco-maculatae.*

papilloſus. 16. Pl. linea laterali curva, corpore papilloſo. D. 58. P. 12. V. 5:6. A. 42. C. 16.

*Habitat in* America.

*An idem piſcis cum ſequente?*

mancus. 24. Pl. capite tuberculato, pinnis pectoralibus inaequalibus. *Brouſſonet ichth. dec.* 1. *n.* 3. *t.* 3. 4. Br. 5. D. 94. P. 13, 12. V. 6. A. 80. C. 17.

*Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 34. *t.* 190. Pleuronectes (macrolepidotus) ſquamis magnis. Br. - D. 69. P. 14. V. 6. A. 45. C. 17.

*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 32. *n.* 8. Solea ſquamis in dextro latere griſeis parvis.

*Marcgr. braſil. p.* 181. *Piſ. ind. p.* 66. *Jonſt. piſc. p.* 138. *t.* 36. *Will. ichth. p.* 99. *t.* F. 8. *f.* 6. *Raj. piſc.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0212-2

*p.* 33. *n.* 4. *Ruyſch theatr. anim. t.* 1. Aramaca.
*Geſn. ic. an. p.* 97. *Thierb. p.* 556. Pecten?
*Habitat in* maris braſiliani *et* pacifici *arena, cancris, teſtaceis, aliisque piſcibus victitans, ex oblongo ellipticus, compreſſus, ſquamis magnis, ſubovatis, oblique et irregulariter imbricatis veſtitus, in latere dextro pinnisque cinereus, punctis nigris maculisque inaequalibus ex albido glaucis varius, in latere ſiniſtro ex glauco albidus, maculis fuſcis teretibus aequalibus irroratus, carne ſapidiſſima.*
Caput *compreſſum, magnum;* oculorum *paulo remotiorum pupilla nigra, iris argentea;* rictus *amplus, ore clauſo oblique ſurſum verſus ſemiarcuatus;* mandibulae *duplici ſerie dentium aceroſorum armatae, inferior paulo longior;* lingua *libera, laevis, acuminata;* branchiarum *apertura mediocris, operculum 2 laminis conſtans;* linea *lateralis prope nucham incipiens deorſum leviter arcuata;* pinnae *dorſalis analisque longae radii ſimplices, reliquarum ramoſi; pectoralis ſiniſtra falcata, dextra ex oblongo obovata.*

Argus. 25. Pl. corpore vario, pinna caudae rotundata. *Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 51. *n.* 7. *t.* 48. D. 79. P. 10. V. 8. A. 69. C. 17.
*Habitat in mari, inſulas* Antillas *circumfluente, albus, maculis flavis, fuſco punctatis, et caeruleo margine cinctis, praeterea maculis minoribus caeruleis, punctisque fuſcis varius, ſquamis exilibus, mollibus contectus.*
Caput *latum;* oculi *remotiores, inaequales, pupilla caerulea, iride alba et fuſca;* mandibulae *aequales;* linea *lateralis ſupra pinnam pectoralem flexa, media;* pinnarum *caeruleo-maculatarum membrana flavicans, radii fuſci, in pinnis pectoralibus acuminatis et caudali, baſi flava, fine circinata ramoſi;* pinna *dorſalis a naribus ad caudam protracta.*

lunatus. 17. Pl. corpore ocellis dimidiatis ſparſis caeruleis. D. 85. P. 12. V. 6. A. 79. C. 17.
*Catesb. Car.* 2. *p.* 27. *t.* 27. Solea lunata et punctata?
*Habitat in* America *ſeptentrionali.*
Cauda *lunata.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0213-8

japonicus. 26. Pl. lingua aſpera. *Houttuyn act. Haarl.* XX. 2. *p.* 317. D. - - P. 9. V. 5. A. - - C. 16.
*Habitat in mari* Japoniam *alluente, ſemipedalis, ſubtus albidus.*
Pinnae *dorſalis analisque radii numeroſiſſimi.*

## 164. CHAETODON.

*Caput* parvum; *os* exiguum, labiis retractilibus; *dentes* (*plurimis*) ſetacei, flexiles, mobiles, aequales, confertiſſimi, numeroſiſſimi; *oculi* rotundi, parvi, verticales, membrana nictitante muniti.

*Membrana branchioſtega* radiis tribus ad ſex.

*Corpus* latum tenue, compreſſum, ſquamis duris veſtitum, pictum; *pinna* dorſi anique rigida, carnoſa, ſquamoſa, utplurimum aculeis aucta.

caneſcens. 1. Ch. cauda bifida, ſpinis dorſalibus 2: radio tertio longiſſimo, ore bidentato.
*Art. ſpec.* 93. Chaetodon caneſcens, aculeo utrinque ad os, oſſiculo tertio pinnae dorſalis ſetiformi longiſſimo. D. $\frac{2}{46}$. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{36}$. C. 16.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 25. *f.* 7.
*Habitat in* America *auſtrali et* India.

alepidotus. 2. Ch. cauda bifida, ſpinis dorſalibus 3, pinnis ventralibus nullis. Br. 6. D. $\frac{3}{51}$. P. 24. V. 0. A. $\frac{3}{47}$. C. 23.
*Habitat*

*Habitat in* Carolina, *rhombeus, ſquamis nudus, ſupra caeruleſcens.* Garden.

Dentium *ſeries ſimplex in mandibulis*; linea *lateralis dorſo parallela, punctata*, interſtitialis *recta a branchiis ad caudam*; pinna *dorſalis analisque oppoſitae falcatae.*

acuminatus. 3. Ch. cauda integra, ſpinis dorſalibus 3: radio tertio longiſſimo.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 63. *t.* 33. *f.* 3. Chaetodon faſciis tribus fuſcis, pinna dorſali ſetiformi. D. $\frac{3}{28}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{19}$. C. 17.
*Habitat in* America *auſtrali et* India.

pinnatus. 4. Ch. cauda integra, ſpinis dorſalibus 4, pinna dorſali analique longiſſima.
*Muſ. Ad. Fr. p.* 64. *t.* 33. *f.* 6. Chaetodon griſeus, faſcia frontali apiceque caudae albis. D. $\frac{4}{40}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. 28. C. 18.
*Chin. Lagerſtr.* 25. D. 30. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. 28. C. 18.
*Gron. muſ.* 2. *n.* 193. Chaetodon macrolepidotus, capite inermi, radiis pinnae dorſi, ani ventrisque ſetiformibus.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 25. *f.* 15.
*Habitat in* America *auſtrali et* India.

cornutus. 5. Ch. cauda bifida, ſpinis pinnae dorſalis 7: radio dorſali tertio longiſſimo.
*Art. ſyn.* 79. Chaetodon aculeis 2 brevibus ſupra oculos, oſſiculo tertio pinnae dorſalis longiſſimo. D. $\frac{7}{46}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{36}$. C. 16.
*Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 72. *n.* 11. *t.* 200. Chaetodon roſtro cylindrico, pinna

 caudae

Chaetodontis *ſpecies extra Europam in oris calidioribus obviae, pulchrae, ſpinarum dorſalium numero diſcernuntur.*

caudae lunata, radio tertio pinnae dorſi longiſſimo. Br. 4. D. $\frac{3}{45}$. P. 18. V. 6. A. $\frac{3}{32}$. C. 16.

*Lagerſtr. chin. p.* 25.

*Seb. muſ.* 3. *p.* 65. *n.* 6. *t.* 25. *f.* 6.

*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 39. *n.* 13. 14. *t.* 12. *f.* 2. 3. Tetragonoptrus magis latus, quam longus &c. et Tetragonoptrus tribus lineis latis &c.

*Valentyn ind.* 3. *p.* 398. *n.* 168. *t. pag.* 402. *f.* 168. Geflamder Trompetter, *et p.* 101. *n.* 177. *t. pag.* 406. *f.* 177. *et p.* 410. *n.* 201. *f.* 201. Ikan Paroeli, *et p.* 495. *n.* 456. *f.* 456. Alferez Djawa.

*Ruyſch theatr. anim.* 1. *p.* 2. *n.* 19. *t.* 1. *f.* 19. Ican Swangi.

*Renard poiſſ.* 1. *p.* 5. *t.* 3. *f.* 13. *et p.* 21. *t.* 12. *f.* 76. Bezaantje Klipviſch; *et* 2. *t.* 39. *f.* 173. Speerviſch, Moorſche Afgodt.

*Habitat in* India, *ſapidus, tenuis, tenerrimis ſquamis tectus, albus, faſciis pluribus transverſis nigris.*

Oculorum *pupilla nigra, iris flavicans;* mandibulae *aequales, duplici dentium ſerie armatae;* roſtrum *tubuloſum;* branchiarum *apertura ampla, operculum ſubrotundum, lamina ſimplici conſtans, membranam occultans;* linea *lateralis dorſo propinqua, arcuata;* anus *in medio corporis;* pinna *caudalis lunata.*

argenteus. 6. Ch. cauda bifida, ſpinis pinnae dorſalis 8, pinnarum ventralium loco ſpinis 2. *Amoen. ac.* 4. *p.* 249. D. $\frac{8}{37}$. P. 26. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{32}$. C. 17.

*Habitat in mari* indico.

Spinae *ventrales breves; primaeque dorſales adeo exiles, ut vix conſpicuae.*

24. Ch.

Boddaer- 24. Ch. faſciis fuſcis et caeru-
ti. leſcentibus, ſpinis pinnarum ventralium duabus.
*Schr. der berl. Naturf. Geſ.* 3. *p.* 459.

punctatus. 7. Ch. ſpinis pinnae dorſalis 8, pinnis pectoralibus falcatis. Br. 4. D. $\frac{8}{30}$. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{20}$. C. 17.
*Habitat in* Aſia. *Muſ. ac. Holm.*
Corpus *albidum vel argenteum punctis fuſcis, pone anum dilatatum cyprini figura;* oculi *magni, rubri;* linea *lateralis ſurſum curva;* pinnae *ani radii 3 primi diſtantes.*

arcuatus. 8. Ch. cauda integra, ſpinis pinnae dorſalis 8, arcubus 4 albis.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 61. *t.* 33. *f.* 5. Chaetodon fuſcus arcubus 5 nigris. D. $\frac{8}{38}$. P. 20. V. $\frac{1}{5}$. A. $\frac{3}{27}$. C. 19.
*Art. ſyn.* 79. *ſpec.* 91. Chaetodon niger, capite diacantho, lineis utrinque 4 transverſis curvis. D. $\frac{9}{41}$. P. $\frac{2}{20}$. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{23}$. C. 17.
*Seb. muſ.* 3. *p.* 63. *n.* 5. *t.* 25. *f.* 5a. 5b. Chaetodon niger &c.
*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 41. *n.* 5. Platigloſſus exiguus niger.
*Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 76. *n.* 13. *t.* 201. *f.* 2. Chaetodon faſciis 5 albis, aculeis 9 dorſalibus. Br. 6. D. $\frac{9}{42}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{25}$. C. 14.
*Marcgr. braſ. p.* 178. *Raj. piſc. p.* 103. *n.* 12. Guaperva.
*Will. ichth. app. p.* 23. *t.* O. 3. *f.* 3. Acarauna exigua nigra &c.
*Habitat in* Braſiliae *aquis, fuſcus,* 4 *pollices longus.*
Caput *magnum;* oculi *exiles, pupilla nigra, iride aurea;* branchiarum *apertura ampla,* operculum *aculeo armatum;* linea *lateralis ex punctis albis conſtata;* anus *in medio corporis.*

roſtratus. 9. Ch. cauda integra, ſpinis pinnae dorſalis 9, maculaque ocellari, roſtro cylindrico.

*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 61. *t.* 33. *f.* 2. Chaetodon roſtratus, pinna dorſali poſtice macula fuſca. D. $\frac{9}{40}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{23}$. C. 14.

*Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 78. *n.* 14. *t.* 102. *f.* 1. Chaetodon roſtro cylindrico, macula ocellata in dorſo. D. $\frac{9}{39}$. P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{23}$. C. 15.

*Gron. muſ.* 1. *p.* 48. *n.* 109. Chaetodon macrolepidotus, albo-flaveſcens, roſtro longiſſimo oſſeo, macula nigra ad pinnam dorſalem. D. $\frac{9}{39}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{24}$. C. - -

*Gron. zooph. p.* 69. *n.* 203. Chaetodon roſtro longiſſimo oſſeo, pinnis dorſi, ani et caudae ad extrema rotundis, macula nigra ad pinnam dorſalem.

*Schloſſ. act. angl.* 1765. *p.* 89. *t.* 9. Jaculator.

*Seb. muſ.* 3. *p.* 68. *n.* 17. *t.* 25. *f.* 17. Chaetodon macrolepidotus albo-flaveſcens &c.

*Habitat in* Indiae, *praeſertim littoreis fluviorumque oſtiis, albus, lineis longitudinalibus faſciisque 5 transverſis fuſcis, poſterioribus albo marginatis; victitans inſectis ſupra aquam volitantibus, in quae roſtro tubuloſo exquiſitiſſime explodit guttulam, ut ea cadant in aquam et devorentur; caro ſapida, alba.*

Caput *anguſtum, elongatum;* oculorum *iris flava;* mandibulae *aequales;* linea *lateralis arcuata, dorſo propinqua;* anus *in medio corporis;* dorſi *macula nigra, linea alba cincta;* pinnae *radiis plurimis ramoſis;* cauda *faſcia nigra albo-marginata.*

Orbis. 25. Ch. orbicularis, pinnae analis radiis 19. *Bloch*

*auſl. Fiſch.* 3. *p.* 81. *n.* 15. *t.* 102. *f.* 2. D. $\frac{9}{28}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{19}$. C. 16.

*Habitat in* India, *caeruleſcens*, *orbicularis.*

Caput *maxime declive*; oculorum *iris aurea*; mandibulae *aequales*; branchiarum *apertura ampliſſima*, *operculum longum anguſtum*, *membranam tegens*; linea *lateralis lineis pluribus rectis interruptis conſtans*, *dorſum verſus in angulum obtuſum confluentibus*; anus *in medio corporis*; pinnarum *radii ramoſi*, *dorſalis ſecundus*, *tertius et quartus in ſetam prolongatus*; pinnae *ventrales longae.*

nigricans. 10. Ch. cauda ſubbifida, ſpinis pinnae dorſalis 9, ſpina laterali utrinque caudae bifidae. *Andre act. angl.* 1784. 2. *p.* 278. *t.* 12.

*Art. ſpec.* 90. Chaetodon nigreſcens, cauda albeſcente aequali utrinque aculeata. D. $\frac{9}{38}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{25}$. C. 16.

*Haſſelq. it.* 332. Chaetodon aculeis in utroque latere ad caudam duobus. D. $\frac{6}{33}$. P. 17. V. 6. A. $\frac{2}{26}$. C. 26.

*Bloch auſl. Fiſch.* 3. *p.* 82. *n.* 16. *t.* 203. Chaetodon dentibus emarginatis, aculeo ad caudam bifidam. Br. 4. D. $\frac{9}{36}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{27}$. C. 21.

*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 38. *n.* 4. *t.* 11. *f.* 1. Tetragonoptrus cinereus laevis, pinnis nigricantibus.

*Seb. muſ.* 3. *p.* 64. *n.* 2. *et p.* 65. *n.* 3. *t.* 25. *f.* 2. 3. Chaetodon nigreſcens, cauda albeſcente &c. et Chaetodon nigreſcens, cauda parum bifurca &c.

*Marcgr. braſ. p.* 144. *Will. ichth. p.* 21. *t.* O. 1. *f.* 3. *Raj. piſc. p.* 102. *n.* 8. *Jonſt. piſc. p.* 177. 178. *t.* 32. *Ruyſch theatr. anim.* 1. *p.* 123. *t.* 32. Acarauna.

*Renard poiſſ.* 1. *p.* 17. *n.* 63. *t.* 9. *f.* 63. *et p.* 22. *n.* 82.

*t.* 14. *f.* 82. Philoſophe, *et* Caantje of Verkenskop.
*Valent. Ind.* 3. *p.* 501. *n.* 490. *f.* 490. Ikan Batoe Boano.

*Habitat in mari* rubro, indico, braſiliano, *ad* 2 *pedes longus, carnoſus, ſquamis minutis tectus, ſupra nigricans, ad latera fuſcus, ſubtus albus, teſtaceis cancrisque junioribus victitans, carne ſapida.*

Oculi *magni, iride argentea;* dentes *in mandibula utraque* 10-16, *denticulati, ſubtus cylindrici anguſti, ſupra latiores, duriſſimi, ſubpellucidi, in unam ſeriem diſpoſiti, anteriores longiores;* lingua *brevis, craſſa;* branchiarum *operculum longum et anguſtum;* linea *lateralis ab eo incipiens dorſo vicina et parallela;* pinnae *radiis plurimae ramoſis; pectorales et caudalis cinereae; ventrales nigrae; dorſalis et analis baſi albae, ceterum fuſceſcentes, radiis bifurcis.*

leucurus. 11. Ch. cauda integra, ſpinis dorſalibus 9: prima recumbente, corpore nigro, cauda alba. D. $\frac{9}{31}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{22}$. C. 20.

*Habitat in* America, *parvus, niger.*

*Ante* pinnam *dorſalem ſpina recumbens:* Pinnae *ventrales acuminatae.*

lineatus. 12. Ch. cauda bifida, ſpinis dorſalibus 9, ſpina laterali utrinque caudae.
*Art. ſpec.* 89. Chaetodon lineis longitudinalibus varius, cauda bifurca utrinque aculeata. D. $\frac{9}{36}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{29}$. C. 16.
*Seb. muſ. t.* 25. *f.* 1.

*Habitat in* America *auſtrali et* India.

trioſtegus. 13. Ch. cauda ſubbifida, ſpinis dorſalibus novem, membrana branchioſtega triradiata. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 70.* D. $\frac{9}{32}$. P. 18. V. $\frac{1}{5}$. A. $\frac{2}{22}$. C. 16.
*Brouſſonet ichth. dec.* 1. *n.* 4. *t.* 4. Chaetodon corpore cingulato, pinnae dorſalis ſpinis 9, caudae utrin- D. $\frac{9}{32}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{21}$. C. 16.

que

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0220-6 DFG

que 1, dentibus apice ſerratis.

D. $\frac{9}{32}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{23}$. C. $\frac{3 \cdot 3}{22}$

*Seb. muſ.* 3. *p.* 65. *t.* 25. *f.* 4. Chaetodon albeſcens, lineis 5 transverſis nigricantibus, et aculeo laterali utrinque. D. $\frac{9}{30}$. P. 15. V. 6. A. $\frac{3}{22}$. C. 16.

*Habitat in* oceano indico *et* pacifico, *compreſſus*, *obovatus*, *ſquamis parvis imbricatis veſtitus*, *dilute e cinereo vireſcens*, *cingulis* 6 *ex fuſco nigricantibus.*

Caput *ſuperne ſubparabolicum*; oculi *iride ex argenteo fuſca*; mandibulae *parum diductiles*, *ſerie dentium compreſſorum* 16 *circiter armatae*; lingua *brevis*, *frenata et* palatum *glabra*; faux *ſupra oſſiculis* 3 *inaequalibus denticulatis aſpera*; branchiarum *apertura mediocris*, *operculum lamina duplici conſtans*; pinnae *ſordide vireſcentes immaculatae*, *ventrales albidae.*

macrolepidotus. 14. Ch. cauda integra, ſpinis dorſalibus 11, radio dorſali quarto filiformi longiſſimo.

*Art. ſpec.* 94. Chaetodon lineis utrinque duabus nigris, radio quarto dorſali longiſſimo ſetiformi. D. $\frac{11}{37}$. P. $\frac{2}{18}$. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{[illegible]}{23}$. C. 17.

*Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 69. *n.* 10. *t.* 200. *f.* 1. Chaetodon bifaſciatus, cauda truncata, radio dorſali quarto longiſſimo. D. $\frac{11}{34}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{24}$. C. 18.

*Gron. muſ.* 2. *p.* 37. *n.* 194. Chaetodon oſſiculis pinnae dorſalis tribus anterioribus acutis, quarto ſetiformi, ſeptem ſubſequentibus iterum aculeatis. D. $\frac{11}{37}$. P. 19. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{21}$. C. 16.

*Gron. zooph. p.* 69. *n.* 234.

*Seb. muſ.* 3. *p.* 66. *n.* 8. *t.* 25. *f.* 8.

*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 37. *n.* 12. *t.* 11. *f.* 2.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0221-2

*Valent. Ind.* 3. *p.* 448. *n.* 324. *f.* 324.
*Ruyſch piſc. amboin. t.* 1. *f.* 1.
*Renard poiſſ.* 1. *p.* 5. *n.* 13. *t.* 3. *f.* 13. 2. *t.* 1. *f.* 1. *et t.* 9 *f.* 44. *et t.* 16. *f.* 75.

*Habitat in* India, *ad* 25 *libras pondere aequans, argenteus, faſciis duabus fuſcis, ſquamis caudam verſus majoribus tectus, carne ſapida.*

Caput *macula fuſca ſupra oculos, altera ante oculos inſignitum;* oculi *rotundi, iride caeruleſcente;* mandibulae *aequales;* branchiarum *apertura ampla, operculum ſimplici lamina conſtans, membranam tegens;* linea *lateralis arcuata;* anus *fere in medio corporis;* pinnae *radiis plurimis ramoſis, caudalis truncata.*

Argus. 15. Ch. ſpinis dorſalibus 11, corpore punctis nigris plurimis, cauda integra. *M. Thr. Brünniche.* D. $\frac{11}{28}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{4}{18}$. C. 12.
*Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 86. *n.* 17. *t.* 204. *f.* 1. Chaetodon corpore lato maculatoque, ſpinis analibus quatuor. Br. 4. D. $\frac{11}{28}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{4}{18}$. C. 14.
*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 36. *n.* 4. Rhomboides ventre ſubcaeruleo &c.
*Will. ichth. app. p.* 2. *t.* 2. *f.* 2. *Nieuh. ind.* 2. *p.* 269. *f.* 6. *Ruyſch piſc. amb. p.* 33. *n.* 6. *t.* 17. *f.* 6. Strontviſch.
*Renard poiſſ.* 2. *t.* 50. *f.* 211. Ican Taci.
*Valent. Ind.* 3. *p.* 403. *f.* 180. Cacatoeha Babintang.

*Habitat in* Indiae *aquis dulcibus et uliginoſis, fere quadratus, ad latera maculis fuſcis varius, ſupra violaceus, ſubtus albus, inſectis victitans, carne ſapida.*

Oculorum *iris aurea;* mandibulae *aequales;* branchiarum *apertura ampla, operculum magnum, membrana libera;* linea *lateralis arcuata;* anus *in medio fere corporis;* pinnae *breves flavae; ante analem aculei quatuor.*

16. Ch.

ſtriatus. 16. Ch. cauda integra, ſpinis pinnae dorſalis 12, corpore ſtriato, roſtro prominente.

*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 62. *t.* 33. *f.* 7. Chaetodon flaveſcens faſciis 5 fuſcis. D. $\frac{10}{33}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{21}$. C. 18.

*Amoen. ac.* 1. *p.* 313. Labrus roſtro reflexo, faſciis lateralibus 3 fuſcis. D. $\frac{12}{33}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{20}$. C. 17.

*Art. ſpec.* 95. Chaetodon macrolepidotus, lineis utrinque tribus nigris latis, linea quarta in cauda. D. $\frac{13}{32}$. P. 19. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{21}$. C. 17.

*Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 90. *n.* 19. *t.* 205. *f.* 1. Chaetodon corpore faſciato, cauda rotundata, aculeis dorſalibus tredecim. D. $\frac{12}{32}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{22}$. C. 18.

*Gron. muſ.* 1. *p.* 49. *n.* 110. Chaetodon roſtro longo oſſeo macrolepidotus albo-flaveſcens, lineis transverſis 4 bruneis. D. $\frac{11}{32}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{21}$. C. - -

*Gron. zooph. p.* 70. *n.* 235. Chaetodon faſciis latis transverſalibus fuſcis, maxillis productis brevibus, pinnis dorſi anique poſtice rotundatis, cauda rotundata.

*Seb. muſ.* 3. *p.* 66. *n.* 9. *t.* 25. *f.* 9. Chaetodon macrolepidotus &c.

*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 37. *n.* 10. *t.* 10. *f.* 4. Rhomboides edentulus &c.

*Valent. ind.* 3. *p.* 397. *f.* 163. Ikan Batoe Melia, Heeslykke Klipviſch.

*Habitat in* India, *flavus, faſciis fuſcis, ſquamis magnis margine dilutioribus, carne ſapida.*

Oculi *magni, iride flava;* branchiarum *operculum duabus laminis conſtans, membranam occultans;* linea *lateralis* dorſo

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0223-3
DFG

*dorſo parallela*; anus *capiti propior quam caudae*; pinnae *flavae margine obſcure fuſcae*, *ventrales totae fuſcae*; cauda *rotundata*.

arcuanus. 17. Ch. cauda bifida, ſpinis pinnae dorſalis 12, corpore faſciis fuſcis.

*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 63. *t.* 33. *f.* 8. Chaetodon cauda bifurca, faſciis 3 fuſcis. D. $\frac{12}{32}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{13}$. C. 16.

*Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 62. *n.* 7. *t.* 198. *f.* 2. Chaetodon faſciis tribus nigris. D. $\frac{12}{34}$. P. 17. V. $\frac{1}{5}$. A. $\frac{2}{13}$. C. 16.

*Seb. muſ.* 3. *p.* 70 *n.* 23. *t.* 26. *f.* 23. Chaetodon albeſcens macrolepidotus &c.

*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 37. *t.* 30. *n.* 13. *t.* 11. *f.* 3. Rhombotides parvus &c.

*Valent. ind.* 3. *p.* 501. *n.* 489. *f.* 491. Bonte Duitje.

*Renard. poiſſ.* 1. *t.* 30. *f.* 165. Bourgonjeſe.

*Habitat in* mari indico *et* arabico *inter corallia*, *vermibus marinis victitans*, *edulis*, *ſquamis minutis tectus*, *argenteus*, *faſciis nigris*, *prima capitis*, *altera pectoris*, *tertia a pinna dorſali ad analem transeunte*, *dorſo cinereo.*

Caput *magnum*, *fronte et oculorum iride albis*; rictus *anguſtus*; mandibulae *aequales*, *dentibus minutis cuneatis armatae*; branchiarum *apertura ampla*, operculum *ſimplici lamina conſtans*, *medio mucronatum*, *membranam occultans*; pinnae *ventrales longae analisque nigrae*; *caudalis rotundata et dorſalis cinereae.* *Dentium et operculorum figura percis affinis.*

capiſtratus. 18. Ch. cauda integra, ſpinis pinnae dorſalis 12, corpore ſtriato, ocello ſubcaudali.

*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 63. *t.* 33. *f.* 4. Chaetodon pallidus, faſcia capitis ocelloque ſubcaudali fuſcis. D. $\frac{12}{32}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{21}$. C. 18.

*Amoen.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0224-9 DFG

*Amoen. acad.* 1. *p.* 314. Labrus roſtro reflexo, ocello purpureo iride alba juxta caudam. — $D.\frac{13}{31}.P.14.V.\frac{1}{6}.A.\frac{3}{17}.C.$ - -

*Bloch auſl. Fiſch.* 3. *p.* 92. *n.* 20. *t.* 205. *f.* 2. Chaetodon ocello ad caudam, ſpinis dorſalibus 13. — Br. 5. $D.\frac{13}{33}.P.14.V.\frac{1}{6}.A.\frac{3}{19}.C.16.$

*Gron. muſ.* 2. *p.* 37. *n.* 195. Chaetodon macrolepidotus, linea nigra ad oculos, macula rotunda ad pinnam dorſalem. — $D.\frac{12}{30}.P.$ - - $V.\frac{1}{6}.A.\frac{2}{18}.C.$ - -

*Gron. zooph. p.* 70. *n.* 207. Chaetodon roſtro obtuſiuſculo, pinnis ani dorſique poſtice rotundatis curtis, cauda truncata, macula ocellata in lateribus.

*Brown jam. p.* 454. *n.* 2. Chaetodon ſubgriſeus, lineis nigris obliquis varius, ad caudam macula majori notata.

*Seb. muſ.* 3. *p.* 68. *n.* 16. *t.* 25. *f.* 16. Chaedoton macrolepidotus albeſcens &c.

*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 37. 38. *n.* 2. *t.* 11. *f.* 15. 18. Tetragonoptrus laevis &c.

*Habitat in* mari Jamaicam *alluente*, *vix ultra* 3 pollices *longus*, *piſcium rapacium praeda*, *ſquamis ſat magnis veſtitus*, *albus*, *lineis fuſcis ſupra a dorſo verſus caput*, *ceterum a ventre verſus caput tendentibus*, *in medio confluentibus pictus*.

Caput *ſatis magnum*; oculi *grandes*; faſcia *ocularis nigra*, *margine alba*; branchiarum *apertura ampliſſima*; operculum *thalaſſinum*, *duplici lamina conſtans*, *membranam occultans*; pinnae *flavicantes*, *radiis ramoſis*; *dorſalis et analis*, *ad quarum finem limbus fuſcus*, *ſpinis thalaſſinis*; *ad caudalem faſcia et macula nigra*, *haec circulo albo cincta*.

vagabundus. 19. Ch. cauda integra, ſpinis pinnae dorſalis 13, cor-

pore

pore ſtriato, roſtro cylindrico. *Muſ. Ad. Frid.* 2. *p.* 71.* D. $\frac{13}{40}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. 24. C. 18.
*Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 88. *n.* 18. *t.* 204. *f.* 2. Chaetodon ore cylindrico, faſcia oculari, ſpinis dorſalibus tredecim. D. $\frac{13}{33}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{20}$. C. 14.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 5. *f.* 18. Chaetodon macrolepidotus albeſcens, linea nigra ad oculos. D. $\frac{13}{35}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{23}$. C. ..
*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 36. *n.* 5. *t.* 9. *f.* 2. Rhombotides pinna dorſali 17 aculeis pertuſa &c.
*Valent. ind.* 3. *p.* 357. *n.* 34. *f.* 34. *et p.* 359. *n.* 43. *f.* 43. *et p.* 395. *n.* 157. *f.* 157. Ican Sagadji, Ican Poetri, et Japanſche Prins.
*Renard poiſſ.* 1. *p.* 16. *n.* 58. *t.* 8. *f.* 58. *et p.* 32. *n.* 116. *t.* 21. *f.* 116. *et p.* 34. *n.* 126. *t.* 23. *f.* 126. Douwing Prins, Douwing Royal, et Douwing Hertogin.
*Ruyſch piſc. amb. p.* 28. *t.* 14. *f.* 17. Princeſſe.

*Habitat in* Indiae *aquis*, *ſquamis in trunco magnis*, *in capite exilibus tectus*, *flavus*, *lineis fuſcis*, *faſciaque ſupra oculos nigra*, *altera ad finem trunci*, *tertia per caudae medium inſignita*, *carne ſapida.*

Oculorum *iris fuſca*; branchiarum *operculum duabus laminis conſtans*, *membrana libera*; anus *caudae propior*; pinnae *flavae*, *radiis ramoſis*, *dorſalis*, *analis et caudalis margine nigrae.*

**ciliaris.** 20. Ch. cauda integra, ſquamis pinnae dorſalis 14, operculis ſpinoſis, ſquamis ciliatis.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 62. *t.* 33. *f.* 1.

*f.* 1. Chaetodon griſeus faſciis 4 fuſcis. D. $\frac{14}{34}$. P. 20. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{21}$. C. 18.

*Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 111. *n.* 33. *t.* 214. Chaetodon operculo aculeato, ſquamis ciliatis. Br. 6. D. $\frac{14}{35}$. P. 20. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{22}$. C. 16.

*Osb. it.* 273. Sparus ſaxatilis. D. $\frac{13}{38}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{3}{28}$. C. 20.

*Gron. muſ.* 2. *p.* 36. *n.* 192. Chaetodon microlepidotus, cauda ſubrotunda, aculeis utrinque 2 in operculis, poſtico longiſſimo. D. $\frac{14}{33}$. P. 26. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{26}$. C. 17.

*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 41. *n.* 4. Platigloſſus, qui Acarauna altera major Liſteri.

*Will. ichth. app. p.* 23. *t.* O. 3. *f.* 1. *Raj. piſc. p.* 103. *n.* 11. Acarauna altera major.

*Edw. glean. t.* 283. *f.* 4.

*Habitat in* India, *ſquamis in trunco quidem ſat magnis veſtitus, cinereus, ſubtus albus, percis affinis.*

Oculorum *iris ex albo rubeſcens*; os *perexiguum*; labia *robuſta*; mandibulae *aequales*; branchiarum *apertura ampla, operculum ſpinis tribus, poſteriore longiſſima, armatum, partem membranae tegens*; linea *lateralis dorſo propinqua parallela*; anus *in medio corporis*; pinnae *margine fuſcae, radiis ramoſis; ante dorſalem annulus niger.*

**ſaxatilis.** 21. Ch. cauda bifida, ſpinis pinnae dorſalis 14, pinnis ventralibus acuminatis, dentibus emarginatis.

*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 64. Chaetodon faſciis 5 albis, cauda bifurca. D. $\frac{14}{26}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{15}$. C. 15.

*Amoen. acad.* 1. *p.* 312. Sparus faſciis 5 transverſis fuſcis. D. $\frac{13}{25}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{24}$. C. 15.

*Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 96. *n.* 23. *t.* 206. *f.* 2. Chaetodon corpore oblongo faſciatoque, ſpinis 13 in pinna ani. D. $\frac{13}{26}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{13}$. C. 19.

*Gron.*

*Gron. muſ.* 1. *n.* 89. *zooph.* *n.* 222. Sparus latiſſimus, cauda lunulata, faſciis 5 tranſverſis ſubfuſcis. D. $\frac{13}{26}$. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{24}$. C. 18.

*Marcgr. braſ. p.* 156. *Piſ. ind. p.* 68. *Jonſt. piſc. p.* 194. *t.* 33. *f.* 4. *Ruyſch theatr. anim.* 1. *p.* 182. *t.* 33. *f.* 4. *Raj. piſc. p.* 130. *n.* 7. Jacuacaguara.

*Valent. ind.* 3. *p.* 370. *n.* 75. *f.* 75. *et. p.* 501. *n.* 492. *f.* 492. *et p.* 502. *n.* 493. *f.* 493. Ikan Siam *et* groene Lootsmann.

*Renard poiſſ.* 1. *t.* 33. *f.* 176. 177. Lootsmannetje.

*Habitat in maris* Braſiliam, Indiam, Arabiam *alluentis profundis inter corallia, ad* 8 *pollices longus, ſquamis praegrandibus tectus, albus, faſciis* 6 *nigris pictus, vermibus marinis victitans, parum edulis, ſparis perciſque affinis.*

Oculi *magni, iride flava*; branchiarum *apertura ampliſſima, membrana libera*; linea *lateralis ad pinnam dorſalem interrupta*; pinnae *parvae nigrae*, *caudalis bifurca.*

rotundus. 22. Ch. ſpinis pinnae dorſalis 23, faſciis 5 pallidis.

*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 64. Chaetodon rotundatus cinereus, faſciis 5. D. $\frac{23}{26}$. P. 10. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{14}$. C. . .

*Habitat in* America *auſtrali et* India.

lanceolatus. 23. Ch. cauda integra, corpore faſciis tribus: oculari, pectorali longitudinalique.

*Edw. av. t.* 210. Guaperva.

*Habitat in* India, *oblongus, lanceolatus.*

Faſciae *nigrae, margine griſeae, prima transverſa per oculos, altera transverſa per thoracem, tertia a pinna dorſali anteriori ad caudam.*

aureus. 26. Ch. aureus, aculeo ad os malae. *Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 49. *n.* 1. *t.* 193. *f.* 1. D. $\frac{12}{24}$. P. 12. V. 6. A. $\frac{2}{15}$. C. 15.

*Habitat*

*Habitat in inſularum* Antillarum *aquis, ovalis, ſquamis duris denticulatis tectus.* Plumier.

Oculi *iride rubeſcente;* os *exiguum;* labia *robuſta;* dentes *ſetacei;* branchiarum *apertura ampla, operculum ſimplici lamina conſtans, membranam occultans;* linea *lateralis leviter arcuata;* pinnae *flavae, utroque fine virides, radiis ramoſis, pectorales et caudalis rotundatae, reliquae falcatae, pectorales et ventrales ſquamis nudae.*

Imperator. 27. Ch. longitudinaliter ſtriatus, aculeis dorſalibus 14. *Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 51. *n.* 2. *t.* 194.

D. $\frac{14}{34}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{22}$. C. 16.

*Ind. muſ. Schwenk. p.* 32. *n.* 82. Chaetodon eximiae magnitudinis et raritatis, ſtriis parallelis &c.

*Ruyſch theatr. anim.* 1. *p.* 37. *n.* 1. *t.* 19. *f.* 1. *Renard poiſſ.* 2. *t.* 56. *f.* 238. der Kaiſer von Japan.

*Habitat in* Japoniae *aquis, flavus, radiis longitudinalibus caeruleis, ſquamis tectus, pone pinnas ventrales et pectorales magnis, grandis, delicioſus.*

Caput *magnum;* oculorum *iris aurantia, arcu caeruleo cincta;* os *exiguum;* labia *robuſta;* mandibulae *aequales;* dentes *longi, ſetacei;* branchiarum *operculum lamina duplici conſtans ſtria caerulea notata;* linea *lateralis, a nucha incipiens, dorſo propinqua, ad finem pinnae dorſalis deorſum flexa;* pinnae *radiis ramoſis, dorſalis et analis craſſae, rigidae, rotundatae.*

Dux. 28. Ch. corpore faſciato, aculeis abdominalibus 7. *Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 53. *n.* 3. *t.* 195.

D. $\frac{14}{22}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{7}{21}$. C. 14.

*Valent. ind.* 3. *p.* 504. *n.* 507. *f.* 507. Ikan ſengadji molukko, of de molukſche Hertog.

*Renard poiſſ.* 1. *p.* 22. *t.* 14. *f.* 81. *et* 2. *t.* 16. *f.* 77. *et t.* 38. *f.* 169. Ducheſſe, *et* Douwing bâtard d'Haroke, *et* Chietſeviſch.

*Habitat in* India, *ſquamis exilibus veſtitus, albus, ſtriis caeruleis fuſco marginatis pictus.*

Oculi *iride alba, caerulea et fuſca;* os *anguſtum;* labia *robuſta;* mandibulae *aequales;* branchiarum *apertura ampla, operculum lamina tenui conſtans;* linea *lateralis ab oculo incipiens, dorſo propinqua et parallela, ad finem pinnae dorſalis flexa;* pinnae *pectorales breves, pellucidae, rotundatae.*

guttatus. 29. Ch. guttatus, aculeis 2 ventralibus. *Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 55. *n.* 4. *t.* 196. D. $\frac{13}{23}$. P. 15. V. $\frac{2}{5}$. A. $\frac{7}{16}$. C. 16.

*Habitat in* Japoniae *aquis, longus, anguſtus, ſquamis minutis obtectus, ſupra cinereus, ſubtus albus, guttis ſpadiceis varius.*

Oculi *magni, rotundi, iride obſcure flava;* os *majus, quam congeneribus;* mandibulae *aequales;* dentes *acuti;* labia *robuſta, ſuperius duobus oſſibus conſtans, protruſile et retractile;* branchiarum *apertura ampla, operculum ex tabula tenui longa conflatum, membranam abſcondens;* linea *lateralis ab operculo orta, leviter arcuata, dorſo propinqua ad finem pinnae dorſalis interrupta;* pinnae *ſquamis nudae, radiis ramoſis; pectorales ex fuſco flavae; ventrales, dorſalis et analis cinereae; caudalis flava cinereo-punctata.*

Paru. 30. Ch. aculeis 10 dorſalibus, analibus 5. *Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 57. *n.* 5. *t.* 197. D. 10 P. 14. V. 6. A. 5 C. 15.

*Art. ſyn. p.* 71. *n.* 1. *gen. p.* 51. *n.* 1. Chaetodon niger, maculis flavis lunulatis varius.

*Gronov. zooph. p.* 68. *n.* 231. Chaetodon operculis aculeatis, oſſiculis pinnae dorſi anique intermediis inermibus cauda rotundata longioribus.

*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 36. *n.* 3. Rhombotides in nigricante corpore ſquamis flavis quaſi lunulatis.

*Brown*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0230-2
DFG

*Brown jam. p.* 454. *n.* 3.
Chaetodon minute variegatus, imis ſquamarum luteis ſemilunatis.
*Marcgr. braſ. p.* 144. *Piſ. ind. p.* 55. *Jonſt. piſc. p.* 177. *t.* 32. *f.* 2. *Ruyſch theatr. anim. p.* 123. *t.* 32. *f.* 2. *Will. ichth. p.* 217. *t.* O. 1. *f.* 2. *Raj. piſc. p.* 102. *n.* 7. Paru.

*Habitat in* America *auſtrali, vicinisque inſulis, ad* 16 *pollices longus, ſquamis, in trunco magnis, flavo-marginatis tectus, niger, ad latera cineraſcens, animalibus aquaticis minoribus victitans, edulis.*

Oculi *parvi, iride aurea;* os *amplius, quam congeneribus;* mandibula *inferior longior;* labium *ſuperius oſſibus* 2 *longis, anguſtis, tenuibus conſtans;* branchiarum *apertura anguſtior, operculum duabus laminis conſtans, deorſum in aculeum deſinens, membranam tegens;* anus *in medio corporis;* pinnae *pectorales et caudalis breves rotundatae, reliquae longae falcatae; ante pectorales macula lutea.*

Pavo. 31. Ch. oblongus, aculeis 14 dorſalibus. *Bloch ausl. Fiſche* 3. *p.* 60. *n.* 6. *t.* 198. *f.* 1. Br. 4. D. $\frac{14}{27}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{17}$. C. 16.

*Habitat in* India, *multis coloribus eleganter ludens.*

Caput *magnum* pectus*que ex fuſco flavum, maculis et prope oculos lineis caeruleis varium;* oculorum *iris ex albo vireſcens;* os *exiguum;* labia *robuſta;* branchiarum *apertura ampla, operculum ſimplici lamina conſtans, membrana libera;* linea *lateralis ab operculo incipiens, dorſo parallela, ad finem pinnae dorſalis interrupta;* anus *in medio corporis;* pinnae *radiis ramoſis; pectorales breves, pellucidae, ventralibus interſerta tertia.*

Veſpertilio. 32. Ch. pinna dorſali analique latis, faſcia caudali nigra. *Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 67. *n.* 9. *t.* 199. *f.* 2. Br. 5. D. $\frac{5}{42}$. P. 18. V. 6. A. $\frac{3}{32}$. C. 17.
*Will. orn. app. p.* 24. *t.* O. 5. Seabat?

*Habitat in* India, *tenuiſſimus, ſquamis minimis tectus, albidus, ſupra cinereus.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0231-7

Caput *ſquamis nudum*; oculorum *iris ex argenteo flavicans*; os *exiguum*; labia *robuſta*; branchiarum *apertura ampliſſima*; *operculum duabus laminis quaſi argentatis conſtans*, *membranae partem tegens*; linea *lateralis a branchiis incipiens arcuata*; pinnae *radiis ramoſis*, *cinereae*; *dorſalis et analis parte ſquamata flavicante.*

unimaculatus. 33. Ch. macula nigra ad latera, aculeis dorſalibus 13. *Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 75. *n.* 12. *t.* 201. *f.* 1. Br. 4. D. $\frac{12}{35}$. P. 14. V. 6. A. $\frac{3}{32}$. C. 16.

*Habitat in* India, *albus, lineis transverſis fuſcis pictus, dorſo cinereo, ſquamis magnis veſtitus.*

Oculi *iride alba*, *extus fuſca*; *ſupra hos faſcia nigra*; mandibulae *aequales*; branchiarum *operculum* 2 *laminis conſtans*; linea *lateralis a nucha incipiens*, *dorſo propinqua et parallela*; pinnae *flaveſcentes*, *radiis ramoſis*; *analis dorſalisque brevis rotundata margine*; cauda *baſi fuſca.*

bicolor. 34. Ch. bicolor. *Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 94. *n.* 21. *t.* 206. *f.* 1. D. $\frac{15}{35}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{18}$. C. 16.

*Muſ. Schwenk. p.* 27. *n.* 88. Chaetodon bicoloratus.

*Seeligm. Voeg.* 7. *t.* 73. *f.* 4. Acarauna maculata.

*Valent. ind.* 3. *p.* 361. *n.* 48. *f.* 48. Ikan Koelar.

*Renard poiſſ.* 1. *p.* 10. *t.* 5. *f.* 35. *p.* 19. *n.* 106. *t.* 19. *f.* 106. *p.* 33. *n.* 121. *t.* 22. *f.* 121. Ekorkouning, Color Souſounam, *et* Parallelogram.

*Habitat in* America *auſtrali et* India, *percis affinis, oblongus, capite craſſo, cauda et parte trunci albis, altera parte fuſca.*

Oculi *magni*, *iride argentea*; dentes *ſetacei*; branchiarum *operculum magnum*, *aculeatum*, *ſerratum*, *lamina ſimplici conſtans*; pinnae *rigidae*, *radiis ramoſis*; *dorſalis et analis totae ſquamis tectae*; *ventrales exiles*; *pectorales pellucidae.*

35. Ch.

marginatus. 35. Ch. pinnis marginatis acuminatisque. *Bloch auſl. Fiſch.* 3. *p.* 98. *n.* 23. *t.* 207. D. $\frac{12}{25}$. P. 12. V. 8. A. 16. C. 20.

*Habitat in littoribus ſcrupoſis inſularum* Antillarum, *prope oſtia fluviorum, flavus, capite ſubtusque albidus, faſciis 8 dilute fuſcis pictus, piſcibus minoribus victitans, ſapidus, ſquamis magnis veſtitus.*

Oculi *oblongi, iride argentea;* membrana *branchioſtega libera;* anus *caudae propior, quam in congeneribus;* pinnae *ſquamis nudae, radiis ramoſis, poſterius cinereae, anterius flavae; caudalis bifurca tota flava.*

chirurgus. 36. Ch. aculeo caudali 1, dorſalibus 14. *Bloch auſl. Fiſch.* 3. *p.* 99. *n.* 24. *t.* 208. D. $\frac{14}{26}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{20}$. C. 16.

*Habitat in mari inſulas* Antillas *circumfluente, ſapidus, flavus, faſciis quinque anguſtis, violaceis, ſubtus caeruleſcens.*

Caput *magnum, violaceum, ad os et genas macula nigra inſignitum;* oculi *rotundi, iride alba et fuſca;* mandibula *ſuperior longior;* labium *ſuperius ex oſſibus* 2 *latis et tenuibus conſtans;* anus *ori propior, quam caudae;* pinnae *ſquamis nudae; pectorales, ventrales et analis violaceae, haec faſciis flavis; dorſalis ex flavo et violaceo varia, caudalis baſi flava, verſus marginem violacea.*

rhomboides. 37. Ch. aculeis analibus 2, dorſalibus 5. *Bloch auſl. Fiſch.* 3. *p.* 100. *n.* 25. *t.* 209. Br. 4. D. $\frac{5}{22}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$ A. $\frac{2}{24}$. C. 26.

*Habitat in* oceano americano, *rhomboideus, ſquamis mediocribus tectus, viridis, ſubtus flavus, trium faſciarum ventris interſtitiis albis.* Plumier.

Caput *argenteum, anterius truncatum;* oculi *magni, rotundi, iride alba et rubra;* rictus *amplior,* dentesque *minores, quam congeneribus;* labium *ſuperius ex oſſibus* 2 *longis tenuibus conflatum;* branchiarum *apertura ampla,* operculum *laminis* 2 *ſemilunatis conſtans,* membrana *libera;* linea *lateralis parumper curvata;* anus *in medio corporis;* pinna *dorſalis viridis; pectorales et ventrales baſi flavae verſus marginem violaceae; analis et caudalis margine virides.*

glaucus. 38. Ch. linea laterali recta, aculeis dorſalibus 5. *Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 112. *n.* 26. *t.* 210. D. $\frac{5}{20}$. P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. 17. C. 20.

*Valent. irid.* 3. *p.* 386. *n.* 118. *f.* 118. Ikan Batoe Iang Haboe?

*Renard poiſſ.* 1. *p.* 41. *t.* 27. *f.* 151. Paſque Pampus?

*Gautier jour. de phyſ.* 1756. *Dec. p.* 468. Glaucus des anciens.

*Habitat in mari* americano, *cubitum longus, oblongus, ſquamis mediae magnitudinis veſtitus, ſupra caeruleus, ſubtus argenteus, ſtriis* 6 *fuſcis anguſtis brevibusque pictus, carne ſapida.* Plumier.

Oculi *minuti, iride flava;* rictus *amplior, quam congeneribus;* labia *robuſta ex pluribus oſſibus compoſita;* branchiarum *apertura anguſtior, membrana libera;* pinnae *radiis ramoſis; ventrales minimae in anguſtum longum mucronem deſinentes, et pectorales albidae, reliquae nigricantes, analis absque aculeis.*

Plumieri. 39. Ch. dorſo bipinnato, capite alepidoto. *Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 104. *n.* 27. *t.* 211. *f.* 1. Br. 4. D. 5,35. P. 14. V. $\frac{1}{5}$. A. $\frac{2}{25}$. C. 12.

*Habitat in* oceani americani *littore ſaxoſo, oblongus, ſquamis minutis veſtitus, ſupra fuſceſcens, ad latera cinereus, ſubtus albus, faſciis* 6 *vireſcentibus, edulis.*

Caput *ſupra fuſcum, ad latera album;* oculi *iride ex albo vireſcente;* labia *robuſta;* branchiarum *operculum duabus laminis conſtans;* linea *lateralis arcuata;* pinnae *ſquamis nudae vireſcentes, margine virides, radiis ramoſis, pinnae dorſalis primae omnibus ſpinoſis flavicantibus.*

ocellatus. 40. Ch. faſcia oculari, aculeis duodecim ocelloque in pinna dorſali. *Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 105. *n.* 20. *t.* 211. *f.* 2. Br. 5. D. $\frac{12}{34}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{22}$. C. 18.

*Seb. muſ.* 3. *p.* 67. *n.* 11. *t.* 25. *f.* 11. Chaetodon macrolepidotus albeſcens, linea

nigra

nigra ad oculos et macula rotunda in pinna dorſi.

*Habitat in* India, *ſquamis tectus, in trunco magnis, flavus, ſubtus albus.*

Mandibulae *aequales, prominulae*; labia *robuſta*; branchiarum *operculum lamina brevi aurea conſtans, membrana libera*; linea *lateralis recta, ad ocellum pinnae dorſalis interrupta*; pinnae *cinereae, radiis ramoſis.*

Curacao. 41. Ch. ſpinis dorſalibus 13, analibus 2. *Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 106. *n.* 29. *t.* 212. *f.* 1. D. $\frac{13}{25}$. P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{16}$. C. 16.

*Habitat in* oceano, Americam *auſtralem alluente, congeneribus craſſior, ſquamis argenteis ad latera trunci margine violaceis tectus, ſupra fuſceſcens.*

Caput *magnum*; oculorum *iris alba, extrinſecus flava*; mandibulae *aequales*; labia *robuſta*; branchiarum *operculum latum, violaceum, ſquamis magnis veſtitum*; linea *lateralis, ex ſquamis albis oblongis conflata, recta, ad pinnam dorſalem interrupta*; anus *in medio corporis*; pinnae *flavae, radiis ramoſis; caudalis bifurca.*

Mauritii. 42. Ch. aculeis pinnae dorſalis 11, analis 3. *Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 109. *n.* 31. *t.* 213. *f.* 1. D. $\frac{11}{25}$. P. 14. V. 6. A. $\frac{3}{13}$. C. 18.

*Habitat in* Braſilia, *bipedalis, elongatus, ſquamis exilibus tectus, caeruleus, ad latera dilutius tincta faſciis* 6 *anguſtis nigris pictus, ſubtus albus, carne ſapida.*

Oculorum *iris ex argenteo flavicans*; rictus *amplus*; labium *ſuperius oſſibus* 2 *tenuibus conſtans*; branchiarum *apertura ampla*; dorſum *parum arcuatum*; linea *lateralis dorſo*, anus *caudae propior*; pinnae *radiis ramoſis, ventrales flavae, pectorales obſcure, ceterae dilutius caeruleae.*

bengalenſis. 43. Ch. faſciatus, aculeis pinnae dorſalis 13, analis 2. *Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 110. *n.* 32. *t.* 213. *f.* 2. Br. 4. D. $\frac{13}{25}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{14}$. C. 18.

*Habitat in* Bengala, *latus, albus, faſciis* 5 *badiis pictus, ſquamis, in trunco magnis, veſtitus.*

Oculorum *iris ex albo flaveſcens*; branchiarum *apertura ampla*; linea *lateralis prope dorſum leviter arcuata, ad ejus*

*finem interrupta*; anus *caudae propior*; pinnae *baſi fuſcae*, *margine caeruleae*.

octofaſciatus. 44. Ch. faſciis 8, aculeis pinnae dorſi 11. *Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 113. *n.* 34. *t.* 215. *f.* 1. D. $\frac{11}{28}$. P. 16. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{7}{16}$. C. 12.

*Muſ. Linck.* 1. *p.* 42. Chaetodon ſtriatus.

*Muſ. Schwenck. p.* 32. *n.* 81. Chaetodon armatus octolineatus.

*Seb. muſ.* 3. *p.* 67. *n.* 12. *t.* 25. *f.* 12. Chaetodon macrolepidotus albeſcens, lineis utrinque octo transverſis nigris.

*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 36. *n.* 6. *t.* 9. *f.* 3. Rhomboti des, cujus pinnam dorſalem radiis conjunctis inermibus &c.

*Habitat in* India, *ex violaceo albus*, *faſciis* 8 *geminatis transverſis fuſcis.*

Oculorum *iris ochroleuca*; mandibulae *prominulae*, *aequales*; linea *lateralis leviter arcuata*; anus *in medio corporis*; pinnae *breves*, *baſi fuſceſcentes*, *dorſalis et analis margine fuſcae*, *reliquae cinereae.*

annularis. 45. Ch. ſtriatus, annulo ad lineam lateralem. *Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 114. *n.* 35. *t.* 215. *f.* 2. D. $\frac{14}{41}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{28}$. C. 16.

*Muſ. Schwenck. p.* 31. *n.* 20. *et p.* 32. *n.* 84. Chaetodon annularis, *et* Chaetodon fuſcus, ſtriis coeleſtini coloris incurvatis, diverſo modo deſinentibus, pinnis ventralibus ac dorſalibus valde extenſis.

*Valent. ind.* 3. *p.* 455. *n.* 347. *f.* 347. *et p.* 498. *n.* 467. *f.* 468. Ikan Batoe

Jang Aboe, *et* Ikan Pampus Cambodia.
*Renard poiſſ.* 2. *p.* 38. *t.* 20. *f.* 135. Douwing Marquis.

*Habitat in* India, *fuſceſcens, ſtriis* 6 *longitudinalibus curvatis, caeleſtis coloris, ſquamis minutis tectus.*

Oculi *iride argentea;* branchiarum *operculum ex duabus laminis conſtans, quarum anterior dentata et aculeata;* linea *lateralis dorſo parallela;* anus *in medio corporis:* Pinna *analis rotundata, faſcia caerulea inſignita, et dorſalis acuminata ex atro fuſcae, reliquae albae.*

Collare. 46. Ch. capitis faſciis 5, ſpinis dorſalibus 12. *Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 116. *n.* 36. *t.* 216. *f.* 1. Br. 4. D. $\frac{12}{40}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{24}$.
*Seb. muſ.* 3. *p.* 66. *n.* 10. *t.* 25. *f.* 10. Chaetodon macrolepidotus, nigricans, lineis utrinque duabus albis ad caput.

*Habitat in* Japonia, *caeruleus, ſubtus flavicans, ſquamis, in trunco praegrandibus veſtitus.*

Caput *anterius declive;* oculi *magni, iride caerulea;* mandibulae *prominulae;* membrana *branchioſtega tecta;* linea *lateralis ad pinnam dorſalem in angulum obtuſum flexa, ad finem ejus interrupta;* pinnae *pectorales flavae, ventrales cinereae; reliquae flavicantes, margine fuſcae, dorſalis faſcia flava, caudalis faſcia fuſca.*

meſomelas. 47. Ch. faſcia oculari, aculeo unico ad operculum, et 12 ad dorſum. *Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 117. *n.* 37. *t.* 216. *f.* 2. D. $\frac{12}{29}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{21}$. C. 16.

*Habitat in* Japonia, *ex oblongo rotundus, ſquamis exilibus tectus, anterius ex caeruleſcente albus, poſterius niger.*

Oculi *magni;* branchiarum *apertura ampla, operculum ex duabus laminis compoſitum, praeter majorem illum minoribus adhuc aculeis munitum, membrana libera;* linea *lateralis dorſo propinqua;* anus *in medio corporis;* pinnae *dorſalis et analis nigrae, reliquae albae.*

Faber. 48. Ch. faſciatus, aculeo dorſali tertio longiore. *Bloch*

*auſl. Fiſch.* 3. *p.* 107. *n.* 30. *t.* 212. *f.* 2. Br. 8. D. $\frac{9}{11}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{24}$. C. 20.

*Brouſſ. ichth. dec.* 1. *n.* 5. *t.* 6. Chaetodon maxillis rotundatis, pinnis pectoralibus ovatis, cauda inermi, pinnae dorſalis aculeo quinto longiore. Br. 3. D. $\frac{5}{32}$. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{\dots}$ C. $\frac{3-3}{21}$

Teira.

*Habitat in* oceano indico, americano, pacifico, 11 *pollices longus*, *argenteus*, *faſciis* 6 *ex nigro caeruleſcentibus.*

Oculorum *iris flava*; linea *lateralis dorſo arcuato propinqua et parallela*; anus *in medio corporis*; pinnae *radiis ramoſis*, *pectorales et ventrales nigrae*, *reliquae ex nigro caeruleſcentes.*

chilenſis. 49. Ch. aureus faſciis 5 diſcoloribus, cauda integra, ſpinis dorſalibus 11. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 200. D. $\frac{11}{\dots}$ P. - - V. - - A. - - C. - -

*Habitat in mari* Chilenſi, 12 *pollices longus*, *ſquamis minutis veſtitus*, *ſapidiſſimus*, *ovalis*, *faſcia prima oculari nigra*, *duabus mediis cinereis*, *duabus caudalibus nigris et cinereis.*

Roſtrum *prolongatum*; nares 2 *prope oculos*; branchiarum *apertura arcuata*, *operculum tribus laminis conſtans*; linea *lateralis arcuata*, *ſuprema*, *inconſpicua*; anus *fere in medio corporis*; pinnae *pectorales minimae et ventrales acuminatae*; *dorſalis magna flava*; *caudalis argentea*, *margine flava*, *flabelliformis*; *ad caudam macula ovalis nigra.*

longiroſtris. 50. Ch. roſtro cylindrico, cauda inermi, pinnae dorſalis aculeis 11. *Brouſſon. ichth. dec.* 1. *n.* 6. *t.* 7. Br. 5. D. $\frac{11}{25}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{22}$. C. $\frac{3-3}{23}$

*Habitat in* oceano pacifico, *citrinus*, *ſubtus ſtriatus*, *ſquamis inaequalibus oblique imbricatis tectus*, *compreſſus*, *ex oblongo rhomboideus.*

Caput *ſupra declive fuſceſcens*, *ſubtus ex argenteo carneum*; oculi *pupilla fuſceſcente*, *iride ex argenteo glauceſcente*; rictus *parvus*, *oblongus*; mandibulae *ſubaequales*, *dentibus inaequalibus paucis*, *ſetaceis*, *exiguis armatae*; lingua,

gua, palatum *et* faux *glabra*; linea *lateralis recta*, *dorſo ſubparallela*; anus *pone medium corporis*; pinnae *dorſalis et analis citrinae*, *poſtice lineola nigra*, *aliaque albeſcente marginatae*; *huic poſterius verſus apicem ocellus niger*; pinnae *ventrales citrinae*, *margine exteriori fuſceſcentes*; *caudalis et pectorales glauceſcentes*; *hae baſi luteſcentes.*

Teira. 51. Ch. faſciis tribus nigris, pinna dorſali analique longiſſimis. *Bloch ausl. Fiſch.* 3. *p.* 65. *n.* 8. *t.* 199. *f.* 1. Br. 5. D. $\frac{5}{34}$. P. 11. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{26}$. C. 17.

*Forſk. fn. arab. p.* 60. *n.* 82. Chaetodon corpore rhombeo fuſceſcente, faſcia transverſa duplici obſcuriori: pinnis ventralibus, ani et caudae falcatis corpore longioribus. Br. 5. D. $\frac{5}{35}$. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{26}$. C. 17.

*Muſ. Schwenck. p.* 26. *n.* 78. Breedvinnige Klipviſch.

*Valent. ind.* 3. *p.* 366. *n.* 62. *f.* 62. Ikan Kambing.

*Renard poiſſ.* 1. *p.* 35. *n.* 129. *t.* 24. *f.* 129. Cambing.

*Ruyſch theatr. anim.* 1. *p.* 18. *n.* 7. *t.* 10. *f.* 7. Zeebotje.

*Habitat in mari* arabico *et* indico, *albus*, *ad ulnam usque longus*, *coralliis teſtaceisque victitans*, *edulis*, *perinde latus ac longus*, *anterius declivis*, *ſquamis minimis denticulatis veſtitus.*

Oculi *iride ex albo rubeſcente*; os *minimum*; branchiarum *apertura ampla*, *operculum lamina ſimplici conſtans*, *membranae partem occultans*; linea *lateralis alba*, *ex punctis albis compoſita*; anus *prope* pinnas *ventrales*, *hae nigrae*, *reliquae albae.*

orbicularis. 52. Ch. ex cinereo fuſcus ſubrotundus, ſpinis dorſalibus nullis. *Forſk. Fn. arab. p.* 59. *n.* 79. Br. 6. D. $\frac{3}{36}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. ? A. 26. C. 16.

*Habitat in ſaxoſis littoris* Arabici, *pedalis*, *figura pleuronecten ſimulans*, *nigro-punctatus*, *ſubtus albidus*, *pone flavicans*, *ſquamis rotundatis integris tectus.*

Frons

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0239-6

Frons *perpendiculariter declivis*; oculorum *iris flava*; labia *obtuſa*, *aequalia*; dentium *mobilium ordines plures*; *exterior filiformium apice tridentatorum*, *reliqui ſetaceorum*, *ſubulatorum*; branchiarum *opercula integra ſquamata*; linea *lateralis dorſo propior non prorſus parallela*; *ante* pinnam *dorſalem et analem rudimenta ſpinarum ſub cute*; *utraque cum* pinna *caudali craſſa*, *carnoſa*, *ſquamata*; pinnae *ventrales ovatae*, *introrſum flavidae*, *extrorſum ex fuſco virentes pellucidae*, *pectorales ex ovato lanceolatae ex fuſco flavidae*.

faſciatus. 53. Ch. flavus, faſcia oculari nigra, ſupra nucham alba, per latera ferrugineo-fuſca. *Forſk. Fn. arab. p.* 59. *n.* 80. Br. 6. D. $\frac{12}{36}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{22}$. C. 16.

*Habitat ad littus* Arabiae, 3 *pollices longus*, *ſquamis rotundatis imbricatis tectus.*

Caput *conico-obtuſum*; labium *ſuperius protractile*; faſciae *laterales utrinque* 8; pinna *dorſalis ad baſin vitta fulva*, *dein nigra*, *poſtea ex ferrugineo flava*, *margine flava*; *analis ex ferrugineo flava*; *ventrales flavae*; *pectorales glaucae*, *caudalis truncata flavicans*, *faſcia media fuſca*.

Auriga. 54. Ch. albidus oblique faſciatus, pinnae dorſalis radio quinto in filum producto. *Forſk. Fn. arab. p.* 60. *n.* 81. Br. 6. D. $\frac{13}{27}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{24}$. C. 17.

*Habitat in* Arabiae *littore*, 5 *pollices longus*, *fere rhomboidalis*, *ex albido caeruleus*, *faſciis* 16 *fuſcis parallelis*, *ſquamis rhomboidalibus tectus.*

Caput *faſcia oculari*, *ſupra planum*, *ſquamatum*, *ex albo rufeſcens*, *faſciis* 4 *transverſis fulvis.* Oculi *iride nigra*; os *conico-compreſſum*; labia *rotundata aequalia*; pinna *dorſalis margine poſteriori nigra*; *analis lineis*, *nigra*, *albo-flaveſcente picta*; cauda *truncata fulva*; linea *lateralis curvata.*

meſoleucos. 55. Ch. parte anteriore albus, poſteriore fuſcus, faſciis nigris. *Forſk. Fn. arab. p.* 61. *n.* 83. Br. 6. D. $\frac{13}{37}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{22}$. C. 17.

*Habitat*

*Habitat in* Arabiae *littore*, 3 *pollices longus*, *ovatus*, *ſquamis ciliatis*, *rhombeis*, *magnis veſtitus*, *faſcia oculari*, *et* 12 *trunci poſterioris nigris.*

Caput *conicum*, *anguſtum*; linea *lateralis curva*; pinnae *pectorales glaucae*, *ventrales albae*; *dorſalis et analis fuſcae*; *caudalis nigra truncata*, *apicis faſcia lata hyalina.*

Asfur. 56. Ch. niger, faſcia transverſa lunari-cuneata flava. *Forſk. Fn. arab. p.* 61. *n.* 84. Br. 6. D. $\frac{12}{3..}$ P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{22}$. C. 16.

β) Chaetodon caeruleſcens lituris et faſciis obliquis, lineolis violaceis. *Forſk. Fn. arab. p.* 61. *n.* 84. b.

*Habitat in* Arabiae *littore*, *ovalis*, *ſquamis rhombeis*, *quincuncialibus*, *ſubtiliter dentatis tectus*, 5 *pollices longus.*

Operculum *anterius pone ſpina valida retroverſa ſemipollicari munitum*; linea *lateralis curva*, *dorſo propior*; pinnae *dorſalis et analis horizontaliter protenſae*, *falcatae*; *caudalis rotundata fulva*, *margine nigra.*

maculoſus. 57. Ch. cinereus, maculis transverſis caeruleis, operculis anterioribus uniſpinoſis. *Forſk. Fn. arab. p.* 62. *n.* 85. Br. 5. D. $\frac{12}{34}$. P. 19. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{24}$. C. 16.

*Habitat in* Arabiae *littore*, *ex ovato oblongus*, *ſquamis ſerratis margine ſtriatis*, *verſus caput latioribus*, *tectus*, *macula pone medium corpus magna transverſa aurea.*

Frons *inter oculos elata*, *plana*, *ſquamata*; branchiarum *operculum ſquamatum anterius*, *pone ſerratum*; linea *lateralis dorſo propinqua parallela*; pinna *pectorales ovatae*, *ventrales lanceolatae*, *dorſalis pone falcata*; *analis triangularis*; *caudalis integra parum rotundata*, *cinerea*, *guttis flavis.*

ſordidus. 58. Ch. ex fuſco cinereus ovatus, faſciis transverſis obſoletis 4. *Forſk. Fn. arab. p.* 62. *n.* 87. Br. 5. D. $\frac{13}{28}$. P. 19. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{16}$. C. 14.

*Habitat in* Arabiae *littore*, *inter corallia*, *ſpithamam longus*, *ſapidus*, *ſquamis latis margine membranaceis vix crenatis tectus.*

Bran-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0241-3

Branchiarum *operculum poſterius margine bidentatum*; linea *lateralis dorſo propior non parallela*; pinnae *ex cinereo fuſcae*, *pectorales ovatae*, *ventrales acuminatae*; *analis et dorſalis pone rotundatae*; *caudalis brevis*, *flaveſcens*, *biloba*, *macula ſuperne nigra*.

unicornis. 59. Ch. fronte cornuta, cauda carinis utrinque duabus elatis. *Forſk. Fn. arab. p.* 63. *n.* 88. Br. 4. D. $\frac{6}{35}$. P. 17. V. $\frac{1}{4}$. A. $\frac{2}{31}$. C. 16.

*Habitat frequentiſſimus et gregarius ad* Arabiae *littus*, *ulnam longus*, *herbis victitans*, *carne non admodum grata*, *ſcaber*, *cinereo-nitens*, *ovato-oblongus*.

Frons *recta*, *declivis*; *ante oculos cornu horizontale rectum*; dentes *rigidi in unicam ſeriem digeſti*, *ex conico ſubulati*, *medii majores*; labia *obtuſa*; linea *lateralis dorſo propior*, *parallela*; branchiarum *apertura brevis*; pinnae *pectorales ex ovato acuminatae*; cauda *ſurgens*, *medio anguſtior*, *utrinque ſcuto duplici*, *altero rotundo*, *altero rhombeo*, *pinna medio truncata*.

Sohar. 60. Ch. cauda utrinque carina oſſea in foſſula rubra. *Forſk. Fn. arab. p.* 63. *n.* 89. Br. 3. D. $\frac{8}{39}$. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{32}$. C. 16.

*Habitat in* Arabiae *littore*, *pulvere fundi marini victitans*, 3 *ſpithamas longus*, *ovatus*, *fuſcus*, *lineis longitudinalibus violaceis*, *ſubtus albicans*, *lineato affinis*.

Caput *ſquamis tectum*; dentes *contigui*, *crenati*, *in unam ſeriem digeſti*; labia *aequalia*; branchiarum *operculum integrum*; linea *lateralis obſoleta*; pinnae *coriaceae*, *violaceae*; *pectorales macula flava*; cauda *medio truncata*, *angulis incurvis duplo longioribus*.

nigrofuſcus. 61. Ch. ex atro fuſcus, cauda biloba utrinque ſpina recumbente. *Forſk. Fn. arab. p.* 64. *n.* 90. Br. 4. D. $\frac{8-9}{33-34}$ P. $\frac{1}{15}$. V. $\frac{1}{6}$. A $\frac{2-3}{26-27}$ C. 16.

Gahm. *β*) Ch. niger, baſi pinnae caudalis violacea. Br. 4. D. $\frac{8}{35}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{26}$. C. 16.

*Habitat in* arabici maris *profundo*, *aeſtate gregatim in ſuperficie ludens*, *Sohar multum affinis*, 5 *pollices*, *β*) 3 *ſpithamas longus*.

Pinna-

Pinnarum *dorſalis et analis aculeus primus ſub cute reconditus; caudalis margo poſterior albicans, lobi falcati, ſpina lateralis haſtato-ſubulata, tota e foſſula erigenda.*

bifaſciatus. 62. Ch. cauda bifida flava, faſciis duabus capitis nigris. *Forſk. Fn. arab. p.* 64. *n.* 91. Br. 5. D. $\frac{11}{24}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14}$. C. 17.

*Habitat in* Arabiae *littore, argenteus, ex ovato oblongus.*

Vertex *rugoſus;* oculorum *iris argentea;* mandibulae *plenae callis hemiſphaericis, confertis, validis, inciſoribus in utraque* 5, *validis, obtuſe conicis;* labium *ſuperius longius;* branchiarum *operculum anterius pone ſerratum, poſterius pone acumine oſſeo;* pinnae *ventrales nigrae; dorſalis et caudalis flavae; pectorales dimidiato flavae et albae;* linea *lateralis curva, dorſo parallela propinqua.*

pictus. 63. Ch. albidus lineis obliquis violaceis, faſcia nigra oculorum et caudae. *Forſk. Fn. arab. p.* 65. *n.* 92. Br. 6. D. $\frac{13}{38}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{24}$. C. 17.

*Habitat in* Arabiae *littore, fere rectangulus, ſquamis latis ſerratis, oblique imbricatis tectus, lineis* 18 *violaceis pictus.*

Vertex *lineis* 5 *transverſis fulvis;* roſtrum *prominens;* labia *aequalia;* linea *lateralis curva, pinnae dorſalis margini parallela;* pinnae *dorſalis nigra, pone rotundata, caudalis truncata, in medio lunula aurea notata, margine fuſca.*

115. SPA-

---

*Gens* Chaetodonton *numeroſiſſima, quorum plurium non ſatis curate adhuc definitorum, ideo heic omiſſorum,* e. g. Parati, militaris, javi, Achillis, defenſoris, umbrati, ſtellati, citrinelli, arolatoris, coruſci, balteati, ſpecioſi, aulici, fugitivi, belli, meleagridis, luridi, chryſuri, perdicae, gigantis, plebeji, ſtriganguli, cyprinacei, nobilis, *definiendorum et delineandorum ſpem gratiſſimam facit* Cl. Brouſſonet, *ſecundum aculeos caudae laterales praeſentes vel deficientes, ſolitarios vel plures, exſertos et rigidos, vel recumbentes et mobiles, dentes acutos vel obtuſos, numeroſos vel pauciores, in unam vel plures ſeries digeſtos, caudam denique integram vel bifidam in plures familias diſpeſci poſſet; aut ex mente* Forſteri *ſpecies corpore ovato, dentibus utrinque contiguis in unam ſeriem diſpoſitis, pinnis dorſali analique longitudinalibus nudis, cauda utrinque ſpina vel ſquama oſſea falcata munita a chaetodontibus ſejungi, et proprium harpuri vel acanthuri genus conſtituere poſſent?*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0243-4

## 115. SPARUS.

*Caput*: *Dentes* inciſores vel laniarii robuſti; molares obtuſiuſculi, conferti: *Labia* duplicata.

*Membrana branchioſtega* radiis quinque: *Opercula* ſquamoſa.

*Corpus* compreſſum. *Linea* lateralis poſterius curvata. *Pinnae* pectorales rotundatae.

* *Macula nigra notati.*

Aurata. 1. Sp. lunula aurea inter oculos. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 72.* — D. $\frac{11}{24}$. P. 15. V. 6. A. $\frac{3}{15}$. C. 17
*Art. gen.* 25. *ſyn.* 63. Sparus dorſo acutiſſimo, linea arcuata aurea inter oculos. — D. 24. P. 17. V. 6. A. 14. C. ·
*Gron. muſ.* 1. *n.* 90. — D. $\frac{12}{23}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{3}{12}$. C. 2
*Loefl. epiſt.* — D. $\frac{12}{22}$. P. 15. V. 6. A. 11. C. 1
*Haſſelq. it.* 337. — D. $\frac{11}{24}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{3}{24}$. C. 2
*Habitat in* mari mediterraneo, *et* oceano *inter* Europam & Americam *intermedio*, *etiam* japonico, *Romanis olim* Serg. *autoritate pretioſiſſimus*, Veneri *ſacer*.
*Ad* caudam *macula nigra*.

annularis. 2. Sp. ocello nigro ſubcaudali, corpore flaveſcente.
*Art. gen.* 37. *ſyn.* 57. Sparus unicolor flaveſcens.
*Art. gen.* 37. *ſyn.* 57. Sparus unicolor flaveſcens, macula nigra annulari ad caudam.
*Habitat in mari* adriatico, infero.

Sargus. 3. Sp. ocello ſubcaudali, corpore faſciis nigris. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 73.* — D. $\frac{12}{26}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{3}{16}$. C. 17
*Art. gen.* 37. *ſyn.* 58. Sparus lineis transverſis varius, macula nigra inſigni ad caudam. — D. 26. P. 14. V. 6. A. 17. C. · *Gro*

*Gron. zooph. n.* 219. Cynaedus corpore ovato lato, cauda bifurca, dentibus aequalibus obtuſis. D. $\frac{11}{24}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{3}{14}$. C. ..

*Rondel. piſc.* 5. *c.* 5. Sargus.

*Habitat in* mari infero, *Romae*, *Genuae venalis.*

melanurus. 4. Sp. ocello nigro caudae, corpore lineis longitudinalibus.

*Art. gen.* 37. *ſyn.* 58. Sparus lineis longitudinalibus varius, macula utrinque ad caudam.

*Habitat in* mari infero.

Smaris. 5. Sp. ocello nigro laterali, pinnis pectoralibus, caudaeque rubris.

*Art. gen.* 36. *ſyn.* 62. Sparus macula nigra in utroque latere medio, pinnis pectoralibus caudaque rubris.

*Habitat in* Europa *auſtrali.*

Maena. 6. Sp. ocello fuſco laterali, corpore variegato.

*Art. gen.* 36. *ſyn.* 61. Sparus varius, macula nigricante in medio latere, dentibus 4 majoribus.

*Habitat in mari* mediterraneo.

ſaxatilis. 7. Sp. ocello ſubcaudali, corpore candicante.

*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 65. Sciaena ocello ad baſin caudae. D. $\frac{10}{22}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 16.

*Gron. muſ.* 2. *n.* 185. *t.* 6. *f.* 3. Sparus roſtro plagioplateo rufeſcens, macula nigra iride alba ad caudam ſubrotundam. D. $\frac{17}{31}$. P. 17. V. $\frac{1}{2}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 17.

*Habitat* Surinami.

Orphus. 8. Sp. ocello ſubcaudali, capite ruſeſcente, cauda integra. †
*Art. gen.* 37. *ſyn.* 63. Sparus varius, macula nigra ad caudam in extremo aequalem. D. 10.
*Habitat* - - - - .

Puntazzo. 27. Sp. ore cuſpidato, pinna caudali ſemilunari a latere concavo tota nigra. *Cetti amf. e peſc. di Sard. p.* 124.
*Habitat rarior ad* Sardiniae *littora, Sargo ſtatura, magnitudine, colore affinis.*

argentatus. 28. Sp. macula pone branchias nigra. *Houttuyn act. Haarl.* XX. 2. *p.* 319. *n.* 7. D. $\frac{9}{35}$. P. 16. V. $\frac{1}{9}$. A. $\frac{1}{9}$ C. 18.
*Habitat in mari* Japoniam *alluente, 6 pollices longus, aurata craſſior et anguſtior, totus ſquamis argenteis tectus. Ante* oculos *nares binae.*

notatus. 29. Sp. pinna dorſali bipartita, operculis caudaque nigromaculatis. *Houttuyn act. Haarl.* XX. 2. *p.* 320. *n.* 8. D $\frac{1}{51}$ $\frac{1}{8}$. P. 10. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{1}{6}$ C. 14.
*Habitat in mari* Japoniam *alluente, ſaxatili affinis, at* caput *cathetoplateum ſquamis argenteis digitum fere longis tectum.*

** *Rubri.*

Hurta. 9. Sp. cauda bifida, corpore faſciis transverſis rubris, dentibus laniariis exſertis.
*Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 73.* D. $\frac{11}{23}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{3}{9}$. C. 17.
*Habitat in mari* mediterraneo, *an dentex?*

Erythrinus. 10. Sp. cauda ſubintegra, corpore rubro. D. $\frac{12}{22}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{3}{13}$. C. 18.
*Loefl. it.* 103. D. $\frac{11}{24}$. P. 17. V. 6. A. $\frac{3}{12}$. C. 17.
*Art. gen.* 36. *ſyn.* 59. Sparus totus rubens, iride argentea.

*Habitat*

*Habitat in mari* mediterraneo, americano, japonico, pacifico, *edulis, interdum tamen venenatus.*

inſidiator. 30. Sp. ruber, ad latera flaveſcens, cauda ſubforcipata. *Pall. ſpic. zool. p.* 41. *t.* 5. *f.* 1. D. $\frac{9}{18}$. P. 11. V. 6. A. $\frac{3}{11}$. C. 11.
*Valent. ind.* 3. *p.* 384. *n.* 122. Grootſmael.
*Ruyſch theatr. an.* 1. *p.* 3. *t.* 2. *n.* 6. groote Bedrieger.
*Renard poiſſ.* 1. *f.* 42. *n.* 209. 210. 2. *fol.* 4. *n.* 13. *et fol.* 17. *n.* 15. Trompeur, Filou.

*Habitat in mari* indico, 10 *pollices longus, oris in longiſſimum tubum emiſſilis ope, chaetodontis roſtrati more inſecta aquatica praedans, eſculentus, latinſculus, obeſus, cyprini figura, ſquamis magnis margine aeruginoſo-viridibus tectus, mortuus fuſcum colorem induens.*

Caput *compreſſum, inerme, ſquamatum;* oculi *laterales;* mandibulae *bipartitae, ſingulae dentibus* 2 *in medio, majoribus, rectis, conicis;* branchiarum *opercula integerrima;* linea *lateralis prior, dorſo propior ſubparallela, ad finem pinnae dorſalis incipiens, altera recta;* anus *in medio fere longitudinis;* pinnae *flaveſcentes, dorſalis et analis faſciolis viridibus pictae, ſquamis ſemilanceolatis utrinque ſtipatae; analis radii penultimi longiſſimi.*

Pagrus. 11. Sp. rubeſcens, cute ad radicem pinnarum dorſi et ani in ſinum producta. *Art. gen.* 36. *ſyn.* 64.
*Habitat in* Europa *auſtrali.*

ſpinifer. 31. Sp. ſpinis dorſalibus recumbentibus, mediis 5 filiformibus longioribus. *Forſk. Fn. arab. p.* 32. *n.* 23. Br. 6. D. $\frac{4}{2}$-$\frac{5}{8}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 16.
*Habitat in* maris rubri *coenoſis profundis, rariſſime littore, ovatus, ſeſquiſpithamaeus, ex argenteo rubens, dorſo lineisque obſcurioribus, ſquamis latis, integerrimis, obſolete ſtriatis veſtitus, ſapidiſſimus.*

Caput *declive vertice convexo, nudo, punctato;* oculi *remoti, iride argentea, ſupra ſubtusque aurea;* labia *obtuſiſſima,*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0247-7

*ſiſſima, ſuperius longius protractile;* dentes *inciſores in utraque mandibula* 4, *conici, remoti, exteriores majores, molares numeroſi, conferti, hemiſphaerici;* branchiarum *opercula ſquamata integerrima;* ſpinae *dorſales et anales in foſſula recondendae;* linea *lateralis curva, dorſo propior, non parallela;* pinna *caudalis pallida, margine poſteriori rubra.*

palpebratus. 32. Sp. ſpadiceus, oculis ochraceis valvula libera flaveſcente munitis. *Pall. n. nord. Beytr.* 2. *p.* 55. *n.* 1. *t.* 4. *f.* 1. 2. D. $\frac{\cdot\,\cdot}{22}$ P. 16. V. 6. A. 16. C. 20.

*Habitat in mari* Amboinam *circumfluente, percae affinis, at capite obtuſiore.*

Caput *nigricans, fronte ſulcata;* operculi *lamina exterior* 2 *aculeis armata;* linea *lateralis elevata, papillis* 5 *in ſeriem digeſtis a capite incipiens, dorſo utplurimum parallela.*

### *** *Lineati.*

Boops. 12. Sp. lineis longitudinalibus obſcuris: inferioribus quatuor aureis argenteisque.
*Art. gen.* 36. *ſyn.* 61. Sparus lineis utrinque 4 aureis ac argenteis longitudinalibus parallelis. D. 30. P. - - V. - - A. 19. C. - -
*Habitat in* mari infero *et* japonico.

Cantharus. 13. Sp. cauda immaculata, corpore lineis longitudinalibus luteis.
*Art. gen.* 36. *ſyn.* 58. Sparus lineis utrinque luteis, longitudinalibus parallelis, iride argentea.
*Habitat in mari* infero.

Chromis. 14. Sp. cauda bifida, radio ventralium ſecundo ſetaceo.
*Art. gen.* 37. *ſyn.* 62. Sparus oſſiculo ſecundo pin-

narum ventralium in longam ſetam quaſi producto. D. 23. P. 17. V. 6. A. 12. C. - -

*Habitat in* Europa *auſtrali.*

Salpa. 15. Sp. cauda bifida, lineis fulvis longitudinalibus utrinque undecim. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 74.* D. $\frac{11}{28}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{3}{17}$. Ç. 17.

*Art. gen.* 38. *ſyn.* 60. Sparus lineis utrinque undecim aureis parallelis longitudinalibus.

*Habitat in* mari mediterraneo.

Sarba. 33. Sp. ovato-oblongus argenteus: vittis obſoletis plurimis: linea aurea utrinque juxta pinnas ventrales flavas. *Forſk. Fn. arab. p.* 31. *n.* 22. Br. 6. D. $\frac{11}{25}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14}$. C. 17.

*Habitat in littoris* arabici *coenoſis, herbidis et coralliferis, latus, ſapidus, ſquamis latis integerrimis tectus, vittis longitudinalibus obſoletis fuſceſcentibus utrinque* 17 *pictus.* Vertex *fuſcus, politus, nudus, ſubconvexus;* dentes *inciſores conici contigui, molares hemiſphaerici plurimi; opercula* branchiarum *integra;* linea *lateralis dorſo propior, minus curva, quam congeneribus;* pinnae *pectorales lanceolatae albidae, ventralibus ſeſquilongiores; hae et analis flavae; hujus et dorſalis ſpinae in foſſula reconditae; cauda recta protenſa, pinna bifida ex glauco fuſca, inferius flava.*

Synagris. 16. Sp. cauda bifida rubra, corpore purpuraſcente, lineis utrinque 7 aureis. †

*Catesb. Car.* 2. *p.* 17. *t.* 17. Salpa purpuraſcens variegata.

*Habitat in* America *ſeptentrionali.*

[R]homboides. 17. Sp. cauda integra, dorſo canaliculato, corpore luteo-lineato. Br. 6. D. $\frac{12}{24}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{15}$. C. 20.

*Brown jam.* 446. Sparus ſtriis longitudinalibus varius.

*Cateſb. Car.* 2. *p.* 4. *t.* 4.
Perca rhomboides.
*Habitat in* America, *foſſula dorſali ſciaenis affinis.* D. Garden. Saltwater Bream.
Dentes *obtuſi; inter* pinnarum *pectoralium dorſalisque radices macula nigra;* pinnae *ventrales, analis et caudalis fulvae.*

latus. 34. Sp. flavicans, capite argenteo, ſquamis longitudinaliter imbricatis. *Houttuyn act. Haarl.* XX. 2. *p.* 322. *n.* 10. D. $\frac{18}{21}$. P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 18.
*Habitat in* Japoniae *mari, tres pollices longus, ſeſquipollicem latus.*

virgatus. 35. Sp. cauda bifurca, corpore depreſſo oblongo ſquamis virgato. *Houttuyn act. Haarl.* XX. 2. *p.* 323. *n.* 11. D. $\frac{8}{18}$. P. 12. V. 6. A. $\frac{2}{10}$. C. 22.
*Habitat in* mari Japoniam *circumfluente*, 4½ *pollices longus, ſalpae affinis.*
Caput *obtuſum.*

Haſſara. 36. Sp. argenteus, lineis longitudinalibus obſoletis ex fuſco-flaveſcentibus, cauda bifida. *Forſk. Fn. arab. p.* 33. *n.* 25. D. $\frac{11}{24}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{13}$. C. 18.
*Habitat in* Arabici *littoris coenoſis frequens, ſpithamae magnitudine, mormyri facie, ſapidus.*
Lineae *utrinque* 14; dentes *inciſores in utraque mandibula validi, remoti, obtuſi; in* faucibus *tubercula hemiſphaerica multa.*

Berda. 37. Sp. ex cinereo albidus, ſquamis lateralibus ſingulis faſcia media, transverſa, fuſca, ſpinis dorſalibus recumbentibus. *Forſk. Fn. arab. p.* 32. *n.* 24. Br. 6. D. $\frac{12}{23}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{13}$. C. 16.
*Habitat frequens in* maris rubri *coenoſis, ſceurae foliis veſcens, ſapidus, ovalis, faſciis dorſi gibbi obſoletis, ſubtus albus, ſquamis latis, rotundatis, integris veſtitus.*

Vertex

Vertex *nudus*, *convexus*, *declivis*; oculorum *iris alba*; *ante* nares *magnas lineares cirrus conicus*; dentes *in utraque mandibula inciſores* 4 *longiores*, *conico-ſubulati*, *propinqui*, *dente minore utrinque interdum acuti*, *molares numeroſi hemiſphaerici*, *poſteriores majores*; labium *ſuperius longius*, *protractile*; opercula *integra*; linea *lateralis dorſo propior*; pinnae *fuſcae*, *pectorales hyalinae lanceolatae*; *caudalis biloba*.

chilenſis. 38. Sp. cauda bifida, lineis utrinque transverſis fuſcis. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 197. Br. 6. D. $\frac{13}{28}$. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{14}$.

*Habitat in mari*, *regnum* Chilenſe *alluente*, *ovatus*, *cathetoplateus*, *ad 6 pedes longus*, *maculis ſquamis magnis rhomboidalibus margaritaceis albo-maculatis veſtitus*, *ſapidus*.

Caput *parvum*, *declive*, *laeviuſculum*; oculi *magni laterales*, *ſupremi*, *iride argentea*; mandibulae *ſubaequales*; dentes *inciſores conici*, *molares obtuſi*; lingua *glabra*; branchiarum *operculum duplici lamina conſtans*; linea *lateralis incurva*, *dorſo parallela*, *obſoleta*; anus *in medio*; pinna *dorſalis declinata*.

**** *Varii.*

chryſops. 18. Sp. cauda lunata, dorſo canaliculato, oculorum iridibus aureis. Br. 6. D. $\frac{13}{24}$. P. 17. V. 6. A. $\frac{3}{16}$. C. 19.

*Catesb. Car.* 2. *p.* 16. *t.* 16. Aurata bahamenſis.

*Habitat in* Carolina, *caeruleſcens*. D. Garden. Porgee.

Caput *lituris caeruleis varium*; pinnae *pectorales*, *ventrales*, *analis et caudalis rubrae*.

argyrops. 19. Sp. cauda lunata, dorſo canaliculato, oculorum iridibus argenteis. D. $\frac{12}{26}$. P. 17. V. 6. A. 15. C. 20.

*Brown jam.* 447. Sparus iride argentea, dentibus anterioribus conicis.

*Will. ichth. app. t.* 3. Zanthurus indicus.

*Habitat in* Jamaica, Carolina, *chryſopi ſimilis*. D. Garden.

Pinnae *dorſalis radii tres primi in ſetam longam elongati*.

**Dentex.** 20. Sp. cauda bifida, corpore variegato, dentibus quatuor majoribus.
*Art. gen.* 36. *ſyn.* 60. Sparus varius dorſo acuto, dentibus quatuor majoribus. D. 90. P. - - V. - - A. 20. C. - -
*Gronov. zooph. n.* 214. Cynaedus cauda lunata, dente ſecundo utriusque maxillae maximo. Br. 6. D. $\frac{12}{22}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{3}{11}$. C. 15.
*Will. ichth. t.* X. 7. *f.* 6.
*Raj. piſc. p.* 132. Dentex ſ. Cynodon.
*Habitat in* mari infero *et* ſupero, *ad* caput bonae ſpei.

**Spinus.** 21. Sp. cauda bifida, ſpina dorſali recumbente. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 74.* D. $\frac{12}{23}$. P. 16. V. $\frac{1}{5}$. A. $\frac{7}{16}$. C. 16.
*Loeſl. epiſt.* D. $\frac{12}{24}$. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14}$. C. 17.
*Osb. it.* 273. Sparus javanenſis. D. $\frac{13}{24}$. P. 15. V. $\frac{2}{5}$. A. $\frac{7}{15}$. C. 18.
*Habitat in* America *auſtrali et* India, *lituris caeruleis repandis variis pictus.*

**radiatus.** 22. Sp. cauda integra, linea laterali ſtigmatibus trifidis bifidis. Br. 6. D. $\frac{11}{22}$. P. 12. V. 6. A. $\frac{3}{16}$. C. 17.
*Catesb. Car.* 2. *p.* 12. *t.* 12. *f.* 1. Turdus oculo radiato?
*Habitat in* Carolina, *ſupra viridis, ad latera purpureus, ſubtus rufus, capite ſtriis caeruleis, luteis viridibusque vario.* D. Garden. *Puddingfiſh.*
Oculorum *iris aurea, caerulea et rubeſcens, ſupercilia punctata;* labium *ſuperius ductile,* dentes *conici, primores 2 majores;* opercula *maculis 2, purpurea et lutea, notata;* linea *lateralis dorſo parallela, ad finem pinnae dorſalis deflectens, ex ſquamis linearibus in 3 ramos bifidos diviſis conflata;* pinnae *variegatae;* cauda *rotundata.*

**virginicus.** 23. Sp. cauda bifida, faſciis duabus nigris transverſis, lineis caeruleis plurimis. D. $\frac{11}{27}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{13}$. C. 18.
*Habitat in* America *ſeptentrionali. Muſ.* de Geer.

Oper-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0252-4
DFG

Opercula *ſubſerrata*; lineae *longitudinales parallelae*; faſcia *prior ocularis, altera ab humeris per latera thoracis ad* pinnas *pectorales*; cauda *biloba*, *obtuſa*.

Mormyrus. 24. Sp. cauda bifida, faſciis argenteis nigriſque plurimis.
*Art. gen.* 37. *ſyn.* 62. Sparus maxilla ſuperiore longiore, lineis utrinque duabus nigris transverſis parallelis. D. 23. P. 14. V. 6. A. 13. C. - -
*Haſſelq. it.* 335. Sparus Mormyrus. D. $\frac{11}{24}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{15}$. C. 18.
*Gron. zooph. n.* 295. Perca dorſo monopterygio, capite laevi operculiſque diacanthis ſquamoſis. D. $\frac{10}{22}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. 10. C. 3.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 27. *f.* 4. Perca maxilla inferiore longiore.
*Habitat in* mari infero.

capiſtratus. 25. Sp. cauda integra, corpore albo reticulato. D. $\frac{9}{26}$. P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{16}$. C. 14.
*Habitat in* America, *oblongus*, *hippogloſſi figura*, *ſquamis tectus laxe imbricatis*, *ante marginem faſcia alba ad angulum rectum inflexa notatis*. *Muſ.* de Geer.
Dentes *primores magni*, *ſupra* 2, *infra* 4; pinna *dorſalis longitudine fere dorſi*.

galilaeus. 26. Sp. cauda integra, corpore ſupra vireſcente, ſubtus albo. †
*Haſſelq. it.* 343. *n.* 76. Sparus galilaeus. Br. 5. D. $\frac{17}{31}$. P. 11. V. 7. A. $\frac{3}{15}$. C. 20.
*Habitat in lacu* Galilaeae Genezareth.
*Piſcatura prodigioſa* Lucae V. *ex hoc piſce*.

fuſceſcens. 29. Sp. fuſceſcens, ſquamis aureis, macula nigra ad pinnas pectorales. *Houttuyn act. Haarl.* XX. 2. *p.* 324. D. $\frac{13}{24}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{12}$. C. - -
*Habitat in mari* Japoniae *vicino*, *ſatis latus*, 4 *pollices longus*.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0253-0

**SCARUS.** *Caput: Dentium* loco maxillae ipſae eminentes margine dentato-crenatae oſſeae.

*Membrana branchioſtega* radiis quinque; *operculum* integerrimum.

*Corpus: Linea* lateralis plurimis ramoſa.

rivulatus. 1. Sc. maxillis continuis complanatis margine ſerrato-denticulatis: denticulis approximatis filiformibus a medio labio paulatim decreſcentibus. *Forſk. Fn. arab. p.* 25. *n.* 9. D. $\frac{13}{23}$. P. 15. V. $\frac{1-1}{5-4}$ A. $\frac{7}{16}$. C. 17.

*Habitat in* Arabiae *littore, ad ulnam fere longus, caeruleſcens, maculis nigris, rivulis longitudinalibus flavis, herbis, inprimis zoſtera victitans, edulis, licet pinnarum ſuarum ſpinis inflammationem excitans, poſt aliquot horas evanidam, pro venenato habeatur, ſquamis minutiſſimis veſtitus.*

Pinnae *ventrales radio primo et ultimo ſpinoſo; ante pinnam dorſi ſpina; hujus radii ſpinoſi ramentis exilibus ad apices acuti, et prouti analis, in foſſula recumbentes; caudalis bifida.*

ſtellatus. 2. Sc. ovalis, faſciis annulis caeruleo-pallidis, ſubhexagonis, undique contiguis. *Forſk. Fn. arab. p.* 26. *n.* 10. D. $\frac{13}{24}$. P. 16. V. $\frac{1 \cdot 1}{5}$ A. $\frac{7}{17}$. C. 17.

*Habitat rarior in* Arabiae *littore inter corallia, herbis victitans, dimidium pedem longus, nigricans, maculis aliquando albidis vel hexagonis nigris aut flavicantibus varius, ſquamis rotundis parvulis veſtitus, rivulato multum affinis.*

Vertex *planiuſculus, carinis* 2 *longitudinalibus obtuſis antrorſum convergentibus;* oculi *remotiuſculi, iride flava;* nares *utrinque duplices;* labia *aequalia;* opercula *ſquamata, pone ſtriata;* anus *pinnis ventralibus tectus;* linea *lateralis non conſpicua;* pinnae *pectorales obtuſae flavicantes;*

*cantes; reliquae nigrae; dorſalis et analis pone obtuſae et flavae; ante dorſalem ſpina antrorſum verſa ſub cute deliteſcens; caudalis biloba obtuſa, lituris interdum flavis ad latus varia.*

Ghobban. 3. Sc. cauda aequali, maxillis albidis, lituris capitis et pinnarum margine exteriore viridi-caeruleis. *Forſk. Fn. arab. p.* 28. *n.* 13. Br. 4. D. $\frac{0}{19}$. P. 14. V. $\frac{0}{6}$. A. $\frac{0}{12}$. C. 12.

*Habitat in* Arabiae *littore, albidus, ſquamis ſingulis in medio faſciola caeruleſcente transverſa, aliaque ad baſin fuſca, ſtriis dein fuſcis longitudinalibus pictis.*

Mandibulae *albidae;* labia *margine flaveſcentia, baſi ex viridi caerulea;* linea *lateralis duplex; altera dorſo propinqua, altera ante hujus finem incipiens, recta per mediam caudam excurrens;* pinnae *pectorales obtuſae hyalinae, margine ſuperiori baſi tantum caeruleae; reliquae ex violaceo rubentes; dorſalis et analis ad baſin vitta longitudinali ex viridi caerulea inſignitae; caudalis truncata, pone vireſcens.*

ferrugineus. 4. Sc. ex fuſco ferrugineus, maxillis margineque pinnarum exteriori viridibus, cauda aequali. *Forſk. Fn. arab. p.* 29. *n.* 15. D. 20. P. 13. V. $\frac{0}{6}$. A. $\frac{0}{12}$. C. 13.

*Habitat in* Arabiae *littore, ex ovato oblongus.*

Mandibulae *medio bifidae, margine tenues, ex caeruleo virides;* linea *lateralis duplex, altera dorſo propinqua, altera ad finem prioris deſinens, media;* pinnae *pectorales ex fuſco ferrugineae; ventrales et analis violaſcentes; dorſalis et caudalis flaveſcentes; haec baſi ſquamis longis, lanceolatis tecta.*

ſordidus. 5. Sc. maxillis rubentibus, corpore fuſco - ferrugineo, pinnis obſcurioribus, cauda ſurgente pinna aequali. *Forſk. Fn. arab. p.* 30. *n.* 18. D. $\frac{0}{20}$. P. 14. V. $\frac{0}{6}$. A. $\frac{0}{12}$. C. 12.

*Habitat in* Arabiae *littore, anguſtus, oblongus.*

Mandibulae *medio fiſſae, ſubmobiles, labiis non tectae, margine tenues;* lineae *laterales* 2 *rectae; altera ad finem prioris incipiens;* pinnae *ventrales violaſcentes; dorſalis radiis*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0255-1 DFG

*radiis 9 ſimplicibus fuſca; analis radiis 3 ſimplicibus; pectorales radio unico ſimplici et caudalis flaveſcentes.*

Harid. 6. Sc. cauda bifurca, media baſi ſquamis ſepta. *Forſk.* *Fn. arab. p.* 30. *n.* 17. Br. 4. D. $\frac{0}{20}$. P. 15. V. $\frac{0}{6}$. A. 13. C. 11.

*Habitat in* Arabiae *littore, ſubtus violaſcens, ſquamis laxis magnis veſtitus.*

Caput *ſquamis nudum vertice gulaque nudis;* mandibulae *eminentes, medio fiſſae, crenis interdum in inferiore exereſcentibus in dentes ſubulatos duos;* labium *ſuperius longius, utrinque dente canino conico armatum;* linea *lateralis recta duplex, altera dorſo propior a nucha ad pinnae dorſalis baſin, altera media, a medio latere ad caudam procedens;* pinnae *pectorales flaveſcentes; dorſalis et analis violaſcentes coriaceae; caudalis violacea lunata.*

Schloſſeri. 7. Sc. aureus, maculis utrinque 5 fuſcis, dorſo fuſceſcente, cauda ſubaequali. *Pall. ſpic. zool.* 8. *p.* 41. Br. 4. D. $\frac{4}{13-15}$ P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{18}$. C. 17.

*Habitat in* Java, *cyprini rutili mediocris magnitudine, compreſſus, latus, totus ſquamis magnis tectus.*

Caput *corpore paulo craſſius, ſupra planiuſculum;* oculi *magni, iride fulva;* os *adſcendens;* mandibula *inferior longior;* palatum *oſſeum, fornice carinato, ſcabrum;* lingua *plana, acuta, apice libera;* pinnae *pectorales acuminatae, ventrales triangulares membranae perpendicularis ope abdomini nexae, ſquama lanceolata utrinque freno appoſita;* pinna *dorſalis baſi ſubcarnoſa, per dimidium dorſi extenſa.*

166. LA-

**166. LABRUS.** *Caput:* *Dentes* acuti. *Labia* ſimplicia.
*Membrana branchioſtega* radiis ſex. *Opercula* ſquamoſa.
*Corpus:* *Dorſalis* pinnae radii poſtice ramento filiformi aucti; *pectorales* acuminatae. *Linea* lateralis recta.

* *cauda bifurca.*

Scarus. 1. L. appendicibus transverſis ad caudae latera. †
*Art. ſyn.* 54. Scarus auctorum.
*Habitat in* Graeciae *littoribus*, Siciliam *tenus*, *hodie obſcurus*, *ſub* Tiberio Claudio *in deliciis*, *ruminans*, *jecinora in* Vitellii *patina ſ. clypeo Minervae.*

cretenſis. 2. L. dentibus 4, vireſcens.
*Art. gen.* 34. *ſyn.* 57. †
*Habitat in* Candia *et adjacentibus.*

Anthias. 3. L. totus rubeſcens. *Art. ſyn.* 54. D. $\frac{10}{15}$.
*Catesb. Carol.* 2. *p.* 25. *t.* 25.
Anthea IV. Rondel.
*Habitat in* Europa *meridionali et* America.
Opercula *ſerrata*, *nonne perca?*

Hepatus. 4. L. maxilla inferiore longiore, lineis utrinque transverſis nigris. *Art. gen.* 35. *ſyn.* 53. D. $\frac{19}{21}$. P. 13. V. 6. A. 9. C. - -
*Habitat in mari* mediterraneo.
Pinna *dorſalis poſt radios ſpinoſos ſupra macula nigra notata.*

griſeus. 5. L. cauda ſubbifida, corpore ſubgriſeo. †
*Catesb. Car.* 2. *p.* 9. *t.* 9.
Turdus pinnis branchialibus carens. *
*Habitat in* America.
Catesbaeus *ſine pinnis pectoralibus pinxit, an rite?*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0257-2

lunaris. 6. L. pinna caudali medio truncata, dorſali anique linea purpurea, labiis plicatis. D. $\frac{8}{23}$. P. 15. V. $\frac{0}{6}$. A. $\frac{2}{15}$. C. 16.

*Gron. muſ.* 2. *n.* 180. *t.* 6. *f.* 2. Labrus oblongus, cauda bifurca, capite purpuraſcente. D. $\frac{8}{22}$. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{17}$. C. 14.

*Habitat in* America *auſtrali et* India.

Gallus. 42. L. pinna caudali medio truncata, dorſali anique linearibus baſi violaceis, labio inferiore utrinque uniplicato. Br. 5. D. $\frac{8}{22}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14-15}$ C. 15.

*Forſk. Fn. arab. p.* 26. *n.* 11. Scarus Gallus.

*Habitat in* Arabiae *littore, pro venenatiſſimo habitus, obſcure viridis, per totum corpus lineis violaceis pictus, abdominis vittis duabus caeruleis, intermedia viridi, ſquamis laxis, ſtriatis, margine membranaceis, faſcia transverſa purpurea pictis, tectus.*

Oculi *remoti, iride viridi, ad marginem pupillae rubri;* dentes *in unam ſeriem diſpoſiti, medii majores remoti, reliqui contigui;* linea *lateralis ſubramoſa, verſus finem pinnae dorſali deorſum flexa.* Pinnae *pectorales, ovatae, caeruleae, medio violaceae; ventrales caeruleae, radio ſecundo in longum filum terminato; dorſalis et analis margine exteriori caeruleae, extus virides; caudalis medio flava, verſus latera violacea, margine caerulea.*

purpureus. 43. L. pinna caudali medio truncata, dorſali anique vitta ad baſin longitudinali purpurea repanda pictis. Br. 5. D. $\frac{8}{22}$. P. 15. V. $\frac{0}{6}$. A. $\frac{2}{14}$. C. 12.

*Forſk. Fn. arab. p.* 25. *n.* 12. Scarus purpureus.

*Habitat frequens inter corallia* Arabici *littoris, ſapidus, ſeſquipedalis, lanceolato-truncatus, ſquamis latis, rhombeis, ſtriatis, laxe imbricatis veſtitus, obſcure viridis, vittis utrinque 3 purpureis, ſubtus caeruleus.*

Vertex *convexus nudus, fuſcus, ante oculos parvos, remotos, iride purpurea inſtructos triangulo utrinque purpureo;*

*reo*; labia *obtuſiſſima aequalia*, *ſuperius protractile*; dentes *validi in unam ſeriem digeſti*, *medii* 2 *majores*, *remoti*; *ante* nares *transverſas foramen rotundum cum cirro*; *opercula* branchiarum *nuda*, *macula quadrata*, *et poſteriorum margine poſteriori purpureis*; pinnae *pectorales et dorſalis viridis*, *illarum apex macula magna lunari nigra notatus*; *analis et ventrales caeruleae*, *caudalis viridis*, *maculis purpureis*; linea *lateralis ramoſa*; *ceterum*, *qualis in gallo*.

Pſittacus. 44. L. pinna caudae medio truncata, pinnarum margine, vitta abdominali, characteribusque capitis caeruleis. Br. 5. D. $\frac{0}{20}$. P. 13. V. $\frac{0}{6}$. A. 11. C. 12.
*Forſk. Fn. arab. p.* 29. *n.* 16.
Scarus Pſittacus.

*Habitat in* Arabiae *littore*, *vireſcens*, *lineis flavicantibus in capite pluribus caeruleis pictus*, *ſquamis ſtriatis veſtitus*.
Oculi *parvi*, *remoti*; mandibulae *ex duobus oſſibus conflatae*, *inferior dente utrinque* 1, *ſuperior* 3 *armata*; branchiarum *operculum laxis ſquamis tectum*; linea *lateralis ramuloſa duplex*; *prior dorſo propior*, *altera media*; pinnae *purpureae*, *dorſalis radiis* 9 *primis ſimplicibus*, *non ſpinoſis*.

niger. 45. L. cauda medio truncata, gulae vitta longitudinali obſcure viridi. Br. 5. D. $\frac{0}{20}$. P. 14. V. $\frac{0}{6}$. A. $\frac{0}{12}$. C. 13.
*Forſk. Fn. arab. p.* 28. *n.* 14.
Scarus niger.

*Habitat in* Arabiae *littore*, *purpureo ſimilis*, *at ex nigro fuſcus*, *capite lineis ex fuſco vireſcentibus picto*.
Mandibulae, *medio fiſſae*, *ſubmobiles*, *capitis liturae*, *pinnarumque margo exterior ex viridi caerulea*; labia *margine rubra*, *dein ex fuſco virentia*; *in ſuperiore* dentes *canini* 2 *patuli albi*; pinnae *ex fuſco violaceae*, *pectorales obſcure ferrugineae*, *baſi fuſcae*; cauda *vireſcens*, *angulis lanceolatis*.

Chanus. 46. L. capite utrinque rivulis 3 caeruleſcentibus, quadrato caeruleo ſub oculo.
*Forſk. Fn. arab. p.* 36. *n.* 32. D. $\frac{10}{24}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 17.

*Habitat*

*Habitat* Conſtantinopoli, *ſupra fuſcus*, *ſubtus albidus.*
Mandibula *inferior longior*; *inter* oculos *ſulci* 2 *pone divergentes*; branchiarum *opercula anterioria pone ſerrata*, *poſteriora pone tridentata*; *pinnae pectorales*, *ventrales et analis flavae*; *dorſalis et caudalis rubro-maculatae.*

opercula-tus. 7. L. corpore faſciis 10, maculaque operculorum fuſcis. *Amoen. acad.* 4. *p.* 248. D. $\frac{13}{20}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{15}{28}$. C. 16.
*Habitat in* Aſia.

Pavo. 8. L. viridi, caeruleo, ſanguineo canoque varius.
*Art. gen.* 34. *ſyn.* 55. Labrus pulchre varius, pinnis pectoralibus rotundatis.
*Haſſelq. it.* 344. *n.* 77. Labrus Pavo. D. 31. P. 14. V. 6. A. $\frac{3}{14}$. C. 16.
*Habitat in* mari mediterraneo, *ad* Syriam.

auritus. 9. L. operculis branchiarum pinniformibus. D. $\frac{10}{21}$. P. 15. V. 6. A. $\frac{3}{13}$. C. 17.
*Catesb. Car.* 2. *p.* 8. *t.* 8. *f.* 3. Perca fluviatilis gibboſa, ventre luteo?
*Habitat in* Americae *ſeptentrionalis aquis dulcibus.* D. Garden.
Oculorum *iris lutea*; branchiarum *opercula apice membranaceo elongato*, *obtuſo*, *nigro*; cauda *biloba.*

trichopte-rus. 47. L. pinnis ventralibus uniradiatis. *Pall. ſpic. zool.* 8. *p.* 45. D. $\frac{4}{11}$. P. 9. V. 1. A. $\frac{4}{42}$. C. 16.
*Koelreuter nov. comm. Petrop.* IX. *p.* 452. *n.* 7. *t.* 10. *f.* 1. Sparus &c.
*Habitat in* oceano indico, 4 *fere pollices longus*, *poſterius carinatus*, *obſolete fuſco pallidoque undulatus*, *in latere corporis medio et ad baſin caudae macula utrinque orbiculari ex fuſco nigra*, *halone dilutiori cincta*, *notatus.*
Caput *minuſculum*, *totum ſquamis tectum*, *pallidum*, *fuſco maculatum*; oculi *mediocres iride aurea*; os *parvulum adſcendens*, *mandibulis emiſſilibus margine ſcabris*; anus *ad thoracem*; linea *lateralis prope caudam ſubinterrupta*; pinnae *pectorales tenues pallidae*; *reliquae fuſcae*; *analis et caudalis rotundato-biloba*, *albo-punctatae.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0260-8
DFG

falcatus. 10. L. pinna dorſali analique radiis quinque primis inermibus falcata. D. $\frac{7}{27}$. P. 17. V. 5. A. $\frac{3}{20}$. C. 20.
*Habitat in* America, *bramae latitudine, argenteus. Muſ.* de Geer.
Dentes *acuti; radiorum* pinnae *dorſalis et analis mollium* 5 *primi elongati, ſequentibus aequalibus, unde hae pinnae falcatae; ventrales parvae.*

rufus. 11. L. cauda lunata, corpore toto fulvo. *Loeſl.* D. 23. P. 17. V. 6. A. 12. C. 16.
*Cateſb. Car.* 2. *p.* 11. *t.* 11. Turdus flavus.
*Habitat in* America.

zeylanicus. 47. L. cauda lunata, corpore ſupra viridi, ſubtus pallide purpureo. *Ind. zool. t.* 13. *f.* 3.
*Habitat in* Zeylon, 1½ *pedem longus, edulis.*
Caput *caeruleum;* branchiarum *operculum viride, lineis purpureis varium;* pinnae *pectorales media macula purpurea, margine caeleſtinae, ventrales caeruleae, dorſalis et analis ex purpureo caeruleſcentes margine virides;* cauda *medio flava, utrinque rubro ſtriata, baſi caerulea.*

Oyena. 48. L. corpore argenteo, radiis dorſalibus 2-5 ſubinermibus. *Forſk. Fn. arab. p.* 35. *n.* 29. D. $\frac{9}{19}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 16.
*Habitat in* Arabiae *arena littorea, ultra 6 pollices longus, ſquamis latis margine rotundatis, medio ſtriatis, veſtitus, oblongus, abdomine recto, vittis interdum rubris interruptis pictus.*
Labia *aequalia, ſuperius protractile;* dentes *numeroſi, breviſſimi;* linea *lateralis dorſo propior, fere parallela;* cauda *ſurgens, biloba: lobis lanceolatis;* pinnae *glaucae.*

** *Cauda integra (ſecundum ſpinas dorſales enumerati.)*

Hiatula. 12. L. pinna anali nulla. Br. 5. D. $\frac{17}{28}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. 0. C. 21.
*Habitat in* Carolina, *faſciis nigris* 6-7 *pictus.* D. Garden.
Labium *retractile, intus rugoſum;* dentes *in mandibulis laniarii, in palato orbiculati;* branchiarum *operculum*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0261-4

*anterius margine punctatum;* pinna *dorſalis fere longitudinalis, radiis ſpinoſis aequalibus, poſterius nigra.*

marginalis. 13. L. ſubfuſcus, margine pinnarum dorſi pectoraliumque fulvo. *Loeſl. it.* 103. D. $\frac{2}{25}$. P. 17. V. 6. A. $\frac{3}{12}$. C. 17.
*Habitat in* Pelago.

ferrugineus. 14. L. ferrugineus immaculatus. D. $\frac{2}{28}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{17}$. C. 17.
*Habitat in* India.

Julis. 15. L. lateribus caeruleſcentibus, vitta longitudinali fulva utrinque dentata. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 75.* D. $\frac{9}{21}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. 13. C. 12.
*Art. gen.* 34. *ſyn.* 53. Labrus palmaris varius, dentibus duobus majoribus maxillae ſuperioris. D. 21. P. 14. V. 6. A. 14. C. - -
*Gron. muſ.* 2. *n.* 184. Labrus oblongus nigricans, lateribus linea alba utrinque ſinuata varius, cauda indiviſa. D. $\frac{9}{21}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 16.
*Habitat in* mari mediterraneo *et* rubro, *europaeorum facile pulcerrimus.*

paroticus. 16. L. linea laterali curva, pinnis rufis, operculis cyaneis. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 76.* D. $\frac{9}{21}$. P. 12. V. 6. A. 14. C. 14.
*Habitat in* India.

ſuillus. 17. L. pinna dorſali ramentacea, macula nigra ſupra caudam, ſpinis dorſalibus 9. *Fn. ſuec.* 330.

Il.

---

Labri, *quorum ſpecies nonnullae certis anni temporibus, an a comeſtis rodentibus molluſcis? venenatae, difficilius ſaepe a ſparis et ſcaris dignoſcuntur, dentibus validis, inciſoribus in utraque mandibula, in ſuperiori praeterea molaribus, et canino utrinque, reliquis duplo majore;* linea *laterali ramoſa, dorſo et abdomine curvata.*

*It. wgoth.* 179. Sparus Bergſnyltra. $D.\frac{9}{17}.P.13.V.\frac{1}{6}.A.\frac{3}{10}.C.14.$
*Habitat in* oceano europaeo.

ſtriatus. 18. L. pinna dorſali ramentacea, lineis albis fuſcisque. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 77.* $D.\frac{10}{21}.P.17.V.\frac{1}{6}.A.\frac{3}{11}.C.12.$
*Habitat in* America.

Guaza. 19. L. fuſcus, cauda rotundata, radiis membranam ſuperantibus. *Loefl. it.* 104. $D.\frac{11}{27}.P.16.V.6.A.13.C.15.$
*Habitat in* pelago.

ocellaris. 20. L. pinna dorſali ramentacea, ocello in medio ad baſin caudae. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 78.* $D.\frac{14}{24}.P.15.V.\frac{1}{6}.A.\frac{3}{13}.C.13.$

Tinca. 21. L. roſtro ſurſum reflexo, cauda in extremo circulari. *Art. gen.* 33. *ſyn.* 56. $D.\frac{15}{26}.P.14.V.6.A.\frac{3}{13}.C.$ - -
*Rondel. piſc.* 179. *Geſn. aq.* 1019. Turdorum undecimum genus.
*Will. ichth.* 319. Turdus vulgatiſſimus.
*Bell. aq.* 348. Vieille, Poule de mer, Gallot.
*Brit. zool.* 3. *p.* 203. *n.* 1.
*Raj. piſc.* 136. Wraſſe.
*Habitat in* maris britannici *profundis ſcopuloſis, ad* 5 *libras ponderoſus, teſtaceis et cruſtaceis victitans, nunc ſordide ruber, obſcure adumbratus, nunc ſtriis multis caeruleis, rubris et flavis elegantiſſime pictus.*

bimaculatus. 22. L. pinna dorſali ramentacea, macula fuſca in latere medio et ad caudam. *Brit. zool.* 3. *p.* 205. *n.* 2.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 66. Sciaena macula fuſca in medio corporis et ſupra baſin caudae. $D.\frac{15}{26}.P.15.V.\frac{1}{6}.A.\frac{4}{12}.C.$ - -
*Habitat in* mari mediterraneo *et* britannico.

punctatus. 23. L. pinna dorſali ramentacea, lineis parallelis fuſco-punctatis.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 66. Sciaena lineis longitudinalibus plurimis fuſco-punctatis. D. $\frac{16}{24}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 16.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 87. Labrus brunneus, oſſiculo ſecundo pinnarum ventralium ſetiformi. D. $\frac{15}{25}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{4}{12}$. C. 18.
*Habitat* Surinami.

Melops. 24. L. pinna dorſali ramentacea anique variegata, lunula fuſca pone oculos. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 78.* D. $\frac{16}{25}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 12
*Habitat in* Europa *auſtrali.*

niloticus. 25. L. pinnis dorſali, ani caudaeque nebulatis. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 79.* D. $\frac{17}{30}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 17.
*Haſſelq. it. p.* 346. *n.* 78. Labrus niloticus. D. $\frac{17}{20}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 20.
*Habitat in* Aegypto.

oſſifagus. 26. L. labiis plicatis, pinna dorſali radiis 30. D. $\frac{17}{31}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{13}$. C. 13.
*Habitat in* Europa.

rupeſtris. 27. L. pinna dorſi ramentacea, antice macula fuſca.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 65. Sciaena margine ſuperiore caudae macula fuſca notato. D. $\frac{17}{26}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 13.
*Ström. ſöndm.* 291. Carudſe. D. $\frac{17}{26}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14}$. C. - -
*Habitat in* mari norwegico *ad littora.*

Onitis. 28. L. pinna dorſali ramentacea, abdomine cinereo fuſcoque maculato. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 79.* D. $\frac{17}{27}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 14.

viridis. 29. L. viridis, linea utrinque caerulea. *Art. gen.* 34. D. $\frac{18}{26}$.
*Habitat in* mari mediterraneo.

30. L.

luſcus. 30. L. pinnis omnibus flavis, palpebra ſuperiore nigra. *Muſ. Ad. Fr. 2. p.* 80.* D. $\frac{18}{31}$. P. 14. V. 6. A. $\frac{3}{14}$. C. 14.

livens. 31. L. cauda rotundata, pinna dorſi ramentacea, corpore fuſco-livido. *Muſ. Ad. Fr. 2. p.* 80.* D. $\frac{18}{30}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 11.
*Habitat in* mari mediterraneo, *ad pedem usque longus.*

Turdus. 32. L. oblongus viridis, iride aurea. *Art. gen.* 34. *ſyn.* 57. D. $\frac{19}{12}$.
*Brünn. piſc. maſſ. p.* 51. *n.* 67. Labrus oblongus virideſcens maculatus, pinnae dorſalis radiis ultimis ima baſi nigris. Br. 5. D. $\frac{18}{33}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 13.
*Habitat in* mari europaeo, *vix pedem longus, nunc viridis, pinnis pectoralibus pallide luteſcentibus, ventralibus caeruleſcentibus; nunc ſaturatius viridis, infra lineam lateralem nitens, maculis in mento aureis, medio albis; nunc ſupra luteus, guttis albis vel margaritaceis, ſubtus argenteus, venis rubris.*

exoletus. 33. L. pinna dorſali ramentacea, corpore lineis caeruleis, pinna ani ſpinis 5. *Fn. ſuec.* 331. *Müll. prodr. zool. dan.* 386. *O. Fabr. Fn. groenl. p.* 166. *n.* 120. D. $\frac{19}{25}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{5}{13}$. C. 13
*Ström. ſöndm.* 267. *n.* 3.
*Habitat in* oceano atlantico, norwegico, *rarior in* groenlandico.

chinenſis. 34. L. pinna dorſali ramentacea, corpore livido, vertice retuſo. D. $\frac{19}{24}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{5}{12}$. C. 12.
*Habitat in* Aſia.

japonicus. 49. L. flaviſſimus. *Houttuyn act. Haarl.* XX. 2. *p.* 324. D. $\frac{10}{21}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{8}$. C. 18.
*Habitat in* Japonia, *6 pollices longus.*

Boops. 50. L. maxilla inferiore longiore, pinnis dorſalibus 2.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0265-7 DFG

*Houttuyn act. Haarl.* XX. 2. *p.* 326. *n.* 14. D. $\frac{5}{01}$. 12. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. 11. C. 22.

*Habitat in* Japonia, *oculis praegrandibus, dentibus in mandibula inferiore magnis, acutis.*

Cromis. 35. L. pinnis dorſalibus ſubunitis, analis radio ſecundo validiſſimo. D. 10 - $\frac{1}{22}$. P. 18. V. 6. A. $\frac{2}{7}$. C. 19.

*Brown jam.* 449. Cromis ſubargenteus oblongus, radiis anterioribus dorſalis aegre pungentibus.

*Raj. piſc.* 96. Coracinus braſilienſis.

*Marcgr. braſ.* 177. Guatucupa.

*Habitat in* Carolina, *percae fluviatilis ſtatura, faſciis fuſcis.* D. Garden. *Drum.*

Branchiarum *opercula unidentata non ſerrata*; pinnae *analis radius primus rigidus breviſſimus, alter magnus craſſiſſimus compreſſus.*

linearis. 36. L. oblongus, pinnae dorſalis radio ultimo inermi. *Amoen. acad.* 1. *p.* 315. D. $\frac{20}{21}$. P. 12. V. $\frac{0}{6}$. A. 15. C. 12.

*Habitat in* America *auſtrali et* India.

Perdica. 51. L. cauda aequali, dorſo recto, vertice glabro, vittis utrinque dentatis albido-flavicantibus. *Forſk. Fn. arab. p.* 34. *n.* 26. D. $\frac{8}{21}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{15}$. C. 14.

*Habitat* Conſtantinopoli.

Caput *ſupra fuſcum, ſubtus ex albo rufeſcens*; branchiarum *opercula poſteriora inermia in angulum rotundatum apice caeruleum exeuntia*; linea *lateralis continua, ſuperne ſerrato-dentata*; pinnae *ventrales totae liberae*; *dorſalis et analis rubicundae*; *pectorales baſi macula caerulea notatae.*

Scina. 52. L. corpore vireſcente nebulis albis flaviſque, fovea inter oculos impreſſa, et ante foveam ſulco. *Förſk. Fn. arab. p.* 36. *n.* 30. D. $\frac{18}{21}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{15}$. C. 15.

*Habitat*

*Habitat* Conſtantinopoli, *ſubtus albus, rivulis flavis, abdomine recto.*

Oculi *iride viridi*; dentes *medii maximi*; branchiarum *opercula anteriora pone ſerrulata, poſteriora inermia*; linea *lateralis interrupta*; pinnae *pectorales flaveſcentes immaculatae, reliquae obſcure flaveſcentes, caeruleo-maculatae.*

Lapina. 53. L. pinnis pectoralibus flavis, ventralibus caeruleis, reliquis violaceis caeruleo-maculatis. *Forſk. Fn. arab. p.* 36. *n.* 31. D. $\frac{15}{27}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{17}$. C. 15.

*Habitat* Conſtantinopoli, *ex ovali oblongus, ſupra fuſcus, ſubtus albicans, ad latera ex flavo vireſcens, lineis utrinque tribus, ſingulis ex duplici macularum rubrarum ordine conflatis pictus.*

Caput *ad latera maculis rubris, ſub oculo rivulo caeruleo varium, ante nares gibbo obliquo inaequale*; oculi *iride caerulea*; branchiarum *opercula anteriora pone ſerrata, poſteriora emarginata.*

ramentoſus. 54. L. fuſco vireſcens, ramentis ſpinarum dorſalium primarum radio duplo longioribus. *Forſk. Fn. arab. p.* 34. *n.* 28. Br. 5. D. $\frac{9}{21}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{13}$. C. 12.

*Habitat in* Arabiae *littore, lanceolatus, in pinnis, vertice, ſub oculis violaceo maculatus, interdum laetius vireſcens, ſquamis magnis, integris, rotundatis, a ventre ad dorſum in 9 ordines diſpoſitis tectus.*

Oculi *iride ſupra infraque fuſca, ad latera flava*; labia *aequalia, ſuperius protractile*; *praeter* dentium *parvorum ſeriem in utriusque mandibulae medio inciſores* 4, *reliquis quadruplo majores*; branchiarum *opercula anteriora pone recte, valde dentata, poſteriora inermia*; linea *lateralis elevata, continua, ſurſum ramuloſa, dorſo propinqua, parallela.*

ocellatus. 55. L. vireſcens ocello coccineo pone utrumque oculum. *Forſk. Fn. arab. p.* 37. *n.* 33. D. $\frac{14}{24}$. P. 11. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14}$. C. 15.

*Habitat in* Syriae *littore, ſubovatus, dorſo ex fuſco flaveſcente, capite rivulis caeruleis vario.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0267-8

Branchiarum *opercula macula caerulea, oblonga, obliqua, circulo coccineo cincta notata, a qua ſupra et infra linea coccinea procedit, anteriora pone truncata ſerrulata, poſteriora pone inermia*; cauda *linearis*.

lunulatus. 56. L. fuſco-vireſcens, faſciis obſcurioribus, ſquamis ſingulis faſcia ferruginea, capite pectoreque rubroguttato. *Forſk. Fn. arab. p.* 37. *n.* 34. Br. 5. D. $\frac{9}{20}$. P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 13.

*Habitat in* Arabiae *littore, pedem longus, ſquamis latis, integris, excavato ſtriatis tectus, purpureo affinis.*

Caput *compreſſiuſculum*; oculi *iride ex fuſco virente*; branchiarum *opercula verſus baſin gutta rubra; poſterius in membrana marginali utplurimum lunula fulva utrinque obtuſa, nigro colore cincta notata*; membrana branchioſtega *virens, maculis 2 fulvis varia*; linea *lateralis interrupta*; pinnae *pectorales rotundatae flavae, reliquae virides, radiorum interſtitiis rubris, vel rubro-maculatis*; cauda *rotunda*.

trimaculatus. 57. L. ruber, maculis 2 utrinque ad baſin pinnae dorſalis, tertiaque inter hanc et caudam. *Brit. zool.* 3. *p.* 206. *n.* 3. Trimaculated Wraſſe. Br. 5. D. $\frac{17}{30}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. - -

*Habitat ad inſulam* Angleſea, 8 *pollices longus, oblongus, cauda pinniſque pectoralibus rotundatis.*

variegatus. 58. L. ruber, ſtriis lateralibus parallelis olivaceis 4, totidemque caeruleis. *Brit. zool.* 3. *p.* 207. *n.* 4. Striped Wraſſe. Br. 5. D. $\frac{17}{30}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{15}$. C. - -

*Habitat prope inſulas* Skerry, 10 *pollices longus, oblongus; an vere hujus generis?*

Labia *magna, duplicata*; branchiarum *opercula cinerea, flavo-ſtriata*; pinna *dorſalis ad ortum caerulea, medio alba, ceterum rubra*; pinnae *pectorales baſi macula olivacea notatae*; pinnae *ventrales et analis apice caeruleae*; cauda *ſubrotundata, altera parte caerulea, inferiori flava.*

gibbus. 59. L. caeruleo aurantioque varius, cauda rotundata, macula ſupra oculos ſemilunari obſcura.

*Brit. zool.* 3. *p.* 208. *n.* 5. Gibbous Wraſſe. D. $\frac{16}{25}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14}$. C. - -

*Habitat ad* Angleſea, 8 *pollices longus, percis affinis, ſquamis magnis veſtitus.*

Caput *anterius declive;* oculi *mediocres;* branchiarum *opercula anteriora ſerrulata;* dorſum *valde arcuatum;* pinnae *dorſalis et analis thalaſſina nigro-maculata; pectorales flavae, baſi transverſim rubro-ſtriatae; ventrales et caudalis magna rotundata piſorum viredine tinctae.*

olivaceus. 60. L. corpore viridi-olivaceo, operculorum apice caeruleo, macula caudali nigra. *Brünn. piſc. maſſil. p.* 56. *n.* 71. Br. 5. D. $\frac{15}{25}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14}$. C. 12.

*Habitat in* mari mediterraneo, *oblongus, compreſſus,* 2 *pollices longus, ſubtus in argenteum colorem vergens.*

Caput *acutum in argenteum colorem inclinans;* oculi *iride ſmaragdina;* dentes inciſores *acuti, intermedii remoti; operculum* branchiarum *anterius valde ſerratum, poſterioris macula ad apicem caerulea, annulo coccineo cincta;* pinnae *corpori concolores; caudalis rufeſcens.*

fuſcus. 61. L. corpore fuſco, lineis maculisque caeruleis. *Brünn. piſc. maſſ. p.* 56. *n.* 72. Br. 5. D. $\frac{16}{25}$. P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14}$. C. 13.

*Habitat in* mari mediterraneo, 3 *pollices longus, compreſſus, oblongus, ſubtus albicans.*

Caput *acutum, rivulis caeruleis pictum;* oculi *iride albida, intus ſpadicea;* os *parvum;* dentes *ſubacuti; operculum* branchiarum *anterius ſerratum;* linea *lateralis leviter arcuata, poſterius ſinuoſa;* pinnae *dorſalis et caudalis fuſcae, caeruleo-maculatae; pectorales rufae, apice caeruleae; ventrales rubrae immaculatae; analis rufeſcens caeruleo-punctata.*

unimaculatus. 62. L. corpore olivaceo lineato, pinna dorſali poſtice nigro unimaculata. *Brünn. piſc. maſſ. p.* 57. *n.* 73. Br. 5. D. $\frac{14}{26}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 13.

β) L. ex obſcure rubro et viri-deſcente argenteo quaſi reticulatus. *Brünn. piſc. maſſ. p.* 97. *n.* 10. Br. - D. $\frac{15}{25}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{13}$. C. 13.

*Habitat in* mari mediterraneo, β) adriatico, *ovatus compreſſus*, 3 *pollices longus*, *lineis pallide caeruleis longitudinalibus parallelis rectis circiter* 10 *pictus*.

Oculi *iride ex rubeſcente albida*, *circulo interiore rubro*; dentes *in unam ſeriem diſpoſiti*, *anteriores majores*; branchiarum *operculum anterius ſerratum*; pinnae *pectorales caeruleſcentes*.

**venoſus.** 63. L. viridis, venis rubris anaſtomoſantibus, macula operculorum pinnaeque dorſalis nigra. *Brünn. piſc. maſſ. p.* 58. *n.* 74. Br. 5. D. $\frac{15}{25}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 13.

*Habitat in* mari mediterraneo, 3 *pollices longus*, *ovatus*, *compreſſus*.

Caput *ad latera lineis quibusdam rubris longitudinalibus pictum*; pinnae *dorſalis faſcia et ramenta rubra*.

**griſeus.** 64. L. corpore griſeo obſcurius punctato, macula baſeos caudae nigra. *Brünn. piſc. maſſ. p.* 58. *n.* 75. Br. 5. D. $\frac{14}{25}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{13}$. C. 13.

*Habitat in* mari mediterraneo, *oblongus*, *compreſſus*, 3 *pollices longus*.

Genae *lineis raris caeruleis pictae*; oculi *iride viridi*; os *parvum*; dentes *parvi*, *anteriores majores*; pinnae *rubicundae*, *maculis obſcure luteis*; *caudalis verſus baſin luteſcens*.

**guttatus.** 65. L. corpore rubeſcente nigro-vario, macula in medio baſeos pinnae caudalis. *Brünn. piſc. maſſ. p.* 59. *n.* 76. Br. 5. D. $\left\{\begin{matrix}\frac{15}{25}.\\ \frac{15}{27}.\end{matrix}\right.$ P. $\left\{\begin{matrix}13.\\ 14.\end{matrix}\right.$ V. $\frac{1}{6}$. A. $\left\{\begin{matrix}\frac{3}{13}.\\ \frac{3}{14}.\end{matrix}\right.$ C. 17.

*Habitat in* mari mediterraneo, 3 *pollices longus*, *guttis minutiſſimis albis in ordines diſpoſitis maculisque nigris adſperſus*, *compreſſus*, *oblongus*.

Oculi *iride viridi*; *ſub utroque lineae* 2 *nigrae obliquae*; pinnae *rufeſcentes*, *analis guttis albis conſperſa*; *haec et ventrales interdum virides*.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0270-4

DFG

adriaticus. 66. L. corpore tranſverſim faſciato, pinna dorſali antice decemſpinoſa, poſtice nigro-ocellata. *Brünn. piſc. maſſ. p. 98. n. 11.* D. $\frac{10}{22}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 17.

*Habitat in mari* adriatico *circa* Spalatum, 3 *pollices longus, pallidus, faſciis* 4 *fuſcis latis pictus.*

Caput *lineis fulvis obliquis varium;* oculi *iride flaveſcente;* dentes *ſubtiles;* branchiarum *operculum anterius ſerratum;* pinnae *ventrales et ani nigrae, haec apice flava.*

*** *Cauda integra (ſpinis dorſalibus adhuc ignotis.)*

cornubius. 67. L. macula prope caudam magna, pinnaeque dorſalis radiis primis nigris, cauda aequali.

Goldfinny Cornubienſium. *Brit. zool. 3. p. 209. n. 6. Raj. piſc. p. 163. f. 3.*

*Habitat in* Cornubiae *littore, tincae affinis, palmae longitudine.*

Comber. 68. L. corpore miniato, cauda rotundata.

Comber. *Brit. zool. 3. p. 210. n. 7. Raj. piſc. p. 163. f. 5.*

*Habitat in* Cornubiae *littore, exiguus, oblongus.*

Coquus. 69. L. purpureus et obſcure caeruleus, ſubtus flavus, cauda rotundata.

Cock cornubienſium. *Brit. zool. 3. p. 210. n. 8. Raj. piſc. p. 163. f. 4.*

*Habitat in* Cornubiae *littore, interdum frequentiſſimus, parvus.*

mixtus. 37. L. e flavo caeruleoque varius, dentibus anterioribus majoribus. *Art. gen. 34. ſyn. 57.*

*Habitat* Liburni, *an a pavone diverſus?*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0271-0 DFG

fulvus. 38. L. corpore fulvo.
*Catesb. Car.* 2. *p.* 10. *t.* 10. *f.* 2. Turdus cauda convexa.
*Habitat in* America.

varius. 39. L. e purpureo, viridi, caeruleo nigroque varius.
*Art. gen.* 35. *ſyn.* 55.
*Habitat in* mari mediterraneo.

Merula. 40. L. caeruleo-nigricans. *Art. ſyn.* 55.
*Habitat in* Europa.

Cynaedus. 41. L. luteus, dorſo purpureo, pinna a capite ad caudam continuata. *Art. ſyn.* 56.
*Habitat in* mari mediterraneo.

## 167. SCIAENA.

*Caput* totum ſquamis obtectum.
*Membrana branchioſtega* radiis ſex. *Opercula* ſquamoſa.
*Corpus: Foſſula* dorſi pro pinna dorſali recondenda.

Cappa. 1. Sc. capitis lateribus ſquamarum ordine duplici. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 81.* D. $\frac{11}{23}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 17.
*Habitat in* mari mediterraneo.

Lepisma. 2. Sc. pinna dorſali intra 2 folia ſquamea recondenda. D. $\frac{10}{19}$. P. 11. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 13.
*Habitat* - - - -

unimaculata. 3. Sc. macula fuſca in medio utriusque lateris. D. $\frac{11}{21}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 17.
*Habitat in* mari mediterraneo.

Umbra. 4. Sc. nigro-varia, pinnis ventralibus integerrimis. *Art. gen.* 39. *ſyn.* 65. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 81.* D. 11-24. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{9}$. C. ..
*Haſſelq. it.* 352. *n.* 80. Sciaena umbra. D. 10-26. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{9}$. C. 18.
*Habitat in* mari mediterraneo, infero, adriatico.

5. Sc.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0272-5

cirroſa. 5. Sc. maxilla ſuperiore longiore, inferiore cirro unico. *Art. gen.* 38. *ſyn.* 65. *Gron. muſ.* 1. *n.* 92? D. $\frac{9}{34}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{8}$. C. - -

*Habitat in* mari mediterraneo *et* infero.

Hamrur. 6. Sc. cupreo-rubra, pinnis obſcurioribus, ore ſubverticali, ſquamis margine membranaceis. *Forſk. Fn. arab. p.* 45. *n.* 44. D. $\frac{10}{24}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{15}$. C. 16.

*Habitat in* Arabiae *littore, oblonga, ſquamis parvis veſtita.*

Oculi *pupilla hyalina, iride miniata;* labium *ſuperius protractile;* dentes *in utraque mandibula parvi, rigidi, ſubulati, aequales, remoti, ſuperioris ſpatiolo vacuo;* faux *dentium ſerie armata;* branchiarum *opercula anteriora pone et ſubtus recta ſerrata, poſteriora pone acuminata;* linea *lateralis juxta caput ſurgens, tum dorſo parallela;* pinnae *pectorales rubeſcentes ventralibus dimidio breviores;* cauda *recta protenſa apice latior lunata.*

fulviflamma. 7. Sc. flavicans, vittis longitudinalibus aureis, macula laterali nigra, pinnis dorſalibus convexis. *Forſk. Fn. arab. p.* 45. *n.* 45. Br. 7. D. $\frac{8}{8}$, $\frac{1}{15}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 15.

*Habitat in* Arabiae *littore, vittis* 5-6 *picta interdum obſoletis.*

Oculi *iride aurea;* dentes *validi, remoti, conico-ſubulati;* branchiarum *opercula anteriora ſerrata, pone parum emarginata;* linea *lateralis dorſo propinqua parum curva;* pinnae *flavae, dorſalis anterior fuſca.*

Kasmira. 8. Sc. flaveſcens, vittis utrinque caeruleis 4 majoribus. *Forſk. Fn. arab. p.* 46. *n.* 46. Br. 7. D. $\frac{10}{25}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 17.

*Habitat in* Arabiae *littore.*

Vertex *albus, vittis parvis, obſoletis, caeruleis, utrinque* 7; oculi *parum remoti, iride flava;* labium *inferius brevius;* dentes *conici;* branchiarum *operculum anterius in medio ſinuatum, poſterius inerme;* linea *lateralis ſquamis ſtriata;* pinnae *analis aculeus ſecundus tertio major;* cauda *lunata; prope hanc nonnunquam utrinque inter vittas media macula fuſca magna.*

9. Sc.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0273-1

Bohar. 9. Sc. rubens, lineis nebuliſve albidis. *Forſk. Fn. arab. p.* 46. *n.* 47. Br. 7. D. $\frac{10}{25}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 17.

*Habitat in* Arabiae *littore, Kasmirae affinis, inter labros, percas, ſciaenas ambigua, oblonga, ſquamis glabris tecta, viva maculis* 2 *magnis in dorſo, cum vita evanidis, varia.*

Caput *ante nares cirris* 2 *brevibus munitum*; dentes *mandibulae ſuperioris* 2 *ſubulati, extra inferiorem prominentes, inferioris medii remoti*; linea *lateralis dorſo propior*; pinnae *dorſalis et analis pone rotundatae, utriusque pars inermis ſquamata, hujus aculei gradatim majores; ventrales membranae interventu adnexae*; cauda *bifida.*

gibba. 10. Sc. rubens, albo-guttata, dorſo gibbo. *Forſk. Fn. arab. p.* 46. *n.* 48.

*Habitat in* Arabiae *littore, Bohar affinis, ſed ovatus, ſquamis rubris, apice albis tectus.*

Dentes *ſuperiores medii contigui, canini diſtantes, reliquis duplo majores*; pinnae *dorſalis et analis pone rectangulae.*

nigra. 11. Sc. tota nigra, ventre fuſco-albeſcente. *Forſk. Fn. arab. p.* 47. *n.* 49. Br. 7. D. $\frac{10}{10}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 17.

*Habitat in* Arabiae *littore, Bohar pariter affinis, ſquamis integerrimis tectus.*

Vertex *convexus nudus*; oculi *iride introrſum alba, extrorſum nigra*; labia *obtuſa, ſuperius protractile*; mandibulae *dentibus fixis, remotis, ſubulatis, verſus medium majoribus, in medio vacuae*; faux *quoque dentibus numeroſis parvis, fixis, denſis armata*; palatum *album, glabrum*; branchiarum *opercula anteriora pone recurva, ſinu profundo dentata*; linea *lateralis dorſo propior et parallela*; pinnae *pectorales apice falcatae, ventralibus ſeſquilongiores, baſi ſquamatae*; cauda *parum exciſa.*

argentata. 12. Sc. ſquamis ſupra nigricantibus, margine et apice argenteis, ſubtus rufeſcentibus, margine pallidis. *Forſk. Fn. arab. p.* 47. *n.* 50. Br. 7. D. $\frac{10}{24}$. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 18.

*Habitat in* Arabiae *littore, Bohar affinis.*

Caput

Caput *litura curva caerulea ſub oculo verſus os decurrente inſignitum;* labium *inferius longius;* dentes *inferiores laterales retrorſum ordine majores, infra illos ſetacei, in utraque mandibula multi;* branchiarum *opercula poſteriora pone acutangula;* pinnae *ex fuſco rufeſcentes, dorſales glaucae, margine rufeſcentes; analis ſpinae gradatim longiores et majores.*

rubra. 13. Sc. obſcure rubra, vittis longitudinalibus utrinque 8 ex albo rubentibus, juxta dorſum obſcure rubris, ſubtus albus. *Forſk. Fn. arab. p.* 48. *n.* 51. Br. 8. D. $\frac{1}{1}, \frac{7}{7}$. P. 19. V. $\frac{1}{6}$. A. 14. C. 15.

*Habitat in* Arabiae *littore, ſquamis ſpinuloſis veſtita.*

Vertex *ſpinulis retroverſis aſper;* oculi *annulo oſſeo ſerrato-ſpinoſo, anterius bicorni cincti, iride rubra nitente;* labium *ſuperius protractile;* dentes *ſetacei breves, denſi;* operculum *anterius undique ſpinoſum, poſterius pone tribus ſpinis hirtum, tertium parvum, quoque ſpinoſum;* pinnae *dorſales connexae; prior albida, vittis* 2 *longitudinalibus rubris, altera brevior baſi ſquamata; analis radii* 2 *primi ſpinoſi parvi, tertius valde craſſus, magnus; ventrales margine exteriore albido, poſteriore nigro; caudalis medio flavicans, radiis utrinque* 5 *ſpinoſis.*

Murdjan. 14. Sc. labiis retuſis. *Forſk. Fn. arab. p.* 48. *n.* 52. Br. 7. D. $\frac{10}{10}, \frac{1}{15}$. P. 15. V. $\frac{1}{5}$ A. $\frac{4}{12}$. C. 19.

β) Sciaena Abu Samf. *Forſk. Fn. arab. p.* 49. *n.* 55. Br. 8. D. $\frac{10}{10}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 17.

*Habitat in* Arabiae *littore, ſquamis latis dentatis tecta, rubrae ſimilis, ex ovato oblonga, aeneo-nitens, ſubtus pallidior.*

Vertex *planus, lineis* 4 *elatis, pone ramoſo-frondoſis;* oculi *annulo oſſeo, ſubtus lobato-denticulato cincti, iride rubra;* labium *ſuperius protractile brevius;* dentes *minuti, multi, denſi;* lingua *triangularis rubens, ſcabra;* branchiarum *opercula ſquamoſa, ſerrato-dentata, poſteriora pone uniſpinoſa;* linea *lateralis ſupra dimidium corpus dorſo parallela;* pinnae *rubrae, caudalis bifida et ventrales margine exteriore albae.*

Sammara. 15. Sc. dorſo rubro-aeneo, lateribus argenteis, vittis

undi-

undique obſcurioribus punctis ocellatis. *Forſk.*
*Fn. arab. p.* 48. *n.* 53. Br. 8. D. $\frac{10}{10}, \frac{1}{11}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{4}{12}$. C. 20.

*Habitat in* Arabiae *littore, dimidiam ſpithamam longa, Murdjan affinis, at ex lineari lanceolata ſubtus argentea, vittis utrinque decem picta, ſquamis lateralibus in medio ocello albido circulo nigro cincto notatis.*

Branchiarum *opercula anteriora ſpina forti, poſteriora pone ſpina duplici armata;* pinnae *pectorales ruſeſcentes, ventrales albae, dorſalis anterior, ſpinis in medio tribus; poſterior hyalina, radio 2 et 3 rubro; analis hyalina, radio primo et ultimo rubro, illo inermi, hoc ſpinoſo; caudalis hyalina, ad utrumque marginem rubra, radiis ſpinoſis ſupra 6, infra 5.*

ſpinifera. 16. Sc. rubra, pinnis dorſalibus connexis, capite ſpinoſo, operculi anterioris ſpina longiſſima. *Forſk.*
*Fn. arab. p.* 49. *n.* 54. Br. 8. D. $\frac{10}{10}, \frac{1}{11}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{4}{12}$. C. 20.

*Habitat in* Arabiae *littore,* 3 *ſpithamas longa, utrinque pone oculos et ad baſin pinnarum pectoralium macula obſcuriore notata, ſquamis latis dentatis veſtita.*

Vertex *binis linearum elevatarum faſciculis, pone oculos, ante oculos foſſula longa profunda inaequalis;* oculi *annulo oſſeo ſpinoſo cincti, iride rubra;* branchiarum *opercula anteriora ſerrata, infra ſpina forti alba munita, poſteriore pone nuda, ſtriata, margine ſpinoſa;* dorſum *in regione colli gibbum, ſub pinna altera declive;* cauda *linearis, pinna bifida.*

Ghanam. 17. Sc. albida, lateribus utrinque vitta gemina alba. *Forſk. Fn. arab. p.* 50. *n.* 56.

*Habitat in* Arabiae *littore, Murdjan affinis, operculis ſpiniferae.*

Linea *lateralis dorſo parallela, utrinque comitata vitta alba; alia vitta a vertice ad finem pinnae dorſalis excurrente ex guttis obſcuris quincuncialibus conflata.*

18. Sc.

---

Sciaenae *genus medium inter labros et percas, nondum ſatis illuſtratum, et a viciniis diſcretum, ſpecies plures adhuc obſcurae.*

Jarbua. 18. Sc. argentea, vittis utrinque duabus curvis, in dorſo in annulum confluentibus, dorſi medii macula, frontisque faſciis duabus nigris. *Forſk. Fn. arab. p.* 50. *n.* 57. D. $\frac{10}{20}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 17.

*Habitat in* Arabiae *littore, ſub vitta utrinque linea fuſca curva, in occipite et media cauda coeunte, et infra hanc alia flavida inſignita.*

Oculi *iride caerulea;* dentes *ſubulati, ſimplices;* linea *lateralis curvata ſupra medium corpus;* pinnae *dorſales maculis nigris, prima* 2, *altera* 3, *pectorales et ani lituras flava, longitudinali; caudalis lineis* 4 *fuſcis variae.*

ſtridens. 19. Sc. caeruleo-argentea, lineis utrinque longitudinalibus fuſcis 3-5 picta. D. $\frac{11}{11}, \frac{1}{15}$. P. 16. V $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 16.

*Habitat in* Arabiae *littore, ſpithamam longa, herbis victitans, et, dum ex aquis extrahitur, ſtridens,* Murdjan *affinis.*

Linea *lateralis curva, dorſo propior.*

Gaterina. 20. Sc. flavido-caeruleſcens nigro-guttata, maculis ſparſis. *Forſk. Fn. arab. p.* 50. *n.* 59. Br. 7. D. $\frac{13}{12}$. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 17.

β) Sciaena Abu-Mgaterin, vittis fuſcis utrinque quatuor, nigro guttatis, pinnis flavis. *Forſk. Fn. arab. p.* 51.

γ) Sciaena Sofat. *Forſk. Fn. arab. p.* 51.

δ) Sciaena Faetela. *Forſk. Fn. arab. p.* 51.

*Habitat in* Arabiae *littore inter corallia,* 3 *ſpithamas,* β) *digitum,* γ) *ulnam,* δ) *tres ulnas longa, inſipida,* γ) *et* δ) *ſapida, ſubtus immaculata.*

Labia *obtuſa, pinguia;* lingua *alba;* palatum *rubrum;* branchiarum *opercula, ut in Murdjan;* pinnae *pectorales et ventrales flavae immaculatae.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0277-4 DFG

**argentea.** 21. Sc. argentea, ſupra nigro-guttata, ſubtus immaculata. *Forſk. Fn. arab. p.* 51. *n.* 60. Br. 7. D. $\frac{11}{11}, \frac{1}{16}$ P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 16.

*Habitat in* Arabiae *littore, ſquamis ciliatis veſtita.*

Vertex *ſquamatus, lineis inter nares* 2 *elatis;* oculi *iride argentea, ſuperne fuſca;* dentes *multi, ſetacei, mobiles, conferti, extimi ordinis majores;* pinnae *dorſales connexae nigro-guttatae, anterior rotundata, altera linearis; ventrales et analis rufeſcentes, apice acuminatae;* cauda *ſurgens, ſubbifida.*

**nebuloſa.** 22. Sc. nebulis longitudinalibus caeruleis et fuſco-flaveſcentibus. *Forſk. Fn. ſuec. p.* 52. *n.* 61. D. $\frac{10}{20}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 17.

β) Sciaena vittis longitudinalibus obſoletis violaceis. *Forſk. Fn. arab. p.* 52.

*Habitat in* Arabiae *littore.*

Caput *declive;* pinnae *ramentis auctae; caudalis bifida.*

**Mahſena.** 23. Sc. fuſca lineata, faſciis transverſis nebuloſis argenteis. *Forſk. Fn. arab. p.* 52. *n.* 62. D. $\frac{10}{20}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 17.

*Habitat in* Arabiae *littore, ex ovato oblonga, ſquamis fuſcis ramulis dentiformibus tecta, molluſcis teſtaceisque victitans.*

Vertex *laevis, declivis; ante nares cirri conici;* dentes *in utraque mandibula* 18 *conici, validi, faucium ſetacei, molares obtuſi lati;* branchiarum *opercula integerrima;* pinnae *ramentis auctae ex rubro violaceae; caudalis bifida.*

**Harak.** 24. Sc. vireſcens, pinnis pallide rubris, macula utrinque nigra lineari infra lineam lateralem. *Forſk. Fn. arab. p.* 52. *n.* 63. D. $\frac{10}{23}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 17.

*Habitat in* Arabiae *littore, Mahſenae multum affinis.*

Dentes *inciſores* 4 *in utraque mandibula, laterales retro obtuſi, lati, demum hemiſphaerici, unius ſeriei; pone hos alii numeroſi ſetacei;* palatum *rubrum;* branchiarum *operculum anterius pone oculos ſquamatum;* membrana branchioſtega

chioſtega *integra*, *recta*, *rivulis elevatis*; macula *lateralis rectangula fuſco colore cincta.*

Ramak. 25. Sc. albido-vireſcens, lineis longitudinalibus obſoletis violaceo-flaventibus, pinnis rubentibus. *Forſk. Fn. arab. p.* 52. *n.* 64. D. $\frac{10}{29}$.

Dib. β) Sciaena lamina transverſa membranacea in utraque maxilla. *Forſk. Fn. arab. p.* 53.

*Habitat in* Arabiae *littore*, *Mahſenae praeter colorem multum ſimilis.*

Dentes *medii tantillum majores.*

*An huc etiam ſpectant piſces Arabum Suli, Djard, Mork, Saka, Kerſit?*

grandoculis. 26. Sc. caeruleſcens, labio inferiore gibbo. *Forſk. Fn. arab. p.* 53. *n.* 65. D. $\frac{10}{21}$. - - - - - - -

*Habitat in* Arabiae *littore*, *Mahſenae affinis*, *ex ovato oblonga*, *lineis obſoletis picta.*

Oculorum *interſtitium tuberculatum*; labia *carnoſa*, *papillis rubris*; dentes *inciſores in utraque mandibula* 6, *molares lati*, *plani*, *breves*; branchiarum *opercula integra*; pinnae *violaſcentes*, *pectorales pallide rubrae*, *dorſalis et analis pone lobo auctae*, *caudalis bifida*, *radiorum interſtitiis a baſi ad apicem ſquamoſis.*

cineraſcens. 27. Sc. cinereo-vireſcens, lineis longitudinalibus flavis. *Forſk. Fn. arab. p.* 53. *n.* 66. Br. 7. D. $\frac{11}{23}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14}$. C. 15?

*Habitat in* Arabiae *littore*, *ex ovato oblonga*, *ſquamis integris*, *rhombeis*, *albidis*, *ad baſin utrinque gutta ex ferrugineo flava notatis veſtita.*

Dentes *filiformes*, *in unam ſeriem diſpoſiti*; branchiarum *opercula integra*, *ſquamoſa*; pinnae *pectorales margine exteriori albae*; *dorſalis et analis pars inermis elata, pone angulo acuminato oblique truncata.*

Safgha. 28. Sc. oblonga argentea immaculata, cauda forficata.

 *Forſk.*

*Forſk. Fn. arab. p.* 53. *n.* 67. - D. $\frac{8}{8}$.

*Habitat in* Arabiae *littore.*

Mandibulae *dentatae*, *inferior longior*; branchiarum *opercula tenuiter ſerrata*; pinnae *dorſi binae.*

armata. 29. Sc. argentea, ſpina inter caput pinnamque dorſalem rigida horizontali, cauda bifida. *Forſk. Fn. arab. p.* 53. *n.* 68.

*Habitat in* Arabiae *littore*, *ſcombri facie*, *compreſſa*, *ex ovato acuminata.*

Spina *pone caput antrorſum prominens*; linea *lateralis recta*; pinnae *albae*, *dorſalis et analis apice nigrae*; *caudalis tota fuſca*, *interno margine albida.*

## 168. PERCA.

*Caput*: *Mandibulae* inaequales, dentibus acutis incurvis armatae: *Opercula* triphylla, ſquamoſa, lamina ſuprema ſerrata.

*Membrana branchioſtega* radiis ſeptem.

*Corpus*: *Linea lateralis* cum dorſo arcuata; *ſquamae* durae, aſperae; *pinnae* ſpinoſae; *anus* caudae propior quam capiti.

* *Pinnis dorſalibus* 2 *diſtinctis.*

fluviatilis. 1. P. pinnarum dorſalium ſecunda radiis 16. *Fn. ſuec.* 332. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 46. *n.* 388. *Meiding ic. piſc. auſtr. t.* 5. *Art. gen.* 39. *ſyn.* 66. *ſpec.* 74. Perca lineis ſex tranſverſis nigris, pinnis ventralibus rubris. D. 14, 16. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{12}$. C. 17. *Gron. muſ.* 1. *p.* 42. *n.* 96. *zooph. p.* 91. *n.* 301. Per-

ca dorſo dipterygio, lineis utrinque ſex transverſis nigris: capite laevi: operculis monacanthis ſpinoſis. D. 14,14. P. 13. V. 6. A. 11. C. 17.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 66. *n.* 2. *t.* 52. Perca pinna ani radiis 11. D. 15,14. P. 14. V. 5. A. 11. C. 25.

*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 36. *n.* 1. *t.* 7. *f.* 2. Perca pinnis ventralibus duabus, areolis nigricantibus &c.

*Plin. hiſt. mund. l.* 9. *c.* 16. *Rondel. piſc.* 2. *p.* 196. *Bellon. aq. p.* 295. Perca.

*Salvian. aq. p.* 224. b. 226. *Geſn. aq. p.* 689. *icon. anim. p.* 302. *Thierb. p.* 168. b. *Wulff. ichth. boruſſ. p.* 27. *n.* 33. Perca fluviatilis.

*Jonſt. piſc. p.* 156. *t.* 29. *f.* 8. *Ruyſch theatr. anim. p.* 107. *t.* 28. 29. *f.* 8. *Schwenkf. theriotr. ſileſ. p.* 440. *Schonev. ichth. p.* 55. Perca major.

*Brit. zool.* 3. *p.* 211. *Will. ichth. p.* 291. *Raj. piſc. p.* 97. Perch.

*Marſigl. Danub.* 4. *p.* 65. *t.* 23. *f.* 2. Borſtling, Barſchling.

*Habitat in* Europae *et* Sibiriae *aquis dulcibus, etiam in* mari caſpio, *ex viridi pulcerrime aurea, lineis transverſis nigris, interdum ex atro viridibus aut caeruleis, rariſſime deficientibus, ad 2 usque pedes longa, rarius longior, velociſſime in certa aquae altitudine natans, vitae tenax, Aprili et Majo, ad corpus acutum ſe affricando, ova pariens, unico partu ad* 281000, *inſectis aquaticis, potiſſimum piſcibus minoribus victitans, majorum iterum, anguillae praeſertim, anatum quoque, jam in ovo praeda, carne ſapida, et multiplici modo eduli.* Veſica *natatoria vera*

*vera nulla;* ovarium *unicum; ex integumentis gluten coqui poteſt.*

Oculi *magni, iride caeruleſcente, intus flavo marginata;* nares *his vicinae duplices, ante eas pori 4 alii;* rictus *amplus;* mandibulae *aequales;* dentes *parvi;* palatum *tribus locis,* faux *4 dentibus armata multis exilibus;* lingua *brevis laevis;* branchiarum *apertura ampla;* pinnae *dorſales violaceae, prima radiis ſpinoſis, macula ad finem nigra inſignita, pectorales rubeſcentes, ceterae rubrae.*

americana. 37. P. rubra, pinnarum dorſalium ſecunda radiis 13.

*Schoepf. Naturf.* XX. *p.* 17. D. 9, $\frac{1}{11}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 18.

*Habitat in* Americae *ſeptentrionalis aquis ſubſalſis, fluviatili affinis, at labio inferiore, gula, membrana branchioſtega et operculi margine ſuperiori rubris, macula ad finem pinnae dorſalis lineisque transverſis nullis, dorſo minus elevato, et radiorum in pinnis numero diſtincta.*

Lucioperca. 2. P. pinnarum dorſalium ſecunda radiis 23. *Fn. ſuec.* 332. *Müll. zool. dan. prodr. p.* 46. *n.* 391. *Meiding. ic. piſc. auſtr. t.* 1.

*Art. gen.* 39. *ſyn.* 67. *ſpec.* 76. Perca pallide maculoſa, duobus dentibus maxillaribus utrinque majoribus. D. 14, $\frac{2}{23}$. P. 16. V. 6. A. 14. C. 17.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 62. *n.* 1. *t.* 51. Perca pinna ani radiis 14. D. 14, 23. P. 15. V. 7. A. 14. C. 22.

*Gron. zooph. p.* 91. *n.* 299. Perca dorſo dipterygio, capite laevi alepidoto: dentibus maxillaribus duobus utrinque majoribus.

*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 36. *n.* 2. *t.* 7. *f.* 3. Perca buccis craſſis &c.

*Geſn. paralip. p.* 28. *Aldr. piſc. p.* 667. *Jonſt. piſc. p.* 174. *t.* 30. *f.* 15. Schilus vel nagemulus.

*Will. ichth. p.* 293. *t.* S. 14.
*Raj. piſc. p.* 98. *n.* 24.
Lucio-perca.
*Schrift. der berl.* Naturf.
*Geſ.* 1. *p.* 281. Zander.

*Habitat in* Europae, *etiam* Perſiae *borealis aquarum profundiorum puriorum fundo arenoſo et margaceo, ut tamen etiam in mari* caſpio *occurrat, ad* 4 *usque pedes longa, vitae minus tenax, vorax, piſcibus aliis victitans, ne ſuae quidem ſpeciei parcens, aliorum iterum, fluviatilis, lucii, ſiluri, colymborum quoque frequens praeda, Aprili et Maio ova pariens numeroſiſſima ad* 380640; *ob carnem ſapidam, mollem, concoctu facilem multiplici modo eſculenta.*

Caput *oblongum, ſquamis nudum, anterius obtuſum;* oculi *nebuloſi, pupilla glauca, iride ſpadicea;* rictus *amplus;* mandibulae *dentibus* 40 *inaequalibus armatae, ſuperior paulo longior;* genae *tumidae, ex viridi rubroque variae;* dorſum *maculis obſoletis ex livido rubroque miſtis varium;* latera *argentea;* abdomen *album;* pinnae *pectorales flavicantes; reliquae albidae, dorſales nigro-maculatae, radiis ſimplicibus, poſterioris mollibus; in reliquis pinnis ramoſis;* cauda *bifurca.*

Volgenſis. 38. P. ex viridi aurea, pinnae dorſalis ſecundae radiis 23.
*Pall. it.* 1. *p.* 461. *n.* 21. D. 13,23. P. 14. V. 6. A. - - C. 15.

*Habitat in* Volga *et* Rhymno, *vicinisque aquis, inter fluviatilem et luciopercam media, utrum vere diſtincta, an hybrida?*

Corpus *ſquamis magnis aſperis tectum, areis* 6 *transverſis nigris et abruptis pictum;* oculi *iride argentea;* dentes *in mandibulae inferioris apice* 2 *majores;* pinnae *dorſales faſciis* 5 *variae, radiis robuſtis, rigidis munitae.*

Aſper. 3. P. flavicans faſciata, pinnarum dorſalium ſecunda radiis 13. D. 14,20. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{0}{13}$. C. 17.
*Art. gen.* 40. *ſyn.* 67. Perca lineis utrinque 8 ſ. 9. transverſis nigris. D. 8,13. P. 14. V. 5. A. 12. C. - -
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 175. *n.* 5. *t.* 107. *f.* 1. 2. Perca roſtro naſiformi, ra-

diis tredecim in pinna dorſali. D. 8,13. P. 13. V. 6. A. 11. C. 18.

*Gron. zooph. p. 92. n. 303. β.* Perca dorſo dipterygio, capite plagioplateo ſquamoſo: maxilla inferiore multo breviore.

*Jonſt. piſc. p.* 141. *t.* 26. *f.* 18. *Will. ichth. p.* 292. *t.* S. 14. *f.* 4. *Raj. piſc. p.* 98. *n.* 25. Aſper piſciculus.

*Aldr. piſc. p.* 616. *Geſn. aq. p.* 403. *icon. anim. p.* 292. *paralip. p.* 19. Aſper piſciculus, gobionis ſimilis.

*Schaeffer piſc. ratisb. p.* 69. *f.* 6. 7. Aſper verus ſtreber.

*Habitat in* Europae *auſtralioris ad* Germaniam *ſuperiorem usque aquis purioribus, elongata, flavicans, faſciis* 3-4 *transverſis nigris, ſupra nigricans, ſubtus albida* 6-8 *pollices longa, inſectis, vermibusque victitans, Martio ova minima albida pariens, carne delicioſa.*

Caput *latum;* oculi *iride alba, rubeſcente-marginata;* nares *duplices, ori propinquae;* os *inferum parvum, ſemilunare;* dentes *exiliſſimi;* mandibula *ſuperior longior;* branchiarum *operculum ſimplici lamina conſtans;* linea *lateralis recta;* anus *capiti propior, quam caudae;* pinnae *flaveſcentes, dorſalis prima radiis ſimplicibus ſpinoſis, reliquae inermibus ramoſis.*

Zingel. 39. P. pinnae dorſalis poſterioris radiis 19. *Meiding. ic. piſc. auſtr. t.* 4. D. 13,19.

*Gron. zooph. n.* 303. Perca dorſo dipterygio, capite plagioplateo ſquamoſo, maxilla inferiore multo breviore. D. 13, $\frac{1}{18}$. P. 14. V. $\frac{0}{6}$. A. 13. C. 17.

*Schaeff. piſc. ratisb.* 58. *t.* 3. *f.* 1. Zingel. D. 14,20. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{0}{13}$. C. 17.

*Kram. el.* 386. Zingel. D. 13, $\frac{1}{20}$. P. 12. V. 5.

*Habitat in* Danubio *aliisque* Germaniae *fluviis, aſpero affinis, at multo major, capite magis acuto, rictu ampliore, colore*

*lore minus obſcuro, cauda longiore truncata, ſubrotundata, diſtincta.*

punctata. 4. P. pinnae dorſalis ſecundae radiis 14. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 82. *Gronov. act. Upſ.* 1750. *p.* 39. *t.* 4. D. 9, $\frac{1}{14}$. P. 19. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{7}{14}$. C. 18.
*Art. gen.* 41. *ſyn.* 69. Perca radiis pinnae dorſalis ſecundae 13, ani 14. D. 9, 13. P. 15. V. 6. A. $\frac{3}{14}$. C. - -
*Habitat in* Europa *auſtraliore.*
*Haec, Muraena Helena, Myxo in Tripontino; Romae optima inter duos pontes. Pretio proxima acipenſeri.*

Alburnus. 6. P. pinnis dorſalibus muticis, branchioſtega triradiata, cauda integra. Br. 3. D. $\frac{1}{10}$, $\frac{1}{24}$. P. 22. V. $\frac{0}{0}$. A. $\frac{1}{8}$. C. 19.
*Catesb. Car.* 2. *p.* 12. *t.* 12. *f.* 2. Alburnus americanus.
*Habitat in* Carolina, *oblonga, faſciis fuſcis obliquis plurimis.* Garden. *Whiting.*
Os *denticulatum;* branchiarum *opercula ſubſerrata;* pinna *dorſalis prior radio primo ſpinoſo breviſſimo, reliquis rigidis.*

puſilla. 40. P. corpore ovato compreſſo ſcabro. *Brünn. piſc. maſſ. p.* 62. *n.* 79. Br. 6. D. $\frac{9}{9}$, 23. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{24}$. C. 14.
*Habitat in* mari mediterraneo, *ex rubente argentea, tota aculeis minutiſſimis ſcabra,* $1\frac{1}{2}$ *pollicem longa.*
Caput *aculeis validioribus armatum;* os *acutum;* mandibula *inferior paulo longior, ſubtus ſcaberrima;* oculi *iride alba;* pinnarum *ventralium ſpina valida, margine anteriori ſerrata.*

Lophar. 41. P. argentea, pinnis ventralibus adnatis. *Forſk. Fn. arab. p.* 38. *n.* 35. D. $\frac{7}{7}$, $\frac{1?}{27}$ P. $\frac{1?}{16}$ V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1?}{26}$ C. 17.
*Habitat* Conſtantinopoli, *harengi magnitudine et facie, dorſo ex fuſco vireſcens; an ex centrogaſtris genere?*
Caput *inter oculos ſulcis elatis longitudinalibus inaequale;* branchiarum *opercula anteriora latera tantum ſerrata, poſteriora integerrima;* pinnae *dorſalis prioris radii vix* pun-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0285-8

*pungentes; alterius et analis baſis anterior valde adipoſa; ventrales membranae ope carinae abdominis affixae et inter ſe unitae;* cauda *bifida, radiorum apice nigricante.*

arabica. **42.** P. corpore argenteo, lineis nigris longitudinalibus, macula caudae aurea, medio nigra. *Forſk. Fn. arab. p.* 42. *n.* 43. D. $\frac{6}{6},\frac{1}{11}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{11}$. C. 17.

*Habitat in* Arabiae *littore, ex oblongo lanceolata, truncata, ſubtus immaculata, ſquamarum laxarum, latarum, deciduarum, denticulatarum ordinibus longitudinalibus circiter* 10 *veſtita, lineis utrinque* 16-17.

Vertex *planus, inter oculos iride flava nitentes, carina obtuſa anterius et poſterius bifurca, pone oculos tribus oſſeis carinis inaequalis;* dentes *longi, ſubulati, recti, remoti, in utraque mandibula utrinque* 3, *medio majori, in inferioris medio* 2 *validiores remoti;* labia *aequalia;* palatum *dentibus multis, parvis, ſetaceis horrens;* lingua *plana, glabra;* branchiarum *opercula ſquamata, anteriora valde obeſa, angulo ſolum poſteriore et ſubtus ſerrulata, poſteriora integerrima;* pinnae *dorſales remotae; anterior fuſca, reliquae omnes ex fuſco flaveſcentes, dorſales, ventrales et analis triangulares, pectorales lanceolatae, caudalis bifida, ſegmentis lanceolatis.*

nilotica. **7.** P. pinnis dorſalibus ſubdiſtinctis, caudali integra. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 83.* *S. G. Gmelin it.* 3. *p.* 344. *t.* 25. *f.* 3. D. $8,\frac{1}{9}$. P. 14. V. 6. A. $\frac{3}{13}$. C. 15.

*Haſſelq. it.* 359. *n.* 83. Perca nilotica. D. $8,\frac{1}{13}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 20.

*Habitat in* Nilo *et* mari caſpio.

** *Dorſo monopterygio, cauda indiviſa.*

undulata. **8.** P. pinnis dorſalibus ſubunitis, corpore fuſco-undulato, macula fuſca ad pinnas pectorales. Br. 6. D. $10-\frac{1}{29}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{20}$ C. 19.

*Cateſb. Car.* 2. *p.* 3. *t.* 3. *f.* 1. Perca marina pinna dorſi diviſa.

*Habitat in* Carolina, *Croker.* Garden.

Bran-

Branchiarum *opercula anteriora dentibus* 5 *brevibus armata*; cauda *integra*.

ocellata. 10. P. pinnis dorſalibus ſubunitis, ocello ad pinnae caudae baſin. D-10. $\frac{1}{25}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{1}{10}$. C. 16.

*Habitat in* Carolina, *Baſs.* Garden.

Pinnae *dorſalis radius primus breviſſimus; ventralium primus brevior, ſimplex, muticus;* cauda *ad apicem ſuperiorem ante pinnam ocello nigro iride alba inſignita.*

marina. 9. P. pinnae dorſalis radiis 15 ſpinoſis, 14 muticis, corpore lituris variegato. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 83.* *Fn. ſuec.* 233. D. $\frac{15}{29}$. P. 19. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 14.

*Art. gen.* 50. *ſyn.* 68. Perca lineis utrinque 7 transverſis nigris, ductibus miniaceis caeruleisque in capite et antica ventris parte.

*Habitat in* Norwegia, Gallia *auſtrali*, Italia.

nobilis. 11. P. corpore argenteo, faſciis 8 fuſcis. D. $\frac{12}{25}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{20}$. C. 17.

*Habitat in* America *ſeptentrionali. Muſ.* de Geer.

Radii *pinnae dorſalis ſpinoſi ad latera argentei.*

polymna. 12. P. corpore nigro, faſciis tribus albis. D. $\frac{11}{26}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{16}$. C. 16.

*Gron. muſ.* 190. Perca dorſo monopterygio, cauda ſubrotunda, corpore faſciis transverſis albis. D. $\frac{11}{26}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 17.

*Seb. muſ.* 3. *t.* 26. *f.* 20-24. Chaetodon lineis 2 candidis. D. $\frac{11}{25}$. P. 19. V. 6. A. $\frac{2}{16}$. C. - -

*Habitat in* America *auſtrali et* India, *Chaetodontes, ſparos, labros, percas jungens, operculis ad has accedens.* Muſ. acad.

Faſcia *media excurrit per pinnae dorſalis partem poſteriorem.*

cottoides. 13. P. pinnis omnibus lineis duabus punctatis. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 84.* D. $\frac{14}{20}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 12.

*Habitat in* India.

14. P.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0287-9
DFG

philadelphica. 14. P. macula nigra in medio pinnae dorſalis, ſquamis et operculis ciliatis. Br. $\frac{1}{7}$. D. $\frac{10}{21}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 11.
*Habitat in* America *ſeptentrionali, nigro-maculata et faſciata, ſubtus rubra, Chub.* D. Garden.
Branchiarum *opercula poſterius mucronata;* pinnae *dorſalis radii 2 primi breviores.*

palpebroſa. 15. P. palpebris macula fuſca, linea laterali curva. D. $\frac{12}{33}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{11}$. C. 17.
*Habitat in* America, *parva.*

atraria. 16. P. corpore nigro, pinnis albido-maculatis. D. 8-33. P. 20. V. 7. A. 26. C. 20.
*Habitat in* Carolina, *Blackfiſh.* D. Garden.
Branchiarum *opercula anterius denticulata, poſterius ciliata;* linea *lateralis recta;* pinna *dorſalis lineis albidis picta.*

chryſoptera. 17. P. pinnis inferioribus flavis fuſco-maculatis.
*Catesb. Car. 2. p. 2. t. 2. f. 1.* Perca marina gibboſa.
*Habitat in* Carolina. D. Garden.
Branchiarum *opercula obſoletiſſime dentata;* linea *lateralis recta.*

mediterranea. 18. P. pinnis praeter dorſales fulvis, macula nigra ad pectorales. *Muſ. Ad. Fr. 2. p. 85.** D. $\frac{16}{27}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{13}$. C. 13.
*Brünn. piſc. maſſ. p. 66. n. 82.* Perca mediterranea. Br. 5. D. $\frac{16}{27}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14}$. C. 13.
*Habitat in* mari mediterraneo, *viridis, lineis laterali parallelis ſuperius obſcuris, ſubtus latioribus laeteque caeruleis picta, ſpithamam longa, compreſſa, oblonga.*
Caput *ſupra nudum, lineis transverſis et undulatis caeruleis pictum;* oculi *iride aurea, medio circulo caeruleo;* os *mediocre;* pinna *dorſalis ramentacea; poſterius altior.*

vittata. 19. P. lineis quinque albis fuſcisque. *Muſ. Ad. Fr. 2. p. 85.** D. $\frac{12}{18}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 17.
β) Perca faſciata. *Houttuyn act. Haarl.* XX. 2. *p.* 326. D. $\frac{11}{26}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14}$. C. 16.
*Habitat in* America, β) *in* Japonia, 8 *pollices longa.*
Lineae *vel faſciae transverſae, fere aequidiſtantes;* dentes *haud exigui.*

20. P.

punctula-ta. 20. P. corpore caeruleo punctato.
*Catesb. Car.* 2. *p.* 7. *t.* 7. *f.* 1. Perca marina punctata.
*Habitat in* America.

guttata. 21. P. corpore punctis ſanguineis adſperſo. †
*Marcgr. braſ.* 169. Cuguguacu.
*Sloan. jam.* 2. *p.* 280. *t.* 247. *f.* 2.
*Will. ichth.* 303. *t.* 1.
*Raj. piſc.* 127.
*Catesb. Car.* 2. *p.* 14. *t.* 14.
*Habitat in* America.

Scriba. 22. P. pinnis caudae pectoralibusque flavis, capite ſcripto. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 86.* D. $\frac{10}{25}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 15.
*Habitat* - - - -

Gigas. 43. P. corpore nebuloſo, operculis triſpinoſis, ſpinis dorſalibus 11. *Brünn. piſc. maſſ. p.* 65. *n.* 81. D. $\frac{11}{26}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 15.
*Habitat in* mari mediterraneo, 3 *pedes longa, ovata, lateribus compreſſa, ochracea, obſcuro fuſcoque nebuloſa.*
Caput *anterius nudum, ſubtus rubrum;* oculi *iride lutea;* os *magnum, faucibus palatoque dentatis;* labia *ſimplicia;* mandibulae *aequales;* dentes *plurium ordinum acuti,* 4 *anteriores ſuperioris majores conici;* lingua *magna laevis;* linea *lateralis obſcura, dorſo parallela, ſenſim curvata;* anus *caudae propinqua;* pinna *dorſalis ramentis aucta, radio ſeptimo breviore;* pinnae *pectorales rotundatae, extrorſum rubrae.*

Rogaa. 44. P. nigro-rufeſcens, cauda aequali, pinnis nigris, branchioſtega et capitis lobis obtectis obſcure rubris. *Forſk. Fn. arab. p.* 38. *n.* 36. D. $\frac{9}{22}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{13}$. C. 14.
*Habitat*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0289-4

*Habitat frequens in* Arabiae *littore inter corallia, tres ſpithamas longa.*

Vertex *convexus, inter oculos declivis; hi iride extrorſum nigra, dein flava, interius caerulea;* labia *lata, obtuſiſſima, ſuperius brevius protractile;* dentes *numeroſiſſimi ſetacei, introrſum mobiles, ſaepe anterius 2 inciſores validiores, conico-ſubulati, remoti; ante nares cirrulus;* branchiarum *opercula obeſa, ſquamata, poſteriora tridentata;* ſcapulae *gibbae;* linea *lateralis inconſpicua;* pinnae *obtuſae, dorſalis ramentis aucta, ventrales rotundatae.*

Lunaria. 45. P. ferrugineo-nigra, pinnis pectoralibus nigris, pone flavis, dorſali et caudali pone hyalino-albis. *Forſk. Fn. arab. p.* 39. *n.* 37. D. $\frac{9}{28}$. P. 18. V. $\frac{1}{5-6}$ A. $\frac{3}{13}$. C. 14.

*Habitat in* Arabiae *littore, Rogaae affinis.*

Pinnae *ventrales obverſe triangulares, nigrae, et analis dorſalisque vitta verſus marginem exteriorem, obſcure rubra; haec margine poſteriori alba; caudalis pone lunala hyalina, poſt hanc rufeſcens.*

Tauvina. 46. P. lineari-oblonga fuſca: guttis ferrugineo-nigris, cauda rotundata. *Forſk. Fn. arab. p.* 39. *n.* 38. D. $\frac{11}{26}$. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 17.

*Habitat rarior in* Arabiae *littore inter corallia, parum ſapida, tota ſquamis parvis denticulatis tecta.*

Caput *cuneatum, vertice declivi;* mandibulae *ſerie dentium parvorum, remotorum, ſubaequalium, rigidorum armatae, canino in utraque utrinque unico validiori, et lacuna media;* fauces *etiam, et* linguae *baſis dentibus numeroſis ſetaceis obſeſſae;* labia *obtuſa, ſuperius brevius, retuſum, protractile;* branchiarum *opercula anteriora pone denticulata, poſteriora triſpinoſa;* linea *lateralis dorſo propior et parallela;* pinnae *ex ferrugineo nigrae, guttis obſcurioribus, margine poſteriori albicantes; pectorales et ventrales fere aequales.*

faſciata. 47. P. rubra, faſciis transverſis latis albidis ſubquaternis. *Forſk. Fn. arab. p.* 40. *n.* 39. D. $\frac{11}{28}$. P. 7. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 17.

*Habitat*

*Habitat in* mari rubro, *ſquamis parvis veſtita, ulnam ſuperans.*

Caput *magnum;* oculi *magni propinqui, ſulcis 2 longitudinalibus ſejuncti, iride ex rufo vireſcente;* labia *rotundata, obtuſa, aequalia;* dentium *ſetaceorum in mandibula ſuperiori ordines plures, in inferiori unicus, in medio utriusque 2 dentes unici remoti;* branchiarum *opercula anteriora pone leviter dentata, poſteriora acuminata ſpinoſa;* pinnae *pectorales breviter pedicellatae, membrana fere connexae;* linea *lateralis dorſo propior.*

miniata. 48. P. coccinea, guttis caeruleis undique adſperſa, cauda rotundata. *Forſk. Fn. arab. p.* 41. *n.* 41. D. $\frac{9}{24}$. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 15.

β) Perca fuſca ocellis caeruleis. *Forſk. Fn. arab. p.* 41.

γ) Perca rubra, guttis caeruleis. *Forſk. Fn. arab. p.* 42.

*Habitat in* Arabiae *littore, inter corallia, piſcibus victitans, ſapida, ſquamis parvis, rotundatis, ſtriatis veſtita, inter chaetodontes, labros percasque media.*

Vertex *littera* V *notatus ante oculos; hi iride extrorſum rubra, interius flava, naribus rotundis, ſimplicibus, cirro conico circumvallatis;* labia *latiſſima, obtuſa, guttis caeruleis conſperſa, ſuperius brevius protractile;* dentes *ſetacei, canini validi in utraque mandibula* 2; branchiarum *opercula pone leviter ſerrata;* pinnae *omnes pone rotundatae, ventralibus ſolis acutis, margine anteriore caeruleis.*

Summana. 49. P. cauda rotundata, corpore cinereo-fuſco, guttis albis undique adſperſo. *Forſk. Fn. arab. p.* 42. *n.* 42. D. $\frac{11}{28}$. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 15.

fuſco-guttata. β) Perca caeruleſcens, guttis fuſcis. *Forſk. Fn. arab. p.* 42. D. $\frac{7}{7}$. P. 18. V. - - A. - - C. 18.

areolata. γ) Perca corpore cinereo-albido, guttis fuſco-flaveſcentibus. *Forſk. Fn. arab. p.* 42. D. $\frac{11}{29}$. P. 18. V. - - A. - - C. 14.

*Habitat in* Arabiae *littore, miniatae multum ſimilis.*

Caput

Caput *fuſcum*, *parum guttatum*, *ſub oculis utrinque macula oblonga nigra notatum*, *hi iride fuſca*; pinnae *fuſcae*, *guttis albis*; cauda *brevis*, *parum ſurgens*, *ſupra macula nigra inſignita*.

chinenſis. 50. P. flaveſcens, cauda ovali, maxilla inferiore breviore.
*Osb. it.* 335. D. $\frac{10}{36}$. P. 18. V. $\frac{0}{6}$. A. $\frac{2}{10}$. C. 17.

*Habitat in* Sina, *fluviatilis habitu*, *ſed minor*.

Os *ex oblongo rotundum*; linea *lateralis curva*; lingua, palatum, pinnae *flavicantes*; *dorſalis a capite ad caudam usque extenſa*, *medio humilior*.

*** *Dorſo monopterygio*, *cauda bifida*.

aſcenſionis. 51. P. ſupra rubeſcens, ſubtus albicans, cauda bifurca.
*Osb. it. p.* 388. Br. 8. D. $\frac{11}{27}$. P. 16. V. 8. A. 14. C. 26.

*Habitat in inſula* Aſcenſionis, *anguſta*, *ſquamis transverſis*, *ex oblongo rotundis*, *anterius denticulatis veſtita*.

Branchiarum *opercula laminis duabus ſerratis*: *dentibus duobus reliquos ſuperantibus*.

Louti. 52. P. oblongo-lanceolata, miniata: guttis pallide violaceis, cauda bifalcata: pinnarum omnium margine poſtico flavo. *Forſk. Fn. arab. p.* 40. *n.* 40. D. $\frac{9}{24}$. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 15.

*Habitat in* Arabiae *littoris profundis inter corallia*, *ad ulnam longa*, *ſquamis parvis*, *ſtriatis*, *rotundatis*, *integris veſtita*, *ſubtus pallida immaculata*.

Vertex *nudus*, *convexus*; oculi *iride miniata*; *ante nares ſimplices utrinque cirrus conicus*; labia *obtuſa*, *ſuperius brevius protractile*; dentes *ſetacei*, *flexiles*, *denſi*, *nonnulli validiores*, *remoti*, *conici*; *opercula* branchiarum *obeſa ſquamulata*, *anteriora integerrima*, *poſteriora pone triſpinoſa*; linea *lateralis dorſo propior*, *non parallela*; pinnae *pectorales et ventrales immaculatae*, *illae ovatae*, *hae angulo falcato*; cauda *linearis*.

venenoſa. 23. P. pinnis pectoralibus apice flavis, cauda lunata, corpore punctis ſanguineis. †

*Catesb. Car.* 2. *p.* 5. *t.* 5. Perca marina venenoſa punctata.
*Habitat in* America.

melanura. 24. P. cauda nigra margine albo, corpore lineis luteis. †
*Catesb. Car.* 2. *p.* 7. *t.* 7. *f.* 2. Perca marina, cauda nigra.
*Habitat in* America.

ſectatrix. 25. P. cauda bifurca poſtice rubra, abdomine luteo griſeo-lineato. †
*Catesb. Car.* 2. *p.* 8. *t.* 8. *f.* 2. Perca marina ſaltatrix.
*Habitat in* America.

ſtigma. 26. P. pinna dorſali ramentacea, operculis inuſtis. D. $\frac{18}{27}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{9}{19}$. C. 17.
*Habitat in* India. *Muſ. acad.*

diagramma. 27. P. corpore lineis luteis, aculeis dorſalibus 11.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 88. *et* 187. Sparus lineis longitudinalibus luteis varius, aculeis XI in pinna dorſi. D. $\frac{11}{26}$. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 18.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 27. *f.* 18.
*Habitat* - - - -

ſtriata. 28. P. corpore ſtriato. D. $\frac{13}{24}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 17.
*Habitat in* America *ſeptentrionali, cauda non nigra, qua nota a melanura differt. Muſ.* de Geer.
Branchiarum *opercula ſubſerrata; radius* pinnae *analis ſecundus validiſſimus.*

lineata. 29. P. pinna dorſali ramentacea, corpore lineis 5 albis fuſciſque.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 66. Sciaena faſciis 5 longitudinalibus albis fuſciſque alternis. D. $\frac{17}{23}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 16.
*Habitat* - - - -

Cernua. 30. P. pinnae dorſalis radiis 27, ſpinis 15. *Fn. ſuec.* 335.
*Müll. prodr. zool. dan. p.* 46. *n.* 392. *Meiding. ic. piſc. auſtr. t.* 3.
*Art. gen.* 40. *ſyn.* 68. *ſpec.* 77. Perca dorſo monopterygio, capite cavernoſo. D. $\frac{15}{28}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{8}$. C. - -
*Gron. muſ.* 1. *p.* 41. *n.* 94. *zooph. p.* 86. *n.* 288. Perca dorſo monopterygio, capite ſubcavernoſo alepidoto aculeato, cauda lunulata, corpore maculoſo. D. $\frac{15}{28}$. P. - - V. 6. A. $\frac{2}{7}$. C. 16.
*Kram. elench.* 386. D. $\frac{15}{26}$. P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{7}$. C. - -
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 75. *n.* 3. *t.* 53. *f.* 2. Perca dorſo monopterygio capite cavernoſo. D. $\frac{15}{27}$. P. 14. V. 6. A. 7. C. 17.
*Schaeff. piſc. ratisb.* 39. *t.* 2. *f.* 1. Cernua. D. $\frac{15}{28}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{9}$. C. 17.
*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 40. *n.* 1. *t.* 8. *f.* 1. 2. Percis pinnis ſex &c.
*Aldr. piſc. p.* 626 - 627. *Jonſt. piſc. p.* 157. *Ruyſch theatr. anim. p.* 108. Perca minor.
*Bell. aquat. p.* 291. *Wulff ichth. p.* 28. *n.* 35. *Geſn. aquat. p.* 191. 701. *icon. anim. p.* 50. *Will. ichth. p.* 334. *t.* X. 14. *f.* 2. *Raj. piſc. p.* 144. *n.* 10.
*Brit. zool.* 3. *p.* 215. *n.* 3. Ruffe.
*Marſ. danub.* 4. *p.* 67. *t.* 23. *f.* 2. Pfaffenlaus.
*Habitat in* Europae *aquis dulcibus purioribus, utplurimum* 6-8 *pollices longa, vermibus, inſectis, aliis piſcibus junioribus victitans, lucii aliorumque majorum piſcium, aviumque aquaticarum frequens praeda, Martio et Aprili ova exilia, ochroleuca,* 75600 *uno partu, in clivo arenaceo pariens, fertilis ideo, tarde creſcens, carne concoctu facili multiplici modo eduli, teres, muco obducta,* ad

*ad latera flavicans, in virentem et fuſcum colorem vergens, vel aurea, nigro-maculata, pectore albo, nucha dorſoque nigricantibus.*

Caput *craſſum, deorſum compreſſum;* oculi *magni, pupilla caerulea iride fuſca, naevo luteo notata;* mandibulae *aequales;* os *mediae amplitudinis;* dentes *minutiſſimi acuti, palatum quoque fauceſque obſidentes;* pinnae *flavicantes pectorales, dorſalis et caudalis lunata nigro-maculatae.*

nigra. 53. P. anguſta, ſquamis minutiſſimis veſtita.
*Brit. zool.* 3. *p.* 216. *n.* 4.
*Borlaſ. Cornwall. p.* 271. *t.* 25. *f.* 8. Blackfiſh.
*Habitat in* Cornubiae *fluvio, cernuae ſimilis, an ſpecie diſtincta?*
Longitudo 15 *pollicum;* caput *truttae;* dentes *minimi.*

Acerina. 54. P. pinnae dorſalis radiis 31, ſpinis 17. *Güldenſtedt nov. comm. Petropol.* 19. *p.* 457. D. $\frac{17-18}{30-32}$ P. 25. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{7-9}$ C. 17.
*Habitat in* ponto euxino *et* palude maeotica, *fluvios etiam, qui in utrumque effunduntur, ingrediens, magnitudine, carne delicioſa, victu, partium numero, ſitu, figura et colore ad cernuam accedens, at* caput *longius, radiorum in pinnis numerus diverſus.*

Schraetſer. 31. P. lineis corporis nigris.
*Meiding. ic. piſc. auſtr. t.* 2.
*Art. gen.* 40. *ſyn.* 68. Perca dorſo monopterygio, lineis utrinque longitudinalibus nigris. D. $\frac{18}{10}$. P. 16. V. 6. A. $\frac{2}{8}$. C. - -
*Gron. zooph.* 289. Perca dorſo monopterygio, capite cavernoſo alepidoto aculeato, cauda ſublunata, corpore lineari. D. $\frac{18}{30}$. P. - - V. - - A. 8. C. - -
*Kram. el. p.* 387. *n.* 5. D. $\frac{18}{31}$. P. 14. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{7}$. C. 18.
*Schaeff. piſc. ratisb.* 48. *t.* 2. *f.* 2. Schraitſer. D. $\frac{18}{32}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{9}$. C. 17.
*Habitat in* Europa *auſtrali.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0295-8 DFG

argentea. 32. P. naribus tubuloſis. *Muſ. Ad. Fr. 2. p. 86.** D. $\frac{12}{22}$. P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 17.
*Habitat in* America.
*In* pinna *dorſali ſpinoſa macula nigra.*

Cabrilla. 33. P. faſciis longitudinalibus 4 ſanguineis. *Muſ. Ad. Fr. 2. p. 87.** D. $\frac{10}{24}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 17.
β) *Muſ. Ad. Fr. 2. p. 87.** Perca lituris flavis violaceisque variegata. D. $\frac{10}{24}$. P. 14. V. 6. A. $\frac{3}{10}$. C. 16.
*Habitat in* mari mediterraneo.

Radula. 34. P. corpore punctis albis lineato.
*Amoen. acad. 1. p. 313.* Labrus immaculatus, pinnae dorſalis radiis 10 ſpinoſis. D. $\frac{11}{20}$. P. 12. V. 6. A. $\frac{3}{13}$. C. 17.
*Habitat in* India, *ſquamis crenulatis tecta.*

formoſa. 35. P. cauda lunata, capite lineis caeruleis. Br. 4. D. $\frac{10}{23}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 19.
*Catesb. Car. 2. p. 6. t. 6. f. 1.* Perca marina, capite ſtriato.
*Habitat in* Carolina; *Squirrelfiſh.* D. Garden.
Caput *lineis lituriſque caeruleis varium*; branchiarum *opercula denticulata*; pinnae *dorſalis pars anterior abbreviata verſus poſteriorem.*

trifurca. 36. P. cauda trifida. D. $\frac{11}{22}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 20.
*Habitat in* mari, Carolinam *alluente*, *pulchre variegata, faſciis 7 caeruleis ornata.* D. Garden.
Faux *lutea*; branchiarum *opercula ſubtiliſſime denticulata*; pinnae *dorſalis radius ſpinoſus 3 et 4 acutus ramento ſetaceo longitudine ipſius ſpinae.*

## 169. GASTEROSTEUS.

*Caput* oblongum glabrum; *mandibulae* dentibus exilibus armatae; *lingua* brevis obtuſa; *palatum* laeve; *oculi* mediocres, vix prominuli, laterales.

*Membrana branchioſtega* radiis tribus, ſex vel ſeptem; *operculum* diphyllum, rotundatum, ſtriatum.

*Corpus* ad caudam utrinque carinatum, ſcutis tectum; *aculei* diſtincti ante pinnam dorſi; *dorſum* et *linea* lateralis parallela recta. *Pinnae* ventrales pone pectorales, ſed ſupra ſternum.

aculeatus. 1. G. ſpinis dorſalibus tribus. *Fn. ſuec.* 336. *Art. gen.* 52. *ſyn.* 80. *ſpec.* 26. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 47. *n.* 3. *Gron. muſ.* 1. *p.* 49. *n.* 111. *zooph. p.* 134. *n.* 405. *Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 79. *n.* 1. *t.* 53. *f.* 3. — D. 3,12. P. 10. V. 1/2. A. 1/2. C. 12.
*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 48. *n.* 2. *t.* 14. *f.* 4. 5. Centriſcus duobus in dorſo arcuato aculeis, totidem in ventre.
*Bellon. aq. p.* 327. Spinarella.

*Brit. zool.* 3. *p.* 217. *n.* 1.
*Will. ichth.* 341. *Raj. piſc. p.* 145.
*Rondel. poiſſ.* 2. *p.* 206. Epinoche.
*Wulff ichth. p.* 30. *n.* 37. Stichling, Stachelfiſch.

*Habitat in* Europae *aquis dulcibus*, 3 *circiter pollices longus, brevis aevi, ut tertium vix annum attingat, Aprili et Junio ad plantas aquaticas ova pariens pauca, aculeis ſuis a rapacibus aquae incolis tutus, vermibus inteſtinalibus tanto crebrius infeſtatus, ovis piſcium junioribusque piſcibus, vermibus et inſectis, eorumque chryſalidibus victitans, rarius edulis, ad agros impinguandos, pinguedine ſua, ad nutriendas anates et ſues utilior, ad latera argenteus.*

Caput *compreſſum, anterius declive;* oculi *prominuli, iride argentea;* mandibulae *aequales;* branchiarum *operculum magnum argenteum;* gula *et* pectus *interdum ruberrima;* linea *lateralis aſpera, dorſo propior;* pinnae *flavicantes.*

Ductor. 2. G. ſpinis dorſalibus quatuor, membrana branchioſtega ſeptemradiata. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 88.* — Br. 7. D. 4,27. P. 18. V. 6. A. 16. C. 19.
*Haſſelq. it.* 336. Scomber Ductor. — D. $\frac{4}{28}$. P. 20. V. 5. A. 16. C. 16.
*Osb. it.* 73. *t.* 12. *f.* 2. *et act. Stockh.* 1755. *p.* 71. Scomber Ductor. — D. $\frac{3}{30}$. P. 19. V. 5. A. 16. C. 26.
*Loeſl. it.* Scomber faſciis quatuor caeruleo-argenteis, aculeis 4 ante pinnam dorſalem. — D. 4,27. P. 19. V. 6. A. $\frac{2}{27}$. C. - -
*Gron. zooph.* 309. Scomber dorſo monopterygio, pinnulis nullis, linea laterali recta mutica ad caudam dilatata. — D. 3,27. P. 20. V. $\frac{2}{6}$. A. 17. C. - -
*Raj. piſc.* 156. Pilote piſcis.
*Brünn. it.* 325. *t.* 190. Lootsmannekens.

*Habitat in* pelago, *ſquali ſatelles eique viam praetentans, inter gaſteroſteos et ſcombros medius, his membrana branchioſtega,*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0298-5 DFG

*chioſtega, illis ſpinis ante pinnam dorſalem diſtinctis, caudaeque lateribus carinatis inprimis pungitio propior.*

japonicus. 9. G. ſpinis dorſalibus quatuor, membrana branchioſtega quinqueradiata. *Houttuyn act. Haarl.* XX. 2. *p.* 329. Br. 5. D. 4, 10. P. 12. V. -- A. 9. C. 22.

*Habitat in* Japonia, *ſquamis magnis rhombeis in aculeos retrorſum verſos deſinentibus, anterius ſpinoſo ciliatis, margine fuſcis, in ſeries diſpoſitis tectus, flavus* 5, *pollices longus; an hujus generis?*

Caput *obtuſum;* mandibulae *edentulae, ſcabrae;* branchiarum *opercula non ſquamata, pone dentata;* ſpinae *dorſales mobiles, craſſae, validae, inaequales, in foſſula recondendae;* pinnae *ventrales ſpina ſeſquipollicari craſſa, rigida, parum mobili connexae.*

occidentalis. 3. G. ſpinis dorſalibus ſeptem, duabusque ante pinnam analem. D. 7, 11. P. 7. V. 6. A. 2, $\frac{1}{7}$. C. 16.

*Brown jam.* 452. *t.* 46. *f.* 2. Saurus argenteus, cauda longitudinaliter ſtriata, ſtriis prominentibus brevibus interrupta.

*Habitat in* America. *Muſ.* de Geer.

Lyſan. 13. G. ſupra fuſco-caeruleſcens, ſpinis dorſalibus 7, analibus 2. *Forſk. Fn. arab. p.* 54. *n.* 69. Br. 8. D. $\frac{7}{7}$, $\frac{1}{21}$. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{2}$, $\frac{1}{19}$. C. --

*Habitat in* Arabiae *littore, argenteus, ex oblongo lanceolatus, ſquamis minutis lanceolatis tectus;* linea *lateralis undulata, verſus caudam demum recta.*

ovatus. 4. G. ſpinis dorſalibus ſeptem, prima recumbente, corpore ovato. Br. 6. D. 7, 20. P. 16. V. 6. A. 2, $\frac{1}{17}$ C. 20.

*Habitat in* Aſia, *compreſſus, figura ad chaetodontem, ſcutelli thoracis defectu ad labros, ſpina dorſi prima antrorſum recumbente fixa ad ſcombros accedens.*

Mandibulae, *et* labiorum *dentes ſcabri;* ſpinae *dorſales diſtinctae alternatim ad latera directae; prima minima, altera paulo longior.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0299-3

carolinus. 5. G. ſpinis dorſalibus octo, analibus tribus. D. 8,26. P. 18. V. 5. A. $\frac{3}{27}$. C. 27.
*Habitat in* Carolina, *ex oblongo ovatus*, *Crevalle*. D. Garden.
Linea *lateralis ad caudam ſubcarinata*; pinna *dorſalis et analis falcatae*; cauda *bifurca*.

canadus. 6. G. ſpinis dorſalibus octo, analibus nullis. Br. 7. D. 8,33. P. 2. V. 7. A. 26. C. 20.
*Habitat in* Carolina, *oblongus*. D. Garden.
Spinae *pinnam dorſalem priorem mentientes* 7-8; *poſterior et analis falcatae*; cauda *ſubbiloba*.

Saltatrix. 7. G. ſpinis dorſalibus octo membrana connexis. Br. 7. D. 8,26. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. 27. C. 21.
*Catesb. Car.* 2. *p.* 14. *t.* 14. Saltatrix.
*Habitat in* Carolina, *congeneribus minus ſpinoſus*, *ceterum ad percas accedens*. *Shipjach*. D. Garden.
Mandibula *inferior dentium ordine unico*, *ſuperior duobus armata*; ſpinae *dorſales debiles*, *membrana tenuiſſima intertextae*, *in foſſula recondendae*; cauda *bifurca*.

Pungitius. 8. G. ſpinis dorſalibus decem. D. 10,11. P. 10. V. 1. A. 11. C. 13.
*Fn. ſuec.* 337. *Art. gen.* 52. *ſyn.* 80. *ſpec.* 97. *Gronov. muſ.* 1. *p.* 50. *n.* 112. *zooph. p.* 134. *n.* 406.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 82. *n.* 2. *t.* 53. *f.* 4.
*Klein piſc. miſſ.* 4. *p.* 48. *n.* 4. Centriſcus ſpinis decem vel undecim, non perpendiculariter erectis &c.
*Bell. aq. p.* 227. Spinarella puſillus.
*Rondel. piſc.* 2. *p.* 206. *Geſn. aq. p.* 8. *icon. anim. p.* 284. *Thierb. p.* 160. a. Piſciculus aculeatus alterum genus.
*Aldrov. piſc. p.* 628. Pungitius alterum genus.
*Raj. piſc. p.* 145. *n.* 4. Piſciculus aculeatus minor.

*Will.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0300-0
DFG

*Will. ichth. p.* 342. Leſſler Stickleback.
*Brit. zool.* 3. *p.* 219. *n.* 2. Ten ſpined Stickleback.
*Habitat in* Europae *maribus et lacubus gregarius, vere oſtia fluviorum intrans, ſeſquipollicaris, aculeato magis elongatus, ſquamis ſcutisque nudus, flavus, ſubtus argenteus.*

Spinachia. 10. G. ſpinis dorſalibus quindecim. *Fn. ſuec.* 338. *Art. gen.* 52. *ſyn.* 81. *Gron. muſ.* 1. *p.* 50. *n.* 113. *zooph. p.* 134. *n.* 407. *Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 84. *n.* 3. *t.* 53. *f.* 1. D.15,6-7.P.10.V.0-2.A.6-7.C.12.
*Muſ. Ad. Fr. p.* 34. Gaſteroſteus pentagonus.
*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 48. *n.* 1. Centriſcus aculeis quindecim in dorſo &c.
*Will. ichth. p.* 340. *t.* X. 13. *f.* 2. *app. p.* 23. *Raj. piſc. p.* 145. *n.* 15. Aculeatus vel pungitius marinus longus.
*Brit. zool.* 3. *p.* 220. *n.* 3. Fifteenſpined Stickleback.
*Habitat in* Europae *maribus, 6-7 pollices longus, elongatus, ſupra fuſcus vel olivaceus, ſubtus albus vel argenteus, ignem ſequens, vermibus, inſectis, piſcium ovis piſcibusque vix excluſis victitans, vix edulis, impinguandis agris, oleoque excoquendo pro lampadibus adhibitus.*
Caput *tubuloſum;* oculi *iride argentea;* os *exiguum; mandibula inferior longior;* dentes *acuti;* branchiarum *operculum radiatum;* truncus *pentagonus;* linea *lateralis elevata, acuta, ex ſcutis multis fuſcis conflata;* cauda *depreſſa, ſupra ſubtusque linea elevata notata;* ſpinae *dorſales retrorſum curvatae, in foſſula penitus recondendae;* pinnae *pectorales oblongae; caudalis rotundata.*

Spinarella. 11. G. capitis poſtice ſpinis quaternis ſerrulatis lateralibus longitudine abdominis.

*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 74. *t.* 32. *f.* 5. Pungitius puſillus. D. 16. P. 20. V. 4. A. 8. C.
*Habitat in* India.

acanthias. 12. G. ſpinulis quatuor ante pinnam dorſalem, membranae branchioſtegae radiis tribus. *Pontopp. Naturg. Danaem. p.* 188. *n.* 3.
*Habitat in* Daniae *maribus.*

## 170. SCOMBER.

*Caput* compreſſum, laeve.
*Membrana branchioſtega* radiis ſeptem.
*Corpus* laeve, linea laterali poſtice carinatum. *Pinnae ſpuriae* ſaepius verſus caudam.

* *Pinnulis ſpuriis diſtinctis.*

Scomber. 1. Sc. pinnulis quinque. *Fn. ſuec.* 339. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 47. *n.* 395.
*Gron. muſ.* 1. *p.* 34. *n.* 81. *zooph. p.* 93. *n.* 304. D. 11,11. P. 18. V. 6. A. 12. C.
*Art. gen.* 30. *ſyn.* 48. *ſpec.* 68. Scomber pinnulis quinque in extremo dorſo, ſpina brevi ad anum. D. 12,12. P. 20. V. 6. A. 13. C.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 88. *n.* 1. *t.* 54. Scomber pinnulis quinque in margine utroque caudae. D. 12,12. P. 20. V. 6. A. 13. C. 20.
*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 12. *n.* 5. *t.* 4. *f.* 1. Palamys corpore caſtigato &c.
*Plin. hiſt. mund. l.* 9. *c.* 15. *l.* 31. *c.* 8. *l.* 32. *c.* 40. Scomber.
*Brit. zool.* 3. *p.* 221. *n.* 1. *Will. ichth. p.* 181. *Raj. piſc. p.* 58. Mackrell.

*Habitat gregarius in* oceano europaeo, americano, atlantico, mediterraneo, *hieme in profundis latens, vere littora et ſuperficiem petens, voraciſſimus, ne homini quidem parcens, pedalis vel bipedalis, vitae minus tenax, fertiliſſimus, recens ex mari extractus phoſphori lumen ſpargens, Junio ova inter ſaxa littoris pariens, multiplici modo edulis, elongatus, ſquamis mollibus, parvis, tenuibus, tectus, ſupra niger, caeruleo undulatus, ſubtus argenteus.*

Caput *longum;* oculi *magni, iride argentea, tecti ab autumno pellicula, ſub aeſtatem iterum evanida;* rictus *amplus;* lingua *libera, acuta, laevis;* palatum *medio laeve, margine dentibus acutis parvis, quemadmodum utraque mandibula armatum;* mandibula *inferior longior;* nucha *lata, nigra;* branchiarum *apertura ampla, opercula triphylla argentea;* truncus *compreſſus, caudam verſus anguſtus et quadrangularis;* linea *lateralis dorſo propior et parallela, ſubtus maculis oblongis comitata;* anus *caudae propior, quam capiti;* pinnae *parvae, cinereae, caudalis bifurcata.*

Colias. 11. Sc. laete viridis et azureus. *Cetti peſc. e anf. di Sard. p.* 196.
Κολιας. *Ariſtot. anim. hiſt.* V. 9. VIII. 13. IX. 2. *Athenaeus Deipnoſ.* III. 118. 120. VII. 321.
Colias. *Aldr. piſc. p.* 274. *Geſn. aq. p.* 256. *Will. ichth. p.* 182.
Lacertus. *Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 122.
*Habitat ad* Sardiniam, *ſcombro ſimilis, at minor; an junior piſcis?*

japonicus. 12. Sc. caeruleſcens, pinnulis 5 ſpuriis. *Houttuyn act. Haarl.* XX. 2. *p.* 331. *n.* 18. D. 8,8. P. 18. V. 6. A. 11. C. 20.
*Habitat in* mari japonico, *harengo ſimilis, capite argenteo, ſquamis minimis, mandibula utraque denticulis ciliata,* 8 *pollices longus; an ſat diſtinctus a ſcombro?*

auratus. 13. Sc. aureus, pinnulis ſpuriis 5. *Houttuyn act. Haarl.* XX. 2. *p.* 331. *n.* 19. D. 9, - - P. 18. V. 6. A. 6. C. -
*Habitat in* mari, Japoniam *circumfluente, an varietas ſcombri?*

Alatunga. 14. Sc. primis pectoralibus longiſſimis, pinnulis caudae utrinque ſeptem. *Cetti peſc. e anf. di Sard. p.* 198.
*Habitat periodice gregarius in mari* mediterraneo, *migrans, edulis.*

Pelamis. 2. Sc. pinnulis inferioribus ſeptem, corpore lineis utrinque quatuor nigris. *Loefl. it.* 102. D. 15, 11. P. 27. V. 6. A. 14. C. -
*Osb. it.* 67. Scomber pulcher ſ. Bonnet. D. 15, 10. P. 28. V. 7. A. 14. C. 26.
*Habitat in* pelago *inter tropicos, etiam in* mari atlantico, *exocoetos exagitans.*

Thynnus. 3. Sc. pinnulis utrinque octo. *Müll. prodr. p.* 47. *n.* 396.
*Brünn. piſc. maſſ. p.* 70. *n.* 86. Scomber pinnulis ſupra infraque octo, corpore plumbeo.
*Osb. it.* 69. Scomber albicans ſ. Albecor. D. 14, 12. P. 32. V. 6. A. 13. C. 30.
*Art. gen.* 31. *ſyn.* 49. Scomber pinnulis 8 ſeu 9 in extremo dorſo, ſulco ad pinnas ventrales. D. 14, 14. P. 34. V. 6. A. 13. C. -
*Loefl. epiſt.* Scomber pinnulis 9, pinna dorſi priore plicata, dentibus planis lanceolatis, maxilla ſuperiore acuta. D. 14, 13. P. 22. V. 6. A. 16. C. -
*Gron. zooph.* 305. Scomber pinnulis utrinque 9, dorſo dipterygio, ſpina duplici ad anum? D. 6. P. - - V. - - A. 11. C. -
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 95. *n.* 2. *t.* 55. Scomber

linea

linea laterali laevi ſuperius incurvata. D. 15,12. P. 22. V. 6. A. 13. C. 25.

*Brown jam.* 451. Thynnus pinnulis ſuperioribus 9, inferioribus 8.

*Will. ichth. t.* M. 5. *f.* 1. Coretta alba piſonis.

*Piſo ind. p.* 59. *Marcgr. braſ. p.* 178. Guarapucu.

*Rondel. piſc.* 1. *p.* 249. Orcinus.

*Plin. hiſt. mund. l.* 9. *c.* 15. *l.* 32. *c.* 11. Tunnus.

*Ariſtot. hiſt. anim. l.* 2. *c.* 13. *l.* 4. *c.* 10. *l.* 5. *c.* 9-11. *l.* 6. *c.* 17. *l.* 8. *c.* 2. 12. 13. 15. 19. 30. *l.* 9. *c.* 2. Θυννος.

*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 12. *n.* 3. Pelamys pinna dorſali ſecunda rubro aut flavo colore infecta &c.

*Habitat in* maribus Europam, Africam, *auſtralem* Aſiam *et* Americam *alluentibus, utplurimum* 1-2, *rarius* 10 *pedes longus, fuſiformis, argenteus, ſupra chalybeus, convexus, voraciſſimus, ut ne ſuae ipſius ſoboli parcat, clupeas praeſertim et exocoetos, ipſosque ſcombros exagitans, ſqualorum iterum et xiphiae praeda, Majo et Junio ova papaveris ſemini aequalia pariens, gregatim parallelogrammi figura magno cum ſtrepitu littora petens, velociſſime natans, multiplici arte, in inſulis praeſertim maris mediterranei, capiendus et ad cibum praeparandus, Romanis jam olim expetitum, qui etiam inteſtina ſalita inter cupedias referebant, aliquando tamen, forſan a comeſtis molluſcis nocivis, venenatus.*

Caput *parvum, anterius obtuſum;* oculi *magni, iride argentea, extrorſum aurea;* rictus *amplus;* mandibulae *dentibus parvis acutis armatae, inferior longior;* lingua *brevis glabra;* branchiarum *apertura ampla, operculum diphyllum;* truncus *craſſior, ſquamis minutis, tenuibus, deciduis tectus;* pinnae *pectorales longae, ſpuriae, analis, et dorſalis poſterior flavicantes; dorſalis prior, ventrales breves, et caudalis lunata cinerea.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0305-9

Cordyla. 4. Sc. pinnulis decem, linea laterali loricata.
*Gron. act. upſ.* 1750. *p.* 36. Scomber linea laterali curva tabellis oſſeis loricata, corpore lato et tenui. D. 7,9. P. 15. V. 6. A. 2,14. C. 20.
*Gron. zooph.* 307. Scomber compreſſus latus, linea laterali curva laevi, prope caudam recta loricata.
*Marcgr. braſ.* 172. Guara tereba.
*Raj. piſc.* 93. Trachurus braſilienſis.
*Habitat in* America.

fulvo-guttatus. 15. Sc. pinnula ante pinnam ani ſolitaria biradiata. *Forſk. Fn. arab. p.* 56. *n.* 63. D. $\frac{7}{7}, \frac{1}{1}, \frac{1}{28}$. P. $\frac{1}{21}$. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{2}, \frac{1}{25}$. C. 19?
*Habitat in* Arabiae *littore*, Ferdau *multum ſimilis, nitens, ex glauco caeruleus, guttis aureis ad latera conſperſus.*
Vertex *ante oculos, iride aurea lucentes, cavus; a capite ad pinnam dorſi membrana polita, nuda, glauca;* linea *lateralis primum arcuata, dein recta;* pinna *dorſalis prima tota in foſſula recondenda; ventrales approximatae; caudalis angulo obtuſo longe bifida.*

** *Pinnulis ſpuriis nullis.*

Glaucus. 5. Sc. ſpina dorſali recumbente.
*Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 89.
*Osb. it.* 296. Scomber aſcenſionis. D. 7,25. P. 20. V. 5. A. 25. C. 20.
*Art. gen.* 32. *ſyn.* 51. Scomber dorſo dipterygio, oſſiculo ſecundo pinnae dorſalis altiſſimo. D. 7,26. P. 18. V. 5. A. $\frac{2}{27}$. C. ..
*Habitat ad inſulam* Aſcenſionis.

ſpecioſus. 16. Sc. pallide aureus, faſciis verticis obliquis, corporis ſeptem nigris alternis. *Forſk. Fn. arab. p.* 54. *n.* 70. D. $\frac{6}{6}, \frac{1}{20}$. P. 21. V. 5-6. A. $\frac{2}{2}, \frac{1?}{17}$ C. ..

*Habitat*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0306-4 DFG

*Habitat in* Arabiae *littore, ex ovato lanceolatus, edentulus, ſupra fuſcus, ſubtus pallidus, ſquamis parvis integris deciduis veſtitus.*

Vertex *convexus, nudus, glaber;* oculi *iride argentea, anterius aurea;* labia *aequalia obtuſa, ſuperius protractile;* branchiarum *opercula triplicia integra, anteriora ſquamata, poſteriora nuda;* linea *lateralis dorſo propior, primum arcuata, a faſcia inde quinta recta;* pinnae *flavae; dorſales glaucae; pectorales ventralibus triplo longiores, falcatae; caudalis bifida.*

Ferdau. 17. Sc. ovali-oblongus argenteus, guttis aureis lateralibus, faſciis transverſis fuſcis quinque obſoletis. *Forſk. Fn. arab. p.* 55. *n.* 71. D. $\frac{6}{6}, \frac{1}{1}, \frac{1}{29}$. P. 21. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{2}, \frac{1}{24}$. C. 16?

β) Scomber pinnis pectoralibus hyalinis. *Forſk. Fn. arab. p.* 55.

*Habitat in* Arabiae *littore, ſquamis parvis deciduis veſtitus, ſupra caeruleſcens, gaſteroſteis affinis.*

Vertex *nudus, glaber, linea media oſſea;* oculi *iride alba; ante* nares *cirrulus conicus;* labium *ſuperius protractile;* dentes *ſetacei multi;* linea *lateralis fere perpetuo recta;* branchiarum *opercula integra, ſquamoſa; inter pinnas dorſales* ſpina *ſolitaria brevis, duaeque ſimiles ante pinnam ani; haec et dorſalis poſterior membrana erecta utrinque ſeptae; ventrales breves acuminatae; pectorales ſuperius falcatae albidae; caudalis angulo recto exciſa glauca: lobis lanceolatis.*

ignobilis. 18. Sc. argenteus, dorſo caeruleſcente, pinnis pectoralibus et ventralibus rufeſcentibus. *Forſk. Fn. arab. p.* 55. *n.* 72. Br. 8. D. $\frac{7}{7}, \frac{1}{1}, \frac{1}{20}$. P. $\frac{1}{21}$. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{2}, \frac{1}{17}$. C. 18?

*Habitat in* Arabiae *littore, ſquamis parvis deciduis obtectus, ſpinis ante pinnam analem duabus in pinnulam connexis, poſteriore duplo majore, armatus.*

Mandibula *utraque dentium brevium ſubulatorum ſerie armata;* linea *lateralis undulata, a pinna inde anali recta et loricata;* pinnae *dorſales glaucae, prior triangularis, analis hyalina, parte elatiore ſubtus flava; caudalis lobus ſuperior glaucus, inferior flavus.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0307-0

Sanſun. 19. Sc. argenteo-nitens, immaculatus, caudae carina elata aequali. *Forſk. Fn. arab. p.* 56. *n.* 74. D. $\frac{7}{7}, \frac{1}{1}, \frac{1}{22}$. P. $\frac{1}{21}$. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{2}, \frac{1}{16}$. C. 18?

*Habitat in* Arabiae *littore, fulvo-guttato affinis.*

Vertex *venis ramoſis;* mandibula *utraque ſerie dentium armata; pone dentes ſuperiori infixos alii ſetacei numeroſi;* pinnae *ventrales et pectorales albae, reliquae fuſcae; dorſales margine ſuperiori nigrae; analis et caudalis inferiori flavae.*

albus. 20. Sc. albus, lateribus et caudae pinna flavis. *Forſk. Fn. arab. p.* 56. *n.* 75. Br. 8. D. $\frac{8}{8}, \frac{1}{25}$. P. 22. V. $\frac{0}{5}$. A. $\frac{2}{2}, \frac{1?}{20}$ C. 17.

*Habitat in* mari rubro, *lanceolatus, ſpinis ante pinnam analem duabus in pinnulam connatis, poſteriore duplo longiore armatus, ſquamis perſiſtentibus tectus.*

Mandibula *utraque dentium parvorum ſubulatorum ordine armata;* linea *lateralis prima arcuata, a pinna inde dorſali poſteriore recta, et loricata;* cauda *non carinata;* pinna *dorſalis prima triangularis, aequilatera.*

falcatus. 21. Sc. rhomboidalis, pinna ſecunda dorſi et ani falcata. *Forſk. Fn. arab. p.* 57. *n.* 76. D. $\frac{5}{5}, \frac{1}{20}$. P. 18. V. $\frac{0}{6}$. A. $\frac{2}{2}, \frac{1}{18}$. C. 16.

*Habitat in* mari rubro, *ſeſquilongior, quam latus, glaber, argenteus, ſupra magis fuſcus, ſquamis tenuibus, firmiter adnatis, apice elatis tectus, ſpinis ſub cute in medio dorſo, ad pinnam dorſalem usque, ante eas ſpina valida, horizontali, antrorſum verſa, interdum ſub cute recondita, inde ſpinis brevibus, ordine majoribus, ſua foſſula recondendis, membrana connexis, prima ſaepe latente, ante pinnam quoque analem ſpinis duabus horridus; an non potius gaſteroſteis accenſendus?*

Frons *perpendicularis flaveſcens;* labia *obtuſa, aequalia, ſuperius protractile;* mandibulae *edentulae, ſuperior glabra, inferior aſpera;* branchiarum *opercula nuda, integra;* linea *lateralis parum undulata, initio dorſo propior;* pinnae *pectorales ovatae, obtuſae, fuſcae; ventrales longiores, pone oblique truncatae, extrorſum fulvae, introrſum albidae; caudalis bifida, glauca, antrorſum fuſca, margine poſteriori flava.*

*** Pin-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0308-6 DFG

*** *Pinnulis ſpuriis connatis.*

Trachurus. 6. Sc. ſpina dorſali recumbente, linea laterali loricata.
*Muſ. Ad. Fr. 2. p.* 90.*
*Haſſelq. it. p.* 407. *n.* 84.
*Müll. prodr. zool. dan. p.* 47. *n.* 397.
*Amoen. acad.* 4. *p.* 249. Scomber linea laterali ſquamis latis pinnata. D. 8,34. P. 18. V. 6. A. $\frac{2}{30}$. C. 17.
*Art. gen.* 31. *ſyn.* 50. Scomber linea laterali aculeata, pinna ani oſſiculorum 30. D. 8,34. P. 20. V. 6. A. $\frac{2}{20}$. C. - -
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 104. *n.* 3. *t.* 56. Scomber linea laterali aculeata. D. 8,34. P. 20. V. 6. A. $\frac{2}{31}$. C. 20.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 82. D. 8,31. P. 20. V. 6. A. 27. C. 22.
*Gron. muſ.* 1. *p.* 34. *n.* 80. *zooph. p.* 94. *n.* 308. Scomber linea laterali curva omnino loricata, cauda vix bifurcata.
*Salv. aq. p.* 78. b. Saurus.
*Haſſelq. it.* 363. Scomber Trachurus. D. 8,32. P. 20. V. 6. A. 30. C. 20.
*Geſn. aq. p.* 467. 552. Lacertorum genus.
*Kaempf. jap.* 1. *t.* 11. *f.* 5. Ara.
*Marcgr. braſ. p.* 150. *Piſ. ind. p.* 51. Curvata pinima.
*Brit. zool,* 3. *p.* 225. *n.* 3.
*Will. ichth. p.* 290. *t. S.* 12. S. 22. *Raj. piſc. p.* 92. *n.* 8. Scad, Horſe-mackrell.

*Habitat in* mari europaeo, mediterraneo, pacifico, Oceano, *piſcibus aliis victitans, a ſpithama ad duos pedes longus, argenteus, fronte dorſoque ex caeruleo viridibus, elongatus, compreſſus, ſquamis tenuibus, rotundis mollibusque tectus, vere ad littora gregarius, carne eduli, at minus tenera, quam ſcombri, cui ceterum affinis.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0309-5

Caput *magnum*, *declive*; rictus *mediae amplitudinis*; mandibulae *dentibus acutis armatae*; *inferior longior*, *ſurſum curvata*; palatum *aſperum*; lingua *laevis*, *lata*, *tenuis*; oculi *magni*, *iride ex rubeſcente argentea*; branchiarum *apertura ampla*; *operculum membranam tegens laminis duabus conſtans*, *ſuperiori macula nigra notata*; dorſum *leviter arcuatum carinatum*; linea *lateralis ad finem pinnae pectoralis abdomen verſus flexa*, *tum recta*, *ſcutis retrorſum cuſpidatis* 68 *imbricatis aſpera*, *ad caudam prominens*; pinnae *albae*, *dorſalis poſterioris radiis primis nigris*; *caudalis lunata*.

Hippos. 7. Sc. operculis poſtice macula nigra. D. 7,22. P. 22. V. 6. A. $\frac{22}{40}$. C. 30.

*Habitat in* Carolina *et* Tahiti. *D. Garden*, *Forſter.*

Dentium *unica ſeries*, *anterioribus duobus majoribus*; linea *lateralis in medio valde declinata*, *poſterius carinata ſubſpinoſa*; pinna *dorſalis poſterior rubra*, *ventrales analisque luteae*; ſpinae *ante analem remotae.*

chryſurus. 8. Sc. pinnulis luteis, ore edentulo. D. 9,26. P. 19. V. 6. A. $\frac{2}{30}$. C. 22. D. 8,29. P. 16. V. 5. A. $\frac{2}{30}$. C. 22.

*Habitat in* Carolina, *Yellowtail.* Garden.

Spinae *ante pinnam analem remotae.*

Amia. 9. Sc. pinnae dorſalis poſterioris radio ultimo longiore. D. 5,34. P. 20. V. 6. A. 24. C. - -

*Art. gen.* 31. *ſyn.* 51. Scomber dorſo dipterygio, oſſiculo ultimo pinnae dorſalis ſecundae praelongo.

*Habitat* - - - -

pelagicus. 10. Sc. pinnulis pinnaque dorſali coadunatis in unum. D. 40. P. 19. V. 5. A. 22. C. 20.

*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 72. *t.* 30. *f.* 3. Scomber pinna dorſali unica.

**CENTROGASTER.** *Caput* compreſſum, laeve. *Membrana branchioſtega* utplurimum radiis ſeptem. *Corpus* depreſſum, laeve: *Pinnae* ſpinoſae; *ventrales* membrana ſpinis 4 acutis, radiisque ſex inermibus firmata connatae.

fuſceſcens. 1. C. fuſcus, ſubtus albicans, cauda ſubbifurca. *Houttuyn act. Haarl.* XX. 2. *p.* 333. *n.* 21. D. $\frac{13}{24}$. P. 16. V. $\frac{4}{10}$. A. $\frac{7}{16}$. C. 20.

*Habitat in mari* japonico, 5 *circiter pollices longus.* Mandibula *ſuperior dentibus acutis armata*; pinna *dorſalis per totam dorſi longitudinem excurrens.*

argentatus. 2. C. argenteus, nuchae gutta magna fuſca, pinnae dorſalis nigricante. *Houttuyn act. Haarl.* XX. 2. *p.* 334. *n.* 22. D. $\frac{8}{..}$ P. - - V. $\frac{4}{10}$. A. $\frac{2}{14}$. C. - -

*Habitat in mari*, Japoniam *alluente*, $3\frac{1}{2}$ *pollices longus.* Pinna *caudalis bifurca.*

Equula. 3. C. pinnulis pinnaque dorſi connatis. *Forſk. Fn. arab. p.* 58. *n.* 77. Br. 4. D. $\frac{8}{25}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{18}$. C. 17.

β) Scomber pinnis glaucis, margine flavis. *Forſk. Fn. arab. p.* 58. Br. 4. D. $\frac{8}{24}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{18}$. C. 16.

*Habitat in* mari rubro, 5 *pollices longus*, *ovatus*, *compreſſus*, *nitoris argentei*, *laevis*, *ſquamis minutiſſimis veſtitus.* Frons *carinis* 2 *oſſeis*, *antrorſum convergentibus*, *et ſupra oculi angulum ſpinis* 2 *retroverſis aſpera*; oculi *iride argentea*; dentes *ſetacei*; labium *ſuperius protractile*, *inferius curvum retuſum*; branchiarum *opercula membranae adnata*, *anteriora ſubtus ſerrata*; linea *lateralis dorſo propior*, *primum recta*, *inde ſurgens*, *caudam verſus deſcendens*; pinnae *ventrales latere ſuperiore membrana lanceolata auctae*, *ante eas callus oſſeus cavus linearis*;



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0311-2 DFG

*ante hunc gibbus oſſeus acutus, dorſalis et analis ad caudam usque excurrentes; haec biloba.*

rhombeus. 4. C. pinnis ventralibus uniradiatis. *Forſk. Fn. arab. p.* 58. *n.* 78. Br. 6. D. $\frac{4}{4}, \frac{3}{32}$. P. $\frac{1}{15}$. V. $\frac{1}{1}$. A. $\frac{3}{34}$. C. 16.

*Habitat in* mari rubro, *argenteus, ſquamis parvis veſtitus.* Oculi *iride argentea, ſupra ſubtusque fuſca;* dentes *numeroſi ſubtiles;* lingua *obtuſa, prope apicem ſuperne collo ovali plano, albido, ſcabro inaequalis; ante* pinnam *dorſalem ſpinae* 5 *minutae vix connexae; haec ipſa et analis anteriori parte triangularis, ſquamata, alba apice nigra, altera hyalina linearis; pectorales leviter rotundatae; juxta ventrales ſpinae* 2 *albae parvae, et pone ſingulas radii* 5 *mutici, vix conſpicui;* cauda *brevis, compreſſa non carinata, pinna glauca rotundato-exſecta;* linea *lateralis dorſo propior parallela.*

## 171. MULLUS.

*Caput* compreſſum, declive, ſquamis tectum; *oculi* oblongi, approximati, verticales, membrana nictitante; *nares* duplices minutae; *mandibulae* et *palatum* dentibus minimis aſpera; *lingua* brevis, anguſta, laevis, immobilis.

*Membrana branchioſtega* radiis tribus; *opercula* laminis tribus ſubtiliſſime ſtriatis; *apertura* mediocris.

*Corpus* teres, elongatum, rubrum, ſquamis magnis, facile deciduis.

barbatus. 1. M. cirris geminis, corpore rubro. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 91.* D. 7, 9. P. 15. V. 6. A. 7. C. 16.

*Art. gen.* 43. *ſyn.* 71. Trigla capite glabro, cirris

geminis

geminis in maxilla inferiore. D. 7,9. P. 16. V. 6. A. 7. C. 17.

*Gron. muſ.* 1. *n.* 99. D. 7,9. P. 17. V. $\frac{1}{8}$. A. $\frac{1}{7}$. C. - -

*Salv. aq. p.* 235. Triglia.

*Bell. piſc. p.* 170. *Will. ichth. p.* 285. *Raj. piſc. p.* 90. Mullus.

*Rondel. piſc. p.* 290. *Geſn. aq. p.* 565. Mullus barbatus.

*Brit. zool.* 3. *p.* 227. *n.* 1. Red Surmullet.

*Habitat in* mari mediterraneo, oceano *ſeptentrionali et pacifico, deſquamatus ruber.*

*Nihil eo exſpirante formoſius, nihil mullo ſapidius, romanorum itaque in eo ſumma gulae inſania et aſotorum prodigalitas, teſtibus* Plinio, Seneca, Horatio, Juvenali, Martiali; *emebatur olim argenti puri pondere, ideoque non edit mullum, qui eum capit; caro maxime friabilis.* V. Senec. *quaeſt.* III. 17. 18.

Surmuletus. 2. M. cirris geminis, lineis luteis longitudinalibus. †

*Art. gen.* 43. *ſyn.* 72. Trigla capite glabro, lineis utrinque quatuor luteis longitudinalibus.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 111. *n.* 1. *t.* 57. Mullus corpore rubro, ſtriis luteis. D. 7,9. P. 15. V. 6. A. 7. C. 22.

*Brünn. piſc. maſſ. p.* 71. *n.* 88. Mullus corpore argenteo luteo longitudinaliter lineato, deſquamato rubro.

*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 22. *n.* 2. Mullus barbatus, pinnis dorſalibus &c.

*Ariſtot. hiſt. an. l.* 2. *c.* 17. Τριγλα.

*Plin. hiſt. mund. l.* 9. *c.* 17. 18. 51. Mullus.

*Salv. aq. p.* 336. *Aldr. piſc. p.* 123. *Jonſt. piſc. p.* 61. *t.* 17. *f.* 7. *Will. ichth. p.*

285. *t.* S. 7. *f.* 1. *Raj. piſc.* *p.* 91. *n.* 2. *Rond. piſc.* 1. *p.* 290. Mullus barbatus.
*Bell. aq. p.* 176. Surmulet.
*Brit. zool.* 3. *p.* 229. *n.* 2. *t.* 13. Striped Surmulet.
β) *Marcgr. braſ.* 181. *Piſ. ind. p.* 60. Pirametara.
*Rochefort antill. p.* 150. Autre poiſſon de roche.

*Habitat in* mari europaeo, mediterraneo, americano, *a ſpithama ad pedem longus, ſquamis argenteis, fulvo-ſtriatis veſtitus, aliis piſcibus, teſtaceis, cancris, ipſis adeo cadaveribus victitans, gregarius, vere littora et ſuperficiem petens, ovaque pariens, carne aeque delicioſa, quam barbati, multiplici modo eſculenta; utrum ſpecie, an varietate ſexuve diſtinctus a barbato?*

Caput *magnum;* oculi *rotundi, pupilla caerulea, annulo rubro cincta, iride argentea;* rictus *oris anguſtus;* mandibula *ſuperior longior;* branchiarum *apertura ampla, membrana anguſta, operculorum lamina inferior anguſta et longa, ſuperior in mollem obtuſum mucronem terminata;* linea *lateralis dorſo parallela, verſus caudam deflectens;* pinnae *flavae, radiis plurimarum rubeſcentibus.*

japonicus. 4. M. flavus non ſtriatus, cauda bifurca, cirris geminis. *Houttuyn act. Haarl.* XX. 2. *p.* 334. *n.* 23. D. 7, 9. P. - - V. - - A. - - C. - -

*Habitat in* mari Japoniam *alluente, vix a barbato diverſus, 6 circiter pollices longus.*

Mandibulae *edentulae.*

auriflamma. 5. M. cirris duobus albis, vitta utrinque fulva, dorſo fuſco aeneo, caudae pinna flava immaculata. *Forſk. Fn. arab. p.* 30. *n.* 19. D. $\frac{7}{7}$, $\frac{1}{10}$. P. 17. V. 6. A. $\frac{2}{9}$. C. 15.

*Habitat in* mari rubro, *ſquamis margine membranaceis, rivulis aliquot elatis veſtitus.*

Caput *ad latera flavo-maculatum;* dentes *exigui numeroſi, denſi;* vitta *longitudinalis lata utrinque per medium corpus; infra caudam 2 aliae obſoletae flavae; ſupra* lineam *lateralem ramuloſam, dorſo propiorem in cauda macula parva nigra;* pinnae *dorſalis et caudalis flavae, reliquae albicantes.*

6. M.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0314-9

vittatus. 6. M. cirris geminis, corporis vittis utrinque duabus fuſcis tribus flavis, pinna caudae oblique fuſcata. *Forſk. Fn. arab. p.* 31. *n.* 20. D. $\frac{7}{7}$, $\frac{1}{10}$. - - - - - -

*Habitat in* mari rubro, *lanceolatus, albus, ſquamis tenuiſſime dentatis, rivulis elevatis obſoletis tectus.*

Mandibulae *margine confertim dentatae;* cirri *longitudine operculorum;* linea *lateralis ramuloſa fere recta, dorſo propior;* pinnae *dorſalis et caudalis albae, nigro-lineatae, reliquae albidae.*

imberbis. 3. M. imberbis.
*Art. gen.* 43. *ſyn.* 72. Trigla capite glabro, tota rubens, cirris carens. D. 6, $\frac{1}{10}$. P. 12. V. 6. A. $\frac{2}{10}$. C. 20.

*Habitat in* Melita.

## 172. TRIGLA.

*Caput* magnum, loricatum, lineis ſcabris: *Oculi* magni rotundi ad verticem; *rictus* amplus; *palatum* et *mandibulae* dentibus acutis armatae; *nares* duplices.

*Branchiarum* apertura ampla; operculum lamina ſimplici radiata aculeata conſtans; membrana radiis ſeptem.

*Corpus* ſquamis exilibus tectum, cuneatum; *dorſum* rectum ſulco longitudinali utrinque ſpinoſo exaratum; *linea* lateralis dorſo propior, recta; *abdomen* craſſum; *pinnae* ventrales et pectorales magnae; ad has digiti articulati liberi.

cataphracta. 1. Tr. digitis geminis, roſtro furcato elongato, corpore loricato.

loricato. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 92.* D. 27. P. 11. V. 6. A. 20. C. 10.
*Art. gen.* 46. *ſyn.* 75. Trigla cirris plurimis, corpore octagono. D. 26. P. 12. V. 6. A. 19. C. --
*Gron. muſ.* 1. *n.* 98.
*Habitat in* mari mediterraneo *ſupero inferoque.*
Os *edentulum*; labium *inferius cirris pluribus barbatum*; pinnae *ventrales pectoralibus adnexae.*

Lyra. 2. Tr. digitis ternis, naribus tubuloſis.
*Art. gen.* 46. *ſyn.* 74. Trigla roſtro longo diacantho, naribus tubuloſis. D. 10, 18. P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. -- C. --
*Rondel. piſc.* 298. *Geſn. aq.* 516. Lyra.
*Brit. zool.* 3. *p.* 234. *n.* 3. *t.* 14. *Will. ichth. p.* 282.
*Raj. piſc. p.* 89. Piper.
*Habitat in* mari britannico, *ad 2 pedes longa, carne exquiſita.*
*Spina ante* oculos *recurva*, *pone* oculos *alia brevior*; mandibula *ſuperior anterius longius biloba*, *lobis protenſis ſpinis* 9; thoracis *ſpina lateralis digiti fere longitudine*; pinnae *pectorales digitis vix longiores.*

Gurnardus. 3. Tr. digitis ternis, *dorſo maculis nigris rubriſque.* D. 9, 18. P. 10. V. 6. A. 10. C. 55.
*Art. gen.* 46. *ſyn.* 74. Trigla varia, roſtro diacantho, aculeis geminis ad utrumque oculum.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 101. *p.* 44. *zooph. n.* 283. *p.* 84. Trigla dorſo ad pinnas carinato ſcabro: linea laterali aſpera in cauda truncata bifida: pinnis pectoralibus albeſcentibus. D. 8, 18. P. 10. V. 6. A. 17. C. 15.
*Brünn. piſc. maſſ. p.* 74. *n.* 90. Trigla digitis ternis, linea laterali pinnata, radio dorſali primo antice ſer-

rato, pinnis pectoralibus ſubtus nigris.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 121. *n.* 1. *t.* 58. Trigla lateribus nigro alboque punctatis, linea laterali lata aculeataque. D. 7,19. P. 10. V. 6. A. 17. C. 9.

*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 40. *n.* 5. *t.* 14. *f.* 3. Coryſtion gracilis griſeus &c.

*Bell. aq. p.* 204. Coccyx alter.

*Brit. zool.* 3. *p.* 231. *n.* 1. *Will. ichth. p.* 279. *t.* S. 2. *f.* 1. *Raj. piſc. p.* 86. Grey Gurnard.

*Habitat in* oceani europaei, *praeſertim* britannici *et* mediterranei, *profundis*, $1\frac{1}{2}$-3 *pedes longa*, *ſquamis exilibus albis*, *margine nigris veſtita*, *ſubtus rubeſcens*, *elongata*, *cancris teſtaceisque victitans*, *Majo et Junio ova pariens*, *ſapida*.

Caput *magnum*; oculi *iride argentea*; genae *radiis argenteis pictae*; branchiarum *operculum acuminatum*; linea *lateralis ſquamis magnis*, *craſſis*, *aculeatis*, *nigris*, *margine albis aſpera*; anus *capiti propior*, *quam caudae*; pinnae *radiis membrana nectente longioribus*; *pectorales et caudalis nigricantes*; *ventrales albae*; *analis et dorſales ex cinereo rubeſcentes*; *prima dorſalis albo-maculata*.

Cuculus. 4. Tr. digitis ternis, linea laterali mutica. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 93.* D. 9,16. P. 10. V. $\frac{1}{6}$. A. 16. C. 13.

*Art. gen.* 45. *ſyn.* 74. Trigla tota rubens, roſtro parum bicorni, operculis branchiarum ſtriatis. D. 9,17. P. 11. V. 6. A. 15. C. 13.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 124. *n.* 2. *t.* 59. Trigla corpore rubro, macula nigra in pinna dorſali prima. D. 10,18. P. 10. V. 6. A. 12. C. 15.

*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 46. *n.* 6. *t.* 4. *f.* 4. Coryſtion capite conico &c.

*Bell. aq. p.* 104. *Rondel. piſc.* 1. *p.* 287. *Geſn. aq. p.* 305.

*Thierb. p.* 17. b. *icon. anim. p.* 31. *Jonſt. piſc. p.* 64. *t.* 17. *f.* 11.
*Brit. zool.* 3. *p.* 233. *n.* 2. *Will. ichth. p.* 281. *Raj. piſc. p.* 89. Red Gurnard.
*Habitat in* oceano europaeo, *praeſertim* britannico, mediterraneo, *etiam ad* caput bonae ſpei, *ad pedem longa, rubra albo-punctata, ſubtus argentea, gracilis, voraciſſima, vere ad littora ova pariens; caro tenerior, quam gurnardi.*
Caput rictus*que minor, quam gurnardi;* oculi *iride argentea;* linea *lateralis ſquamis validis latis argenteis margine nigris inſignita;* pinnae *pectorales et caudalis bifurca rubeſcentes, ventrales et analis albae, dorſales albae aurantio-maculatae.*

Lucerna. 5. Tr. digitis ternis, roſtro ſubbifido, linea laterali ad caudam bifida.
*Art. gen.* 45. *ſyn.* 73. Trigla roſtro parum bifido, linea laterali ad caudam bifurca. D. 10,17. P. 10. V. 6. A. 15. C. - -
*Gron. muſ.* 1. *n.* 100. *zooph. p.* 84. *n.* 284. D. 8,16. P. 10. V. 6. A. 15. C. - -
*Habitat in* oceano *ſeptentrionali;* an *hirundinis varietas?*

Hirundo. 6. Tr. digitis ternis, linea laterali aculeata. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 93.* *Müll. prodr. zool. dan. p.* 47. *n.* 400. *Fn. ſuec.* 340.* *It. wgoth. p.* 176. D. 7,19. P. 9. V. 6. A. 18. C. 11.
*Art. gen.* 44. *ſyn.* 73. Trigla capite aculeato, appendicibus utrinque tribus ad pinnas pectorales. D. 9,18. P. 10. V. $\frac{1}{6}$. A. 19. C. 12.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 2. *p.* 126. *n.* 3. *t.* 60. Trigla pinnis pectoralibus latis. D. 8,15. P. 10. V. 6. A. 14. C. 16.
*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 45. *n.* 3. Coryſtion ventricoſus.
*Plin. hiſt. mund. l.* 32. *c.* 11.
*Salv. aq. p.* 194. Corvus.

*Aldr. piſc. p.* 135. Hirundo prior.
*Geſn. aq. p.* 299. *Thierb. p.* 21. Corax.
*Brit. zool.* 3. *p.* 235. *n.* 4. *Will. ichth. p.* 280. *Raj. piſc. p.* 88. Tubfiſh.

*Habitat in* oceani *ſeptentrionalis, rarior in* maris mediterranei *profundis, ex violaceo fuſca, ſubtus argentea,* 2-3 *libras pondere aequans, velociſſime natans, piſcibus, cancris et teſtaceis victitans; caro durior, quam cuculi.*

Oculi *iride ex argenteo pauliſper rubeſcente;* anus *capiti propior, quam in cuculo;* pinnae *pectorales violaceae praelongae et ventrales radiis quadridentatis; caudalis fuſceſcens, emarginata radiis ramoſis; reliquae albae radiis ſimplicibus.*

lineata. 12. Tr. ſtriata rubra, ſubtus alba. *Brit. zool.* 3. *p.* 236. *n.* 5. *Raj. piſc. p.* 165. *f.* 11. Cuculus lineatus, ſtreaked Gurnard.

*Habitat ad* Cornubiam.

Caput *magnum, maculis ſtellatis varium;* oculi *magni;* os exiguum, *edentulum;* branchiarum *operculum ſpinoſum;* pinnae *pectorales magnae maculatae.*

aſiatica. 7. Tr. digitis quaternis. D. $\frac{1}{7}$,16. P. 18. V. 6. A. 17. C. 18.

*Habitat in* oceano, *laevis, teretiuſcula, argentea.*

Naſus ſ. roſtrum *prominens laeve;* os *intus ſcabrum;* branchiarum *opercula anteriora ſerrata;* pinnae *pectorales falcatae.*

evolans. 8. Tr. digitis ternis, mucronibus tribus ſerratis pinnis dorſalibus interpoſitis. Br. 8. D. 8, 11. P. 13. V. 6. A. 11. C. 13.

*Brown jam.* 453. *t.* 47. *f.* 3. Trigla volitans minor.

*Habitat in* Carolina, *radiato-caelata.*

Roſtrum *emarginatum;* pinnae *pectorales nigrae longitudine dimidii corporis, ſed latiores; inter dorſalem anteriorem et poſteriorem rudimenta quaſi trium ſpinarum ſerrata; ſpina* 1 *et* 2 *prioris, et* 1 *poſterioris anteriore latere ſcabrae;* cauda *bifida.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0319-0 DFG

volitans. 9. Tr. digitis vicenis membrana palmatis.
*Art. gen.* 44. *ſyn.* 73. Trigla capite parum aculeato, pinnula ſingulari ad pinnas pectorales. D. 5,8. P. 28. V. 5. A. 6. C. ..
*Gron. muſ.* 1. *n.* 102. D. 6,8. P. 6. V. 5. A. 6. C. 18.
*Brown jam.* 453. Trigla capite 4 ſpondylis acutis armato.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 28. *f.* 7.
*Marcgr. braſ.* 163. Pirapebe.
*Habitat in* mari mediterraneo, oceano, pelago *inter* tropicos, *in* Aſia, *inprimis ad* caput bonae ſpei, *ſaepe agitata evolans in omnem directionem ex aqua.*

alata. 13. Tr. digitis undenis membrana palmatis. *Houttuyn act. Haarl.* XX. 2. *p.* 336. *n.* 25. D. $\frac{7}{7}$, -- P. -- V. 6. A. 14. C. 14.
*Habitat in mari* Japoniam *alluente*, 4 *pollices longa.*
Caput *angulatum*; mandibula *inferior*, *et* operculorum *margo poſterior mucronibus duobus acutis protenſis horrida.*

adriatica. 14. Tr. corpore ſquamis verticillato, linea laterali aculeata, pinnis pectoralibus ſubtus nigris, digitis ternis.
*Brünn. piſc. maſſ. p.* 99. D. $\frac{10}{10}$,16. P. 10,3. V. $\frac{1}{6}$. A. 16. C. 12.
*Habitat in* mari adriatico, *ſpithamam longa*, *rubra*, *maculis faſciisque nigris varia*, *ſubtus albicans.*
Caput *radiato-caelatum*, *ſupra oculos ſpinis exiguis armatum*, *ceterum laeve*; roſtrum *retuſum*, *vix bilobum*, *non ſpinoſum*; mandibulae *dentatae*, *inferior paulo brevior*; pinnae *dorſales pallide rubro nebuloſae*; *pectorales ultra anum elongatae*, *quaſi truncatae*, *ſupra fuſco ſubfaſciatae*, *ſubtus margine*, *et punctorum ſerie caeruleae*; *ventrales et analis albae*, *apice interdum nigrae.*

minuta. 10. Tr. digitis tribus, dorſo bicarinato. *Mant. alt. p.* 528. D. $\frac{5}{5}$,24. P. 3,8. V. 6. A. 14. C. 10.
*Habitat in* India, *digiti longitudine.*

Caput

Caput *durum, anterius emarginatum et denticulatum, mucronibus* 2 *pone oculos,* 2 *ad occiput,* 2 *validioribus ſupra ad poſteriora capitis armatum;* branchiarum *operculum poſterius ſpina horrens;* pinnae *pectorales et ventrales valde acuminatae;* cauda *rotundata.*

carolina. 11. Tr. digitis tribus, pinnae dorſalis parte priori aculeolata. *Mant. alt. p.* 529. D. $\frac{10}{10}$, 13. P. 15. V. 6. A. 12. C. 10.

*Habitat in mari* Carolinam *alluente, digito longior, ſquamis minutiſſimis veſtita.*

Caput *aſteriis pictum;* linea *lateralis ſimplex fere laevis;* pinnae *dorſalis prioris radius primus anterius longitudinaliter aculeolatus;* cauda *emarginata.*

# IV. ABDOMINALES.

*Branchia oſſiculata.*

*Pinnae ventrales pone thoracem in abdomine ſitae.*

## 173. COBITIS.

*Caput* parvum, oblongum, ſquamis nudum; *oculi* in ſuprema capitis parte; *nucha* plana.

*Membrana branchioſtega* radiis quatuor ad ſex; *opercula* e ſimplici lamina compoſita, inferne claudentia.

*Corpus* muco ſquamisque exilibus teneris, facile deciduis obtectum, faſciis maculisque varium, fere aequale, ſ. *cauda* verſus pinnam minus anguſtata; *dorſum* rectum, pinna unica; *linea* lateralis vix conſpicua; *anus* prope caudam rotundatam.

Anableps. 1. C. cirris 2, capite depreſſo, oculis prominulis. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 95.*
*Art. gen.* 25. Anableps.
*Seb. muſ.* 3. *p.* 108. *t.* 34. *f.* 7. Anableps.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 32. *t.* 1. *f.* 1-3. Anableps. Br. 6. D. 7. P. 22. V. 7. A. 9. C. ∴
*Habitat* Surinami *ad littora maris.*
Cirrus *utrinque ad ſinus oris, quaſi tentaculum.*

Barbatula. 2. C. cirris 6, capite inermi compreſſo. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 95.* *Fn. ſuec.* 341. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 47. *n.* 401. *Wulff. ichth. p.* 31. *n.* 38.

*Art. gen.* 2. *ſyn.* 2. *Kram. el. p.* 386. *n.* 1. Cobitis tota glabra maculoſa corpore ſubtereti. D. 8. P. 12. V. 7. A. 6. C. - -

*Gron. muſ.* 1. *p.* 2. *n.* 6. *zooph. p.* 56. *n.* 202. Cobitis capite cathetoplateo inermi, ore cirroſo, corpore pinnisque maculatis. D. 8. P. 5. V. 7. A. 6. C. 16.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 224. *n.* 3. *t.* 31. *f.* 3. Cobitis capite inermi, 6 cirris ad os. Br. 3. D. 9. P. 10. V. 9. A. 8. C. 17.

*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 59. *n.* 3. *t.* 15. *f.* 4. Enchelyopus nobilis cinereus &c.

*Rondel. piſc.* 2. *p.* 204. *Aldr. piſc. p.* 618. *Johnſt. piſc. p.* 143. *t.* 26. *f.* 22. Cobitis barbatula.

*Marſ. Danub.* 4. *p.* 74. *t.* 25. *f.* 1. Fundulus.

*Geſn. aq. p.* 401. *Thierb. p.* 163. b. *Will. ichth. p.* 265. *t.* Q. 8. *f.* 1. *Raj. piſc. p.* 124. *n.* 33. Cobitis fluviatilis.

*Brit. zool.* 3. *p.* 237. *n.* 1. Loche.

*Habitat in* Europae *et* Aſiae, *praeſertim magis montoſae aquis dulcibus minoribus purioribus*, 3-4 *pollices longa, fertilis, vermibus inſectisque victitans, Martio et Aprili ova pariens, vitae minus tenacis, frequens aliorum piſcium praeda, carne exquiſita, coloris ex cinereo alboque varii.*

Caput *anterius declive, obtuſum*; labium *ſuperius cirris in medio* 4, *ad utrumque angulum* 1 *barbatum*; rictus oculique *minuti*; mandibulae *edentulae*, *ſuperior paulo longior*; linea *lateralis recta*; pinnae *cinereae*; *dorſalis et caudalis lineis fuſco-punctatis variae.*

Taenia. 3. C. cirris 6, ſpina ſuboculari. *Fn. ſuec.* 342. *Wulff. ichth. p.* 31. *n.* 39. D. 7. P. 8. V. 7. A. 7. C. 16.

*Art.*

*Art. gen.* 2. *ſyn.* 3. *ſpec.* 4.
*Kram. el. p.* 396. *n.* 2. Cobitis aculeo bifurco infra utrumque oculum. D. 9. P. 7. V. 7. A. 8. C. 18.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 5. D. 7. P. -- V. 7. A. 6. C. 16.
*Gron. zooph. n.* 200. D. 8. P. -- V. 7. A. 6. C. 16.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 221. *n.* 2. *t.* 31. *f.* 2. Cobitis aculeo bifurco in utrumque latus capitis. Br. 3. D. 10. P. 11. V. 7. A. 9. C. 17.
*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 59. *n.* 4. Enchelyopus ventre ex albo luteus &c.
*Rondel. piſc.* 2. *p.* 204. *Aldr. piſc. p.* 617. *Geſn. aquat. p.* 404. *Johnſt. piſc. p.* 142. *t.* 26. *f.* 21. 23. *Marſ. Dan.* 4. *p.* 3. *t.* 1. *f.* 2. Cobitis aculeata.
*Will. ichth. p.* 295. *t.* Q. 8. *f.* 3. *Raj. piſc. p.* 124. Cobitis barbatula aculeata.
*Will. ichth. p.* 266. *t.* Q. 8. *f.* 6. Taenia cornuta.
*Friſch miſc. Berol.* 6. *p.* 120. *t.* 4. *n.* 3. Lampetra et Cobitis pungens.
*Geſn. Thierb. p.* 163. b. Steinbeyſſer.

*Habitat in* Europae *aquis dulcibus infra ſaxa, vitae tenacis, contrectata ſibilans, vermibus inſectisque aquaticis, piſcium ovis junioribusque piſcibus victitans, Aprili et Majo ova pariens, lucii, percae fluviatilis, avium aquaticarum frequens praeda, homini rarius edulis, flaveſcens, 4 ſeriebus macularum punctorumque fuſcorum varia, 5 pollices longa.*

Caput *compreſſum, anterius declive;* os *anguſtum, oblongum, edentulum;* mandibula *ſuperior paulo longior;* labium *ſuperius cirris* 2, *inferius* 4 *brevioribus barbatum;* oculi *minimi, iride ochroleuca;* pinnae *pectorales, analis et caudalis cinereae, reliquae flavae, dorſalis punctorum fuſcorum ordinibus* 5, *caudalis rotundata, lata,* 4 *ornata.*

4. C.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0324-4 DFG

foſſilis. 4. C. cirris 8, ſpina ſupraoculari. *Fn. ſuec.* 343. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 76. D. 6. P. 11. V. 6. A. 6. C. 15.

*Gron. act. upſ.* 1742. *p.* 79. *t.* 3. Cobitis aculeo bifurco ſupra utrumque oculum. Br. 3. D. 7. P. 9. V. 6. A. 7. C. 16.

*Art. gen.* 2. *ſyn.* 3. Cobitis caeruleſcens, lineis utrinque 5 longitudinalibus. D. 7. P. 11. V. 5. A. 5. C. 16.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 216. *n.* 1. *t.* 31. *f.* 1. Cobitis cirris decem ad os. Br. 4. D. 7. P. 11. V. 8. A. 8. C. 14.

*Gron. zooph. p.* 56. *n.* 201. *muſ.* 1. *p.* 2. *n.* 7. Cobitis aculeo ſupra utrumque oculum, lateribus longitudinaliter faſciatis.

*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 59. *t.* 15. *f.* 3. Enchelyopus barbulis ſex &c. *et* Enchelyopus lineis latis atrofuſcis &c.

*Aldr. piſc. p.* 579. *Will. ichth. p.* 124. *Raj. piſc. p.* 69. *n.* 6. *p.* 70. *n.* 9. *Johnſt. piſc. p.* 154. *t.* 28. *f.* 8. *Marſ. Danub.* 4. *p.* 39. *t.* 13. *f.* 1. Muſtela foſſilis.

*Clauder ephem. Nat. Curioſ. dec.* 2. *ann.* 6. *p.* 354. *obſ.* 175. *f.* 71. Thermometrum vivuum.

*Geſn. Thierb. p.* 160. Beyſzker.

*Habitat in* Europae *aquis paludoſis ipſoque luto, vitae tenaciſſima, inſtante tempeſtate inquieta, aquam turbans, ejusque ſuperficiem petens, fertiliſſima, vermibus, inſectis, junioribus piſcibus, terraque pingui victitans, hieme in luto latens, vere ova herbis affricans, lucii, percae fluviatilis, junior ipſorum cancrorum ranarumque praeda, utplurimum* 12 *pollices longa, edulis, cuti tenaci involuta,*

*nigra, per totam longitudinem ſtriis flavis fuſciſque, hinc inde maculis ornata, ſubtus aurantia nigro-punctata.*

Caput *anterius obtuſum;* oculi *iride aurea;* os *oblongum;* mandibula *utraque dentibus* 12 *parvis acutis armata;* labium *ſuperius longius, cirris* 6 *multo longioribus, inferius* 4 *barbatum;* lingua *parva, acuta;* genae *et* branchiarum *operculum flava, nigro-maculata;* pinnae *flavae; pectorales, dorſalis et caudalis nigro-maculatae.*

heteroclita. 5. C. capite imberbi, pinna dorſali analique albo-punctata, caudali nigro-faſciata. Br. 5. D. 12. P. 16. V. 6. A. 10. C. 25.

*Habitat in* Carolina, *teretiuſcula, palmaris, ſquamis magnis laevibus veſtita, ſubtus flaveſcens,* Mudfiſh; *an hujus generis?* D. Garden.

Caput *planiuſculum, ſquamoſum;* labia *denticulata;* pinna *dorſalis pone aequilibrium, et analis oppoſita nigricantes, punctis hyalinis irroratae; caudae rotundata, maculis albis faſciiſque nigris varia, margine diaphana.*

japonica. 6. C. capite imberbi, depreſſo, mandibulis dentatis. *Houttuyn act. Haarl.* XX. 2. *p.* 337. *n.* 26. D. 12. P. 11. V. 8. A. 9. C. 20.

*Habitat in* Japonia, 5 *pollices longa, teretiuſcula.*

## 174. AMIA.

*Caput* oſſeum, nudum, ſcabrum, ſuturis conſpicuum.

*Dentes* in mandibulis palatoque acuti, conferti.

*Cirri* naſales duo.

*Membrana branchioſtega* radiis duodecim.

*Corpus* ſquamoſum.

calva. 1. A. cauda macula nigra. D. 42. P. 15. V. 7. A. 10. C. 20.

*Habitat in* Carolinae *aquis dulcibus, ſubteres, rarius edulis.* Mudfiſh.

Caput

Caput *depreſſum*, *quaſi excoriatum*; branchiarum *opercula obtuſa*, *oſſea*; gula *oſſiculis duobus ſcutiformibus*, *e centro ſtriatis*; linea *lateralis recta*; pinnae *pectorales ventralibus non majores*; *ventrales in abdominis medio*; *dorſalis longius extenſa*; *caudalis rotundata.*

## 175. SILURUS.

*Caput* nudum, magnum, latum, compreſſum; *os* cirris aliquot tentaculatum; *rictus* et *faux* ampla; *labia* craſſa; *mandibulae* dentatae; *lingua* craſſa, laevis, breviſſima; *oculi* parvi.

*Membrana branchioſtega* radiis quatuor ad ſedecim.

*Corpus* elongatum, compreſſum, ſquamis nudum, muco tenaci obductum; *linea* lateralis dorſo propinqua; *pinnarum* pectoralium aut dorſalis radius primus ſpinoſus retro dentatus.

Aſotus. 1. S. pinna dorſali unica!, cirris quatuor. Br. 16. D. $\frac{0}{7}$. P. $\frac{1}{14}$. V. 13. A. 82. C. 16.
*Habitat in* Aſia. *Muſ. Ac. Holm.*
Cirri *duo ſupra os*, *duo infra*; dentes *numeroſi*; ſpina *nulla rigida in pinna dorſi*, *at ſerrata in pectoralibus*; pinna *ani longa*, *caudae annexa.*

Glanis. 2. S. pinna dorſali unica mutica, cirris ſex. *Fn. ſuec.* 344. *Meiding. ic. piſc. auſtr. t.* 9.
*It. ſcan.* 61. Mal. Br. 14. D. 4. P. $\frac{1}{18}$. V. 12. A. 88. C. 17.
*Act. ſtockh.* 1756. *p.* 34. *t.* 3. Silurus. Br. 16. D. 4. P. $\frac{1}{17}$. V. 13. A. 88. C. 17.
*Art. gen.* 82. *ſyn.* 110. Silurus cirris quatuor in mento. D. 4. P. $\frac{1}{16}$. V. 11. V. 20. C. 17.

*Gron. muſ.* 1. *n.* 25. *t.* 6. *f.* 1. Silurus cirris duobus ad maxillam ſuperiorem, quatuor in mento. Br. 14. D. $\frac{1}{3}$. P. $\frac{1}{17}$. V. 11. A. 90. C. 15.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 242. *n.* 1. *t.* 34. Silurus pinna dorſi unica cirris ſex. Br. 16. D. 5. P. 18. V. 13. A. 90. C. 17.

*Albert. M. de anim. p.* 144. Samus.

*Habitat in* Europae *et* Orientis *aquarum dulcium profundis, etiam in* Nilo, *inter europaeos fluviatiles maximus, ut* 300 *libras interdum pondere aequet, iners, praedae praeternatanti inhians, vitae tenax, ova pauca pariens, a gaſteroſteis et anguillis devoranda; junior a ranis agitatus, tempeſtate imminente aquae ſuperficiem petens, tarde creſcens, et natans, eſculentus, craſſus, maculis nigricantibus varius, ex vireſcente niger verſus abdomen vireſcens, ſubtus ex albo flavicans.*

Caput *ſubſpatulatum ex atro viride;* oculi *iride alba;* mandibulae *arcuatae inferior longior;* faux *oſſiculis quatuor prominentibus denticulatis horrens;* pinnae *pectorales flavae, baſi et apice caeruleſcentes; dorſalis et ventrales baſi flavae, apice caeruleſcentes; analis longa et caudalis rotundata integra baſi ex cinereo flavae, margine violaceae.*

**electricus.** 22. S. pinna dorſali unica adipoſa, cirris ſex. *Brouſſonet act. Pariſ. ann.* 1782. Br. 6. D. 0. P. 9. V. 6. A. 12. C. 18.

*Forſk. Fn. arab. p.* 15. *n.* 1. Raja Torpedo.

*Habitat in* Africae *fluviis, ultra* 20 *pollices longus, antrorſum latiſſimus, depreſſus, cineraſcens, ad caudam maculis aliquot nigricantibus varius, contactus concuſſionem quaſi electricam excitans, tremoremque artuum dolentem, minus tamen validum, quam torpedo aut gymnotus electricus, ceterum edulis.*

Caput *depreſſum;* oculi *mediocres, cute communi tecti;* mandibulae *dentibus confertis, parvis, acutis armatae;* nares *minimae utrinque* 2 *approximatae;* labium *ſuperius cirris* 2, *inferius* 4 *barbatum, quorum* 2 *exteriores longiores.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0328-7
DFG

Aſpredo. 3. S. pinna dorſali unica: radiis 5, cirris 8.
*Amoen. acad.* 1. *p.* 311. *t.* 14. *f.* 5. Aſpredo. Br. 4. D. 5. P. $\frac{1}{8}$. V. 6. A. 55. C. 11.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 29. *f.* 10. Myſtus cirris 8, appendice dorſi carens.
*Gron. zooph.* 324. 326. Aſpredo cirris 8, corpore laevi, pinna ani ad caudam bifurcam extenſa.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 26. Aſpredo. Br. 4. D. 5. P. $\frac{1}{8}$. V. 6. A. 55. C. 9.
*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 86. *t.* 4. *f.* 8. Batrachus.
*Habitat in* Americae *fluviis.*
Cirri *laterales baſi lati*; dorſum *carinatum*; cauda *bifurca.*

Myſtus. 4. S. pinna dorſali unica, radiis 6, cirris 8. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 96.* D. $\frac{1}{5}$. P. $\frac{1}{9}$. V. 6. A. 57. C. 19.
*Haſſelq. it.* 376. Silurus Schilde niloticus. Br. 10. D. $\frac{1}{7}$. P. $\frac{1}{12}$. V. 6. A. 62. C. 20.
*Habitat in* Nilo.
Cauda *bifurca.*

anguillaris. 5. S. pinna dorſali unica, radiis 70, cirris 8. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 96.* D. 70. P. $\frac{1}{7}$. V. 6. A. 55. C. 17.
*Haſſelq. it.* 371. Silurus Charmuth niloticus. Br. 10. D. 72. P. $\frac{1}{10}$. V. 6. A. 59. C. 21.
*Gronov. zooph.* 322. *t.* 8. *f.* 3. 4. Clarias. Br. 9. D. 69. P. 8. V. 7. A. 50. C. 20.
*Ruſſel alepp.* 73. *t.* 12. *f.* 1. Blackfiſh.
*Raj. piſc.* 150. Lampetra indica erythrophthalmos.
*Habitat in* Nilo.
Cirri 2 *labii ſuperioris*, 4 *inferioris*, 2 *utrinque ad ſinus oris.*

Batrachus. 6. S. pinna dorſali unica, radiis 60, cirris 8. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 97.* Br. 5. D. 60. P. $\frac{1}{8}$. V. 6. A. 48. C. 14.
*Habitat in* Aſia, Africa.
Cauda *integra.*

undecimalis. 7. S. pinna dorſali unica, radiis 11, cirris 8. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 97.* Br. -- D. $\frac{1}{11}$. P. $\frac{1}{11}$. V. 6. A. 11. C. 17.
*Habitat* Surinami.
Cauda *bifurca.*

militaris. 8. S. pinna dorſali poſtice adipoſa, cirris 2 rigidis. Br. -- D. $\frac{1}{7}$,0. P. $\frac{1}{11}$. V. 7. A. 20. C. 18.
*Habitat in* Aſia. *Muſ. Ac. Holm.*
Oculi *ad latera capitis*; cirri *compreſſi oſſei*; dorſum *ad pinnam dorſi aſſurgens*; linea *lateralis recta.*

inermis. 9. S. pinna dorſali poſtica adipoſa, pinnis inermibus, cirris 2. D. 7,0. P. 17. V. 7. A. 38. C. --
*Habitat* Surinami.
Caput *depreſſum, latum, lubricum*; mandibulae *ſcabrae*; cirri *quaſi tentacula brevia ante nares*; pinna *dorſalis prope caput oriens, radio primo vix ſpinoſo robuſtiore laevi; analis radiis* 4 *anterioribus brevioribus*; cauda *ſubtruncata, vix biloba.*

cornutus. 23. S. pinnis pectoralibus inermibus, radio pinnae dorſalis primae primo dentato. *Forſk. Fn. arab. p.* 66. *n.* 96. Br. -- D. $\frac{3}{--}$,6. P. -- V. -- A. -- C. 9.
*Habitat prope* Maſſiliam, *ovalis, ſpithamam longus, ſubtus ante pinnam ventralem carinatus; an hujus generis?*
Roſtrum *rectum, compreſſum, apice parum recurvum, obtuſum, dimidii corporis longitudine*; pinnae *dorſalis prioris radius primus ad mediam usque pinnam caudalem extenſus, ſubtus ultra dimidium duplici ſpinularum ordine dentatus.*

Felis. 10. S. pinna dorſali poſtica adipoſa, ani radiis 23, cirris 6, cauda bifida. Br. 5. D. $\frac{1}{8}$,0. P. $\frac{1}{11}$. V. 6. A. 23. C. 31.
*Habitat in* Carolina, *ſupra caeruleſcens, cato affinis.* D. Garden.
Cirri *ſub labio inferiore* 4, *ſupra ſinus oris utrinque* 1; pinnae *ventrales analisque rubeſcentes.*

galeatus. 11. S. pinna dorſali poſtica adipoſa, ani radiis 24, cirris 6, cauda integra.
*Seb. muſ.* 3. *p.* 85. *t.* 19. *f.* 7. Myſtus cirris 6, cauda aequali. D. $\frac{1}{7}$,0. P. $\frac{1}{9}$. V. 6. A. 24. C. 19.
*Habitat in* America *auſtrali.*
Caput *clypeo coriaceo duro munitum;* pinnarum *pectoralium dorſalisque radius ſpinoſus rigidus.*

Catus. 12. S. pinna dorſali poſtica adipoſa, ani radiis 20, cirris 8. Br. 5. D. $\frac{1}{6}$,0. P. $\frac{1}{11}$. V. 8. A. 20. C. 17.
*Catesb. Carl.* 2. *p.* 23. *t.* 23. Bagre 2 Marcgr. affinis.
*Marcgr. braſ.* 173. Bagre ſpecies 2.
*Habitat in* America, Aſia.
*Variat pinnarum ventralium radiis ſex.*

cous. 13. S. pinna dorſali poſtica adipoſa, ani radiis 8, cirris 8, cauda bifurca.
*Gron. zooph.* 387. *t.* 8. *f.* 7. Myſtus cirris 8 capite brevioribus, pinna dorſi ſecunda ovata. Br. 1. D. $\frac{1}{5}$,0. P. 9. V. 6. A. 8. C. - -
*Ruſſel alepp.* 76. *t.* 13. *f.* 2. Myſtus.
*Habitat in* Syria.

carinatus. 14. S. pinna dorſali poſtica adipoſa, linea laterali ſpinoſa, cirris 6 pinnatis. Br. - - D. 6. P. 8. V. 8. A. 12. C. 24.
*Habitat* Surinami, *compreſſus.*
Cirri *ad latus oris ſolitarii, latere inferiore pinnati; reliqui* 4 *ſub labio inferiore aequales connexi breves, ſubtus papilloſi;* linea *lateralis ſubſerrata ſpinisque carinata, ut in ſcombris;* pinnae *dorſalis prioris radius primus antrorſum ſurſum dentatus, pectoralium primus utrinque contrarie dentatus;* cauda *bifurca.*

Docmac. 24. S. pinna dorſali poſtica adipoſa, ani radiis 10, cirris 8. *Forſk. Fn. arab. p.* 65. *n.* 94. Br. 2. D. 10. P. 11. V. 6. A. 10. C. 18.

 *Habitat*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0331-3

*Habitat in* Nilo *inferiori ad* Delta, *ulnaris et longior, cinereus, ſubtus albidus, ſupra convexus.*

Caput *depreſſum;* tentacula *utrinque* 4, *exteriora longiora, extima labii ſuperioris dimidii corporis longitudine;* linea *lateralis recta ſupra dimidium corpus;* pinnarum *pectoralium dorſaliſque radius primus pone dentatus oſſeus, apice mollis.*

Clarias. 15. S. pinna dorſali poſtica adipoſa, ani radiis 11, cirris 6. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 98.*

*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 73. Aſpredo pinna dorſali poſtica adipoſa. Br. 9. D. $\frac{1}{7}$,0. P. $\frac{1}{10}$. V. 7. A. 11. C. 17.

*It. ſcan.* 82. Aſpredo cirris longitudine corporis, pinnis dorſalibus duabus. Br. - - D. 7,0. P. $\frac{1}{9}$. V. 5. A. 10. C. 16.

*Gron. muſ.* 1. *n.* 83. *p.* 34. *zooph. n.* 384. *p.* 125. Myſtus cirris 6 longiſſimis, pinna dorſi ſecunda longiſſima a priori ad caudam extenſa. Br. 4. D. $\frac{1}{7}$,0. P. $\frac{1}{10}$. V. $\frac{1}{6}$. A. 11. C. 19.

*Haſſelq. it.* 369. Silurus Scheilan niloticus. Br. 6. D. $\frac{1}{7}$,0. P. $\frac{1}{9}$. V. 7. A. 12. C. 16.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 247. *n.* 2. *t.* 35. *f.* 1. 2. Silurus cirris corpore longioribus. Br. 6. D. 8. P. 11. V. 7. A. 11. C. 18.

*Habitat in* Americae *auſtralis et* Africae *fluviis*, 12-15 *pollices longus, ex cinereo nigricans, ſubtus canus, radio pinnarum pectoralium primo ſerrato atrociter vulnerans, ut pro venenato habeatur.*

Caput *anterius latius;* oculi *oblongi ſat magni, iride aurea;* mandibula *ſuperior longior;* palatum *dentibus acutis parvis horrens;* labii *ſuperioris cirri* 2 *corpore longiores;* branchiarum *operculum lamina ſimplici conſtans;* dorſum *leviter arcuatum, ſcuto oſſeo tectum, ante pinnam carinatum, pone eam convexum;* linea *lateralis prope nucham inci-*

---

Siluri *multum affines nantibus ova quidem pariunt tunica obducta, embryonis tamen ore extra tunicam biante; cirros* duos *habent* 8, 9; quatuor 1, 17, 20, 25, ſex 2, 10, 11, 14, 15, 16, 18, 19, 21, 22; octo 3, 4, 5, 6, 7, 12, 13, 26; nullos 27.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0332-8
DFG

*incipiens, in medio parumper deorſum deflectens;* pinnae *ex cinereo nigricantes, radiis bifidis; ſupra pectorales os triangulare; adipoſa et analis lunata, illa praelonga; dorſalis prioris radius ſecundus utrinque ſerratus;* pinna *caudalis bicuſpidata.*

chilenſis. 25. S. pinna dorſali poſtica adipoſa, cirris 4, cauda lanceolata. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 199. *n.* 9.* Br. 4. D. $\frac{1}{7}$,0. P. 8. V. 8. A. 11. C. 13.
*Habitat in regni* Chilenſis *aquis dulcibus, ad* 10 *pollices longus, fuſcus ſubtus albus, innocens, carne ſapidiſſima.*
Caput *magnum;* roſtrum *obtuſum.*

Bajad. 26. S. pinna dorſali poſtica adipoſa, ani radiis 12, cirris 8. *Forſk. Fn. arab. p.* 66. *n.* 95. Br. 5. D. $\frac{1}{10}$. P. $\frac{1}{11}$. V. 6. A. 12. C. 20.
*Habitat in* Nilo, *pedalis, glaucus.*
Caput *obtuſum, depreſſum, utrinque ante oculos caverna inaequale;* mandibula *ſuperior longior, intus duplici arcu transverſo denticulorum confertorum armata;* labii *ſuperioris cirri exteriores longiſſimi;* linea *lateralis principio deſcendens, inde rectiſſima; ſupra* pinnas *pectorales aculeus fortis ſub cute retroverſus;* pinnae *rufeſcentes, adipoſa glauca, longa;* cauda *recta protenſa, verſus apicem dilatata, pinna bifida.*

faſciatus. 16. S. pinna dorſali poſtica adipoſa, ani radiis 13, cirris 6.
*Seb. muſ.* 3. *p.* 84. *t.* 19. *f.* 6. Myſtus maculoſus, cirris 6 longis, capite longo plano. Br. -- D. 7,0. P. 11. V. 6. A. 13. C. 17.
*Gron. zooph.* 386. Myſtus cirris 6, maxilla inferiore breviore, roſtro plagiopiateo lato. Br. -- D. 7,0. P. $\frac{1}{10}$. V. 6. A. 14. C. --
*Habitat* Surinami, *in* Braſilia, *coenis expetitus, niger, ſupra utrinque faſciis albis varius, ſubtus albus.*
Caput *depreſſum, anterius rotundatum, tertiam longitudinis partem efficiens;* pinnae *omnes nigro-punctatae.*

Bagre. 17. S. pinna dorſali poſtica adipoſa, radio primo dorſalis, pectoraliumque ſetaceo, cirris 4.

*Gron. zooph.* 382. Myſtus cirris 4: lateralibus longiſſimis, oſſiculo dorſalis pectoraliumque primo filiformi longiſſimo. Br. 4. D. $\frac{1}{8}$,0. P. $\frac{1}{12}$. V. 8. A. 32. C. 15.

*Will. ichth. t.* H. 7. *f.* 6.

*Raj. piſc. p.* 82. *n.* 3. Bagre tertia.

*Habitat in* America *meridionali.*

Aſcita. 18. S. pinna dorſali poſtica adipoſa, ani radiis 18, cirris 6.

*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 79. *t.* 30. *f.* 2. Aſcita. Br. -- D. $\frac{1}{8}$,0. P. $\frac{1}{12}$. V. 6. A. 18. C. 18.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 249. *n.* 3. *t.* 35. *f.* 3-7. Silurus cirris ſex, radiis 18 in pinna ani. D. 9. P. 13. V. 6. A. 18. C. 18.

*Habitat in* India, *inter animalia vivipara et ovipara quaſi medius, ovis enim albumine carentibus maturis turgidum abdomen longitudinaliter tandem dehiſcit, embryonis ore ſtatim extra membranam, ſenſim motu embryonis ipſo revolvendam, et abrumpendam, hiante, embryone autem ipſo, donec vitelli potior pars conſumta ſit, hujus ope cum matre adhuc cohaerente.*

Caput *parvum, ſubconvexum, obtuſum, naribus duplicibus in anteriore ſui parte pertuſum; cirrorum* 2 *in labio ſuperiore,* 4 *in mento;* pinnae *ventrales anali minores, caudalis bifurca, pectoralium radius primus acutus, dorſalis radius primus infra durus, ſupra mollis.*

Coſtatus. 19. S. pinna dorſali poſtica adipoſa, ſquamis ſerie ſimplici, cirris 6, cauda bifida.

*Gron. muſ.* 2. *n.* 177. *t.* 5. *f.* 1. 2. Myſtus cirris 6 longiſſimis, unico ſqua-

marum

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0334-0
DFG

marum aculeatarum ordine utrinque in lateribus. Br. - - D. $\frac{1}{7}$,0. P. $\frac{1}{9}$. V. 7. A. 12. C. 17.
*Habitat in* America *auſtrali et* India.

Callichthys. 20. S. pinna dorſali poſtica uniradiata, ſquamis ordine duplici, cirris 4.
*Amoen. acad.* 1. *p.* 317. *t.* 14. *f.* 1. Callichthys.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 70. Callichthys cirris 4, lateribus duplici ſquamarum ordine. Br. 7. D. $\frac{2}{8}$,1. P. $\frac{1}{17}$. V. 7. A. 7. C. 14.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 29. *f.* 13. Plecoſtomus cirris 4 longis.
*Habitat in* Europae *rivulis, quibus exſiccatis exit per terram, aquas quaeſiturus*, Marcgr. *braſ.* 151. *piſcinas perforans et exiens, reliquisque exitum parans.* Dahlberg.

cataphractus. 21. S. pinna dorſali poſtica uniradiata, ſquamis ordine ſimplici, cirris 6, cauda integra.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 71. *t.* 3. *f.* 4. 5. Callichthys cirris 6, lateribus uno ſquamarum ordine. Br. 6. D. $\frac{1}{5}$,$\frac{1}{1}$. P. - - V. 6. A. 9. C. 19.
*Catesb. Car.* 3. *p.* 19. *t.* 19. Cataphractus americanus.
*Habitat in* America.

imberbis. 27. S. capite imberbi. *Houttuyn act. Haarl.* XX. 2. *p.* 338. *n.* 27. Br. 6. D. $\frac{7}{1}$,11. P. 20. V. 6. A. 10. C. 13.
*Habitat in* Japonia, *fuſiformis, ſquamis tectus, rubeſcens, 6 circiter pollices longus.*
Caput *depreſſum;* oculi *magni, approximati;* mandibulae *edentulae;* branchiarum *opercula pone biſpinoſa;* pinnae *ex albo nigroque variae, caudalis rotundata.*

176. TEU-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0335-5
DFG

## 176. TEUTHIS. *Caput* antice ſubtruncatum.

*Membrana branchioſtega* radiis quinque.

*Dentes* ſimplici ſerie, aequales, rigidi, approximati.

Hepatus. 1. T. ſpina utrinque caudali recumbente mobili.
*Gron. zooph.* 353. Hepatus mucrone reflexo utrinque prope caudam. D. $\frac{9}{24}$. P. 16. V. $\frac{1}{5}$. A. $\frac{3}{26}$. C. - -
*Brown jam.* 455. Teuthis fuſca caeruleo nitens, aculeo ſimplici utrinque ad caudam.
*Seb. muſ.* 3. *p.* 104. *t.* 33. *f.* 3. Chaetodon caeruleſcens, dorſo nigro, cauda aequali exalbido nigroque varia.
*Catesb. Car.* 2. *p.* 10. *t.* 1. *f.* 1. Turdus rhomboides.
*Valent. ind.* 3. *f.* 77. 383. 404.
*Habitat in* Carolina, Amboina.
Caput *maxime declive; ſpina ad utrumque caudae latus valida, ſubulata, dum recumbit, in ſulco latitans.*

java. 2. T. cauda utrinque mutica.†
*Gron. zooph.* 352. Hepatus cauda fronteque inermibus. D. $\frac{13}{21}$. P. 15. V. $\frac{2}{5}$. A. $\frac{7}{16}$. C. - -
*Valent. ind.* 3. *p.* 339. *f.* 410. Leerviſch.
*Habitat ad* Javam, *maculis longitudinalibus caeruleſcentibus picta;* pinnarum *ventralium radius primus et ultimus ſpinoſus;* cauda *lunata.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0336-1

## 177. LORICARIA. *Caput* laeve, depreſſum. *Os* edentulum, retractile.

*Membrana branchioſtega* radiis ſex.

*Corpus* cataphractum.

cataphracta. 1. L. pinna dorſi unica, cirris duobus. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 79. *t.* 29. *f.* 1. D. $\frac{1}{8}$. P. $\frac{1}{7}$. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{1}{6}$. C. 12.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 68. *t.* 2. *f.* 1. 2. Plecoſtomus dorſo monopterygio, oſſiculo ſuperiori caudae bifurcae ſetiformi. D. $\frac{1}{8}$. P. $\frac{1}{7}$. V. $\frac{1}{6}$. A. 6. C. 12.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 29. *f.* 14.
β) *Gron. muſ.* 1. *n.* 69. Plecoſtomus ore edentulo, oſſiculo ſuperiori caudae bifurcae longitudine corporis.
*Habitat in* America *meridionali.*
*Lobus* caudae *ſuperior radio ſupremo longiſſimo terminatus.*

Plecoſtomus. 2. L. pinnis dorſi duabus.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 55. *t.* 28. *f.* 4. Acipenſer cirris duobus. D. 8, 1. P. $\frac{1}{7}$. V. 6. A. 5. C. 12.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 67. *t.* 3. *f.* 1. 2. Plecoſtomus dorſo dipterygio, cirris duobus, cauda bifurca.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 29. *f.* 11.
*Marcgr. braſ.* 166. Guacari.
*Habitat in* America *auſtrali.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0337-7

178. SALMO. *Caput* laeve compreſſum; *os* magnum; *labia* parva; *lingua* alba, cartilaginea, mobilis; *oculi* mediocres, laterales; *dentes* in maxillis, lingua.

*Membrana branchioſtega* radiis quatuor ad decem; *operculum* ex laminis tribus conſtans.

*Corpus* elongatum, ſquamis rotundatis ſubtiliſſime ſtriatis veſtitum; *dorſo* convexo recto, lineaque laterali dorſo propiori rectis; *pinna* dorſalis poſtica adipoſa; *pinnae* ventrales multiradiatae.

* Truttae, *corpore variegato.*

Salar. 1. S. roſtro ultra inferiorem maxillam prominente. *Fn. ſuec.* 345. *Art. gen.* 11. *ſyn.* 22. *ſpec.* 48. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 48. *n.* 405. *Gron. muſ.* 2. *p.* 12. *n.* 163. *zooph. n.* 369. Br. 12. D. 15. P. 14. V. 10. A. 13. C. 19.
*Bloch Fiſch. Deutſch.* 1. *p.* 128. *n.* 1. *t.* 20. *et* 3. *p.* 147. *t.* 98. Salmo maxilla ſuperiore ultra inferiorem prominente, pinna anali radiis 13. Br. 12. D. 14. P. 14. V. 10. A. 13. C. 21.
*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 17. *n.* 2. *t.* 5. *f.* 2. Trutta dentata, toto corpore, ventre extremo excepto, characteribus ac lituris cinnabarinis fuſcisque vario &c.
*Plin. hiſt. mund. l.* 9. *c.* 18. *Geſn. aq. p.* 824. *Jonſt. piſc. p.* 106. *t.* 23. *f.* 1.

*Will.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0338-2

*Will. ichth. p.* 189. *t.* 11. *f.* 2. Salmo.
*Albert. M. de anim. p.* 242. Eſox, Iſox.
*Brit. zool.* 3. *p.* 239. *n.* 1.
*Raj. piſc. p.* 63. Salmon.
*Geſn. Thierb. p.* 181. b. *et* 182. Salm *et* Lachs.

β) Illanca. *Wartmann Schr. der berl. Naturf. Fr.* 4. *p.* 55.

*Habitat in* Oceano, *potiſſimum ſeptentrionali, fluviisque oſtio praeſertim anguſtiori in hunc redundantibus, ipſis aliquando* v. g. Helvetiae *lacubus, gregarius in medii fluminis ſuperficie natans cum ſtrepitu, tempore procelloſo placide in profundis, colorem rubrum metuens, albo alliciendus, praeter piſces, vermibus inſectisque aquaticis victitans, frequens phocarum praeda, celerrime creſcens, ſatis magnus, ut aliquando ſex pedes longitudine aſſequatur, ſquamis mediae magnitudinis facile deciduis tectus, argenteus, maculis interdum cinereis pictus, ſupra niger, ad latera caeruleſcens, carne rubra ſapidiſſima, multiplici modo eduli; piſcatura act. Holm.* 1751. *p.* 95.

Caput *cuneatum, parvum, fronte, facie, genisque nigrum;* oculi *parvi, iride argentea, canthis flavis;* mandibulae *dentibus acutis, inter eos mobilibus et minoribus armatae, inferior paucioribus, mari adulto in uncum obtuſum deſinens;* palatum *et* fauces *utrinque illud duobus acutorum ordinibus, hae dentibus introrſum curvatis,* lingua *etiam* 6-8 *retroflexis armata;* membrana branchioſtega *flava;* pinnae *pectorales baſi flavae, ceterum caeruleſcentes; ventrales, intermedia quadam auctae, et analis flavae; caudalis ſemilunaris caerulea; dorſalis prior maculata cinerea; adipoſa et* linea *lateralis nigrae.*

Schiefermülleri. 30. S. maxilla inferiore longiore, maculis nigris. *Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 157. *n.* 13. *t.* 103. Br. 12. D. 15. P. 18. V. 10. A. 13. C. 19.

*Habitat*

Salmones *plurimi in aquis puris rapidis, in arena aut ſuper ſaxa fluentibus habitant, impuriorum impatientes, pauciores in mari habitant, qui tamen vere fluvios ingrediuntur, ova parientes; et per longas ambages auctumno in mare redeunt, piſcibus aliis victitant, colorum varietate eximii, carne ſua exquiſiti; anus pinnae caudali propinquus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0339-1 DFG

*Habitat in* mari europaeo *ſeptentrionali et* Auſtriae *lacubus, argenteus*, *ſupra fuſcus*, *ſquamis mediae magnitudinis facillime deciduis tectus.*

Caput *acuminatum;* oculi *iride ex argenteo flava;* palatum *et* lingua *dentibus armata;* linea *lateralis nigra*, *media;* pinnae *fuſcae*, *caeruleo admixto; ventrales appendice auctae; caudalis emarginata.*

Eriox. 2. S. maculis cinereis, caudae extremo aequali. *Fn. ſuec.* 346. *Art. gen.* 12. *ſyn.* 23. *ſpec.* 50. Br. 12. D. 14. P. 14. V. 10. A. 12. C. --
*Brit. zool.* 3. *p.* 248. *n.* 2. *Will. ichth. p.* 193. *Raj. piſc.* 63. Grey.

*Habitat in* Oceano europaeo, *ex hoc in fluvios adſcendens.*

Trutta. 3. S. ocellis nigris iridibus brunneis, pinna pectorali punctis 6. *Fn. ſuec.* 347.* *Müll. prodr. zool. dan. p.* 48. *n.* 407. *Kram. el. p.* 389. *n.* 2. Br. -- D. 12. P. 13. V. 10. A. 9. C. 20.
*Art. gen.* 12. *ſyn.* 14. Salmo latus, maculis rubris nigriſque, cauda aequali.
*Gron. muſ.* 2. *n.* 164. Salmo latus cauda ſubrecta, maxillis aequalibus, maculis nigris, annulo albido. D. 14. P. 12. V. 12. A. 10. C. --
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 143. *n.* 2. *t.* 21. Salmo ocellis nigris iridibus lucidioribus, pinna anali radiis undecim. Br. 12. D. 14. P. 14. V. 10. A. 11. C. 20.
*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 16. *t.* 5. *f.* 1. Trutta tota argentea, maculis ſubcinereis &c.
*Will. ichth. p.* 193. 198. *Raj. piſc. p.* 63. Trutta ſalmonata.
*Brit. zool.* 3. *p.* 249. *n.* 3. Bull-Trout.

*Habitat*

*Habitat alternatim in* mari Europaeo *et fluviis, inter Salarem et Farionem intermedia, in his ſub finem anni ova pariens, praeter piſces vermibus et inſectis aquaticis victitans, 2 pedes non raro longitudine ſuperans, ſupra nigra, ad latera violaſcens, ſubtus alba, ſquamis minutis tecta.*

Caput *parvum, cuneatum, naſo fronteque nigrum, genis ex violaceo flavum;* oculi *parvi, iride ex flaveſcente argentea;* mandibulae *aequales, dentibus acutis pauliſper curvatis armatae;* palatum *tribus dentium ordinibus;* lingua 10-12 *dentibus, in* 2 *ſeries digeſtis;* pinnae *radiis ramoſis, cinereae, ſolis caudali ſatis lata et vix emarginata, et adipoſa nigris; haec et dorſalis, capiti propior, quam ventrales, maculatae.*

Fario. 4. S. maculis rubris, maxilla inferiore ſublongiore. *Art. gen.* 12. *ſyn.* 23. *ſpec.* 51. *Kram. el. p.* 389. *n.* 3. *Scop. ann.* 2. *p.* 40. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 48. *n.* 408. Br. - - D. 13. P. 10. V. 10. A. 10. C. 18.
*Fn. ſuec.* 348. Br. 10. D. 14. P. 14. V. 9. A. 11. C. 20.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 148. *n.* 3. *t.* 22. Salmo ocellis rubris, iridibus lucidioribus, pinna anali radiis 11. Br. 10. D. 14. P. 10. V. 13. A. 11. C. 18.
*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 19. *t.* 5. *f.* 3. Trutta dentata vel nigris maculis parvis &c.
*Salvian. aquat. p.* 96. b. Salar varius, Trotta.
*Rondel. piſc.* 2. *p.* 169. *Aldrov. piſc. p.* 589. *Johnſt. piſc. p.* 130. *t.* 26. *f.* 1. *Will. ichth. p.* 199. *t.* 12. *f.* 4. *Raj. piſc. p.* 65. *Geſn. piſc.* 1002. Trutta fluviatilis.
*Brit. zool.* 3. *p.* 250. *n.* 4. Trout.

ſylvaticus. β) S. ſupra fuſcus maculis violaceis, ad latera ochroleucus, guttis rubris, annu-

lo albo, areaque fuſca cinctis, ſubtus albus. *Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 157. *t.* 23.

*Habitat in* Europae, Sibiriae, *aliarumque terrarum* mari caſpio *finitimarum rivis torrentibusque alpinis et montanis frigidis, pedem utplurimum longus, velociſſime natans, et alte exſiliens, praeter piſciculos, vermibus, etiam teſtaceis, et inſectis aquaticis victitans, et ne propriae quidem ſpeciei parcens, fertilis, Septembri ova pariens* 8, *thymallo appetitum cibum, ſquamis parvis veſtitus anguſtus, ſupra maculis nigricantibus varius, ad latera ſupra lineam lateralem nigram, ex viridi flavus, infra eam aureus, guttis rubris area caeruleſcente cinctis pictus, ſubtus albus.*

Caput *majus, quam congeneribus, naſo et fronte ex viridi nigricans, genis ex flavo viridique varius;* mandibulae *dentibus acutis introrſum curvatis armatae;* palatum *utrinque* 3 *dentium ordinibus, medio maximo;* lingua 6-8 *dentibus aſpera;* oculi *iride alba, margine nigricante ſemilunari;* pinnae *pectorales fuſceſcentes; ventrales flavae, appendice acutae; analis radiis primis purpurea, reliquis ex cinereo flavoque varia; caudalis ſtriis ex flavo nigris picta, truncata, ſubemarginata, dorſalis cinerea, guttis multis exilibus purpureis tincta.*

erythrinus. 53. S. ocellis coccineis, mandibulis aequalibus. *Georg. it.* 1. *p.* 156. *t.* 1. *f.* 1. Br. 12. D. 10-12. D. 13. V. 9-10. A. 11. C. 19.

*Habitat in lacu fluvioque* Sibiriae Fraelicha, *ad* 2 *pedes longus, eriocis habitu, pinguis, ex teretiuſculo compreſſus, carne rubra, pingui, tenera, ovis luteis, ſupra fuſcus, ſubtus coccineus, anterius tamen ex albo rubens.*

Caput *compreſſiuſculum, fronte et branchiarum operculis griſeis;* oculi *iride virideſcente;* roſtrum *conicum obtuſum;* dentes *in arcu palati mandibularumque duplici;* lingua *lata dentata;* pinna *dorſalis griſea, ocellis ſordide rubris; adipoſa fuſca elongata; pectorales dilutius, ventrales et analis ſaturatius coccineae;* cauda *forcipata ex fuſco rubens.*

Goedenii. 31. S. capite parvo maculis rubris ad truncum. *Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 155. *n.* 12. *t.* 102. Br. 10. D. 12. P. 15. V. 10. A. 11. C. 18.

*Habitat*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0342-4 DFG

*Habitat in* mari europaeo *ſeptentrionali*, *elongatus*, *tenuis*, $1\frac{1}{2}$ *pedem longus*, *argenteus ſupra fuſceſcens*, *maculis annulo albo cinctis*.

Oculi *magni*; *iride argentea*; rictus *amplus*; mandibulae *cum* palato *dentibus acutis armatae*; branchiarum *apertura ampla*; linea *lateralis dorſo paulo propior*; pinna *adipoſa et caudalis bifurca fuſceſcentes*, *reliquae flaveſcentes*, *ventrales appendice auctae*; *dorſalis fuſco-maculata*.

Hucho. 5. S. oblongus, dentium lineis duabus palati, maculis tantummodo nigris. *Art. gen.* 12. *ſyn.* 25.

*Kram. auſtr.* 388. Salmo dorſo brunneo, maculis nigris, lateribus ventreque albis. D. 14. P. 16. V. 10. A. - - C. 20.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 152. *n.* 10. *t.* 100. Salmo maculis rotundis in trunco pinnisque. Br. 12. D. 13. P. 17. V. 10. A. 12. C. 16.

*Geſn. aq. p.* 1015. *Thierb. p.* 174. *icon. an. p.* 313. *Aldr. piſc. p.* 592. *Will. ichth. p.* 199. *t.* N. 1. *f.* 6. *Raj. piſc. p.* 65. *n.* 9. *Marſigl. Danub.* 4. *p.* 81. *t.* 28. *f.* 1. Huch.

*Habitat in* Danubio, Bavariae *et* Auſtriae *lacubus majoribus*, Ruſſiae *et* Sibiriae *fluviis pluribus*, *toroſus*, *ad* $2\frac{1}{2}$ *pedes longus*, *Junio ova in fundo pariens*, *guttis in trunco et pinnis*, *ſolis pectoralibus exceptis*, *pictus*.

Caput *acuminatum*, *ſupra fuſcum*, *ad latera argenteum*; mandibulae *dentium acutorum ordine ſimplici*, palatum *et* lingua *duplici armatae*; linea *lateralis anguſta*; pinnae *flaveſcentes*, *ventrales appendice acutae*, *caudalis bifurca*.

lacuſtris. 6. S. cauda bifurca, maculis ſolum nigris, ſulco longitudinali ventris. *Art. ſyn.* 25.

*Gron. zooph.* 362. Salmo cauda ſubbifurca, maxillis aequalibus, lateribus



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0343-0 DFG

et capite maculis minutis nigris rubris.

*Habitat in* Helvetiae, Norwegiae, Sibiriae *aquis dulcibus.*

Carpio. 7. S. pede minor, dentium ordinibus quinque palati. *Art. gen.* 13. *ſyn.* 24.

*Habitat in* Angliae, Valleſiae *fluviis, alpino ſimilis, ſed iridibus albis, argenteus, ad latera albo-maculatus, ſubtus minus rufus.*

Pinnae *inferiores nigricantes parumque rubentes.*

alpinus. 8. S. dorſo nigro, lateribus caeruleis, ventre fulvo. *Fn. ſuec.* 349.*

*It. wgoth.* 257. Roeding. Br. 10. D. 13. P. 14. V. 10. A. 12. C. 19.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 158. *n.* 14. *t.* 104. Salmo maculis non ocellatis varius pinna caudali truncata. D. 13. P. 14. V. 8. A. 12. C. 23.

*Art. gen.* 13. *ſyn.* 25. *ſpec.* 52. Salmo vix pedalis, pinnis ventris rubris, maxilla inferiore paulo longiore.

*Will. piſc. p.* 196. *t.* N. 1. *f.* 4. *Raj. piſc. p.* 65. Red-Charre.

*Brit. zool.* 3. *p.* 265. *n.* 6. *t.* 15. Charr.

*Habitat in* Lapponiae, Sueciae, Angliae *et* Germaniae *auſtralis*, Helvetiae *alpibus, auctumno petens littora frondibus umbroſa, ad quae etiam Februario ova parit, ſquamis parvis veſtitus, ſupra vireſcens, ſubtus albus.*

Caput *apice obtuſum*; oculi *iride argentea margine aurea*; genae *et* branchiarum *opercula alba, margine aurea*; pinna *dorſalis flaveſcens, nigro-maculata, reliquae rubeſcentes, adipoſa margine rubra, ventrales appendice anguſta auctae*; caro *rubra.*

Salvelinus. 9. S. pedalis maxilla ſuperiore longiore. *Art. gen.* 13. *ſyn.* 26.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 149. *n.* 9. *t.* 99. Salmo

radio

radio primo in pinna ventrali analique albo. Br. 10. D. 13. P. 14. V. 9. A. 12. C. 24.

*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 18. *n.* 5. Trutta dentata, lateribus, ventre et pinnis maculis flavicantibus pictis, dorſo nigricante.

*Marſ. Danub.* 4. *p.* 82. *t.* 28. *f.* 2. Umbla prima, Salbling.

*Schrank Schr. der berl. Naturf. Fr.* 1. *p.* 380. Schwarzreuterl.

*Habitat in* Germaniae *auſtralis lacubus frigidioribus*, *Octobri*, *Novembri etiam Januario ova pariens*, *ad* 10 *usque libras pondere aequans*, *guttis aurantiis annulo albido cinctis pictus*, *ſupra fuſcus*, *ad latera albus*, *ſubtus aurantius.*

Caput *compreſſum;* oculorum *iris*, genae, *et* branchiarum *opercula argentea;* oris *rictus amplus;* lingua *cartilaginea*, *libera*, *et*, *prouti* palatum, *duplici dentium acutorum ordine armata;* nares *duplices;* linea *lateralis tenera;* pinnae *ventrales* analis *et pectorales rubrae; illae appendice acutae*, *radio primo albo*, *qui etiam in anali albet; dorſalis et caudalis bifurca fuſcae.*

Salmarinus. 10. S. dorſo fulvo maculis luteis, cauda bifurcrta. *Art. ſyn.* 24.

*Salv. aq. p.* 101. 102. *Jonſt. piſc. p.* 155. *t.* 28. Salmarinus.

*Marſ. Danub.* 4. *p.* 83. *t.* 29. *f.* 2. Umbla tertia, Lambacher Salbling.

*Habitat* Tridenti *in fluviis frigidis ſaxoſis*, *Salvelino nimium affinis*, *vix ſpecie diverſus.*

Umbla. 11. S. lineis lateralibus ſurſum recurvis, cauda bifurca. *Art. gen.* 13. *ſyn.* 25.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 154. *n.* 11. *t.* 101. Salmo immaculatus pinnis ani radiis undecim. D. 10. P. 15. V. 9. A. - - C. 18.

*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 18. *n.* 3. Trutta dentata, lineis lateralibus punctatis ſurſum recurvis &c.
*Rondel. piſc.* 2. *p.* 160. *Aldr. piſc. p.* 607. *Will. ichth. p.* 195. *t.* N. 1. *f.* 1. *Raj. piſc. p.* 64. Umbla altera.
*Geſn. aq. p.* 1004. Salmo alter lemani lacus.
*Habitat in* Helvetiae, Italiae *lacubus*, 1½ *libras circiter pondere aequans, ſquamis minimis tenerrimis tectus, ſupra vireſcens, ſubtus albicans, piſcibus minoribus teſtaceisque victitans, carne tenerrima, coctione rubeſcente.*
Oculi *iride rubicunda*; genae *et* branchiarum *opercula albida*; mandibula *ſuperior duplici, inferior ſimplici dentium ordine armata*; pinnae *breves, ex viridi flavicantes, caudalis bifurcata.*

argentinus. 12. S. taenia longitudinali argentea, pinna ani longiſſima.
*Act. petrop.* 1761. *p.* 404. Trutta dentata, dorſo plano, abdomine aucto prominente.
*Marcgr. braſ.* 170. Piabucu.
*Habitat in* Braſilia.

Taimen. 32. S. fuſceſcens, guttis crebris fuſcis adſperſus, cauda biſurca. *Pall. it.* 2. *p.* 716. *n.* 34. D. 12-13. P. 15-18. V. 10. A. 10. C.
*Habitat in* Sibiriae *fluviis in* oceanum glacialem *influentibus, alpeſtriumque tractuum torrentibus, pinguis, teres, caudam verſus compreſſus, ad latera ſubargenteus, ſubtus albus, ſeſquiulnaris, carne alba.*
Caput *elongatum, pingue, roſtro depreſſiuſculo*; palatum, lingua, mandibulae *uncis dentatae, inferior paulo longior*; pinnae *dorſales fuſcae, ventrales albidae appendicibus auctae, analis ruberrima, caudalis obſcure rubra.*

Nelma. 33. S. ex albo argenteus capite maxime elongato, mandibula inferiore multo

longiore.

longiore. *Pall. it.* 2. *p.* 716. *n.* 33. *Lepech. it.* 2. *p.* 192. *t.* 9. *f.* 1. 2. 3. Br. 10. D. 13. P. - - A. 14. C. - -

*Habitat in majoribus* Sibiriae *fluviis, ſquamis magnis veſtitus, ad 2 ulnas longus.*

Oculi *pupilla oblonga, iride argentea;* roſtrum *depreſſiuſculum;* os *majuſculum, laminis myſtaceis magnis latis;* cauda *bifurca.*

Lenok. 34. S. ſubaureolus punctis ſparſis fuſcis, ſupra fuſceſcens, ſubtus flaveſcens. *Pall. it.* 2. *p.* 716. *n.* 35. D. 12-13. P. 16. V. 10. A. 12. C. - -

*Habitat in* Sibiriae *montanae magis orientalis, fluentis et torrentibus ſaxoſis rapidiſſimis, praeſertim circa cataractas obvius, frequens in Jeniſea fluviisque in eum influentibus, ad ulnam longus, latiuſculus, craſſus, trincae facie, coregoni forma; caro alba.*

Oculi *pupilla antice angulata, iride argentea,* pinnae *dorſales maculatae, pectorales luteſcentes; ventrales ſubrubrae, appendice auctae, analis intenſius rubens; caudalis ex fuſco rubeſcens bifida.*

Kundſcha. 35. S. argenteus, guttis albis, cauda bifurca. *Pall. it.* 3. *p.* 706. *n.* 46. Br. 11. D. 11-12. P. 14. V. 9. A. 10. C. - -

*Habitat aeſtate frequens in ſinubus* oceani arctici, *fluvios non ſubintrans, bipedalis, erioci affinis, ſed cauda bifurca, ſupra infraque lineam lateralem caeruleſcens.*

Oculi *iride ex flavo, argentea;* pinna *adipoſa parva, ſerrata; ventrales appendice auctae.*

arcticus. 36. S. argenteus: punctis lineolisque fuſcis per 4 utrinque ſeries digeſtis, cauda bifurca. *Pall. it.* 3. *p.* 706. *n.* 47. Br. 9. D. 18. P. 16. V. - - A. 10. C. - -

*Habitat frequentiſſimus in jugi* arctici *rivulis ſaxoſis, digiti longitudine, thymalli junioris forma.*

Caput *vix compreſſum, fronte plana, rugis 3 longitudinalibus porcata;* roſtrum *rotundatum ſimulum, mandibulis ſubaequalibus;* oculi *iride argentea.*

ſtagnalis. 37. S. ſupra fuſceſcens, infra albus, corpore ſubtereti, maxilla ſuperiore longiore. *O. Fabr. Fn. groenl. p.* 175. *n.* 126. Br. 12. D. 14. P. 14. V. 10. A. 10. C. 21.

*Habitat in* Groenlandiae *aquis montanis remotioribus, ultra* 17 *pollices longus, elongatus, caudam verſus gracileſcens, immaculatus, an hujus ordinis?*

Caput *magnum, ex oblongo ovatum, cathetoplateum, roſtro acutiuſculo;* lingua *longa, obtuſiuſcula, et* mandibulae *margine dendatae;* palatum *triplici dentium confertorum ordine armatum;* dentes *validi, curvi, acutiſſimi;* branchiarum *opercula magna, laevia, duplicata;* pinnae *inferiores caneſcentes, baſi albae, pectorales dorſali paulo longiores, caudalis ſubbifurca, magna, adipoſa falcata, apice rotundata; dorſalis radii* 2 *pollices longi fere aequales; caro alba.*

rivalis. 38. S. elongatus fuſcus, ventre rubente, capite obtuſo. *O. Fabric. Fn. groenl. p.* 176. *n.* 127.

*Habitat frequens in* Groenlandiae *rivulis et ſtagnis minoribus limoſis, in limo ad ripas ova pariens, et hibernans, velociſſime ſub praecipitio ripae ſe occultans, laevis, mucoſus, ſquamis minimis veſtitus, nigro-punctatus, ſubtus ruberis, carpioni affinis, ſed minor, et vix* 6 *pollices longus, magis elongatus et gracilis, roſtro magis obtuſo, inſectis victitans.*

Oculi *iride flammea.*

Stroemii. 51. S. pinnis dorſalibus et ventralibus margine albis. *Ström. Sondmör.* 1. *p.* 292.

*Habitat in* Daniae *aquis limoſis,* **Muld Kraee;** *an haec et* Mülleri propria *ſpecies?*

Lepechini. 52. S. maxilla ſuperiori parum prominula dorſo fuſco, lateribus exiguis ocellis nigris rubedine circumdatis, ventre flammeo. *Lepechin it.* 3. *p.* 229. *t.* 14. *f.* 2. Br. 11. D. 9. P. 14. V. 9. A. 12. C. 20.

*Habitat*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0348-8 DFG

*Habitat in* Ruſſiae *et* Sibiriae *fluviis ſaxoſis, alpino affinis, ſed major, ut* 8 *pollicibus non raro pollicem ſuperet, ſquamis minimis veſtitus, carne rubente firma ſapida.*

Caput *magnum, ſupra vireſcens, compreſſum;* oculi *magni, iride flava;* genae *argenteae;* mandibulae *dentibus firmis acutis intus curvatis armatae, inferior* 60; pinna *dorſalis obſcura maculis quadratis nigris varia; reliquae flammeae.*

** Osmeri; *pinna dorſali anique oppoſitis.*

Eperlanus. 13. S. capite diaphano, radiis pinnae ani 17. *Fn. ſuec.* 350. *Art. gen.* 10. *ſyn.* 21. *ſpec.* 45. *Gron. muſ.* 1. *p.* 18. *n.* 49. — D. 11. P. 11. V. 8. A. 17. C. 19.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 179. *n.* 8. *t.* 38. *f.* 2. Salmo maxilla inferiore longiore, pinna ani radiis 17. — Br. 7. D. 11. P. 11. V. 8. A. 17. C. 19.

*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 20. *t.* 4. *f.* 3. 4. Trutta edentula tota argentea, ſemidiaphana &c.

*Rondel. piſc.* 2. *p.* 196. *Geſn. aq. p.* 362. *Aldrov. piſc. p.* 536. *Will. ichth. p.* 202. *Raj. piſc. p.* 66. *n.* 14. Eperlanus.

*Geſn. Thierb. p.* 189. Eperlanus fluviatilis.

*Brit. zool.* 3. *p.* 264. *n.* 8. Smalt.

β) *Will. ichth. t. n.* 6. *f.* 4. *Geſn. Thierb. p.* 180. b. Eperlanus.

*Johnſt. piſc. t.* 47. *f.* 6. Spirinchus.

*Klein miſſ. piſc.* 5. *n.* 12. *t.* 4. *f.* 2. Trutta.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 182. *t.* 28. *f.* 2. Seeſtint.

*Habitat in* Europae *lacuum fundo arenoſo,* β) *in mari, vere parturiens magnis gregibus in fluvios adſcendens, fertiliſſimus, vitae minus tenax, vermibus, teſtaceis potiſſimum*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0349-7
DFG

*victitans, foetens, ſubdiaphanus, nitens, ſquamis argenteis facile deciduis tectus, ſupra cinereus, ad latera ex viridi et caeruleo argenteus, ſubtus ex albo rubeſcens, fuſiformis, multiplici modo edulis,* 3-5, β) 8-10-13 *pollices longus, minus graveolens.*

Caput *parvum, cinereum, apice obtuſo;* oculi *magni, rotundi, iride ex argenteo caeruleſcente;* mandibula *inferior curvata, longior;* dentes *introrſum curvati.*

Saurus. 14. S. radiis pinnae ani 10.
*Art. gen.* 10. *ſyn.* 22. Oſmerus radiis pinnae ani 11. Br. - - D. 12. P. 13. V. 8. A. 10. C. - -
*Habitat in* Europa.

*** Coregoni; *dentibus vix conſpicuis.*

migratorius. 54. S. maxillis ſubaequalibus, pinna dorſi radiis 12. *Georg. it.* 1. *p.* 182. Br. 9. D. 12. P. 17. V. 12. A. 13. C. 20.
*Habitat in lacu* Sibiriae Baikal, *ex hoc ova pariturus gregatim in fluvios multos in hunc affluentes aſcendens,* 14-16 *pollices ad* 2 *pedes longus, compreſſiuſculus argenteus ſupra griſeus, carne alba, oviſque luteis multiplici modo edulibus, inteſtinis oleo excocto utilibus.*

Caput *compreſſum;* oculi *iride crocea;* os *edentulum;* roſtrum *ſubconicum;* pinnae *ſuperiores griſeae, inferiores ex albo rubentes.*

Lavaretus. 15. S. maxilla ſuperiore longiore, radiis pinnae dorſi 14. *Fn. ſuec.* 352. *Act. ſtockh.* 1753. *p.* 195. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 48. *n.* 413. *Koelreuter nov. comm. Petrop.* 15. *p.* 504. *Pall. it.* 3. *p.* 705. *S. G. Gmelin it.* 1. *p.* 60. *Schranck Schr. der berl. berl. Naturf. Fr.* 1.
*Art. gen.* 10. *ſyn.* 19. *ſpec.* 37. Gregorius maxilla ſuperiore longiore, pinna dorſali oſſiculorum 14. Br. 9. D. 14. P. 16. V. 12. A. 17. C. 18.
*Will. ichth. t.* N. 6. *f.* 1.
*Raj. piſc. p.* 60. *n.* 1. Albula nobilis.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 165. *n.* 5. *t.* 35. Salmo roſtro naſiformi. Br. 8. D. 15. P. 15. V. 12. A. 14. C. 20.
*Brit. zool.* 3. *p.* 167. *n.* 9. *t.* 16. Gwinied.

β) Salmo roſtro naſiformi, corpore latiore, Thymallus latus. *Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 170. *t.* 26.
*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 20. *t.* 6. *f.* 1. Trutta edentula, dorſo ex viridi caeruleo et argenteo reſplendente &c.
*Aſcan. ic. rer. natur. t.* 30. Lavaret.

*Habitat in* maris europaei *ſeptentrionalis profundis, harengo, cujus ovis inhiat, pariente, et ipſe parturiens duplici cohorte anterius acutangula, duce praeunte ſuperficiem petens, et fluviorum oſtia, hoc negotio peracto in mare redux, piſcium aliorum et phocarum frequens praeda, multiplici ratione edulis, ſquamis magnis medio emarginatis veſtitus, ſupra glaucus, ad latera caeruleſcens, infra lineam lateralem, dorſo propiorem et* 45 *punctis ornatum flaveſcens, ſubtus argenteus.*

Caput *parvum, cuneatum, ad oculos usque ſemidiaphanum;* frons *lata, declivis, flavicans;* mandibula *ſuperior apice obtuſa, carnoſa, nigra; inferior labio magno cartilagineo tecta;* os *parvum, transverſim hians, edentulum;* lingua *alba, cartilaginea, brevis, ſubaſpera;* oculi *mediocres, iride argentea;* genae *et* branchiarum *opercula ex caeruleo et flavo varia;* pinnae *pectorales flavicantes, reliquae radiis albidae, membrana nectente et margine caeruleſcentes; adipoſa rhombea, caudalis bifurca.*

Pidſchian. 39. S. maxilla ſuperiore longiore, radiis pinnae dorſi gibbi 13. *Pall. it.* 3. *p.* 705. *n.* 3. Br. 10. D. 13. P. 14. V. 11. A. 16. C. - -

β) Salmo

---

Cui *ſalmonum tribui accenſendi Silus Aſcan. ic. rer. natur. t.* 24. *et White Brit. zool. alt. ed.* 3. *p.* 302? *an Lodde a Pontoppidan hiſt. nat. Norweg.* 2. *p.* 254. *dicta, diſtincta a reliquis ſpecies? quae notae belaſac ritizac Ruſſorum, et Aſatt Perſarum, S. G. Gmelin it.* 3. *p.* 233?

Muchſan. β) Salmo corpore latiore, pinnae ani radiis 14. *Pall. it.* 3. *p.* 705.
*Habitat in alveo* Obenſi, *biſpithamalis, lavareto affinis, ſed latior, an varietas?*
Oculi *iride ex flavo argentea;* pinnae *ventrales appendicibus longioribus triquetris, acutis auctae.*

Schokur. 40. S. maxilla ſuperiore longiore, capite parvo, radiis pinnae dorſi anterius angulati 12. Br. 9. D. 12. P. 17. V. 11. A. 14. C. --
*Habitat in alveo* Obenſi, *bipedalis, lavareto ſimillimus, at major, paulo latior; capite minus compreſſo, roſtro magis obtuſo, rotundato, obſolete bituberculato.*
Pinnarum *ventralium appendices breves obtuſae.*

Naſus. 41. S. maxilla ſuperiore longiore, radiis pinnae dorſi 12, capite craſſo. *Pall. it.* 3. *p.* 705. *n.* 44. Br. 8-9. D. 12. P. 18. V. 11-13. A. 13.
*Lepechin it.* 3. *p.* 227. *t.* 13. Tſchär.
*Habitat in alveo* Obenſi, *ſeſquipedalis, lavareti forma, latiuſculus, craſſus, ſquamis magnis veſtitus.*
Caput *vix compreſſum;* mandibula *ſuperior usque ad oculos gibba, convexa, obtuſa;* pinnarum *ventralium appendices breviſſimae triquetrae;* cauda *bifurca.*

Mülleri. 50. S. maxillis edentulis, inferiore longiore, ventre punctato. *Müller prodr. zool. dan. p.* 49. *n.* 415.

autumnalis. 42. S. maxilla inferiore, longiore, radiis pinnae dorſi 11. *Pall. it.* 3. *p.* 705. *n.* 45. Br. 9. D. 12. P. 16. V. 12. A. 13.
*Lepechin it.* 3. *p.* 228. *t.* 14. *f.* 1. Omul.
*Habitat in* Oceano glaciali, *ex hoc in fluvios* Patſchoram *et* Jeniſeam *adſcendens, per* Angaram *in lacum* Baicalem, *per fluvium* Tuba *in* Madſcharam *delatus, inde autumno per fluenta ſecundaria immenſis copiis migrans, ſubſeſquipedalis, obeſus, compreſſus, dorſo vix angulato, vitae extra*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0352-0

*extra aquam fugaciſſimae, ſquamis majuſculis argenteis tectus.*

Oculi *iride pallide aurea;* os *edentulum;* branchiae *ampliſſime hiantes;* pinnarum *ventralium appendices longitudine fere dimidiae pinnae;* cauda *bifurca.*

Albula. 16. S. maxillis edentulis: inferiore longiore. *Fn. ſuec.* 353. *Koelreut. nov. comm. Petrop.* 18. *p.* 503. Br. 7. D. 12. P. 15. V. 11. A. 15. C. 33.
*Art. gen.* 9. *ſyn.* 18. *ſpec.* 40.
Coregonus edentulus, maxilla inferiore longiore. Br. 7. D. 14. P. 16. V. 12. A. 15. C. --
*Geſn. aq. p.* 34. *Aldr. piſc. p.* 660. *Jonſt. piſc. p.* 173. *t.* 30. *f.* 7. *Will. ichth. p.* 186. *Raj. piſc. p.* 61. Albula minima.

*Habitat in* Europa, *6 pollices longus, ante brumam pruriens, ſquamis integris ſubrotundis nigro-punctatis ſat denſe imbricatis tectus, ex virideſcente fuſcus, ad latera argenteus.*

Oculi *magni, iride argentea;* branchiarum *apertura ampliſſima, operculum 3 laminis conſtans, ſuperiore maxima, media acinaciformi;* dorſum *ante pinnam carinatum;* linea *leteralis brevi ſpatio ab ortu ſuo deorſum pauliſper flexa, tum rectiſſima, dorſo propior, ex punctis 70-80 conſtans;* pinnae *pallidae, punctis nigricantibus conſperſae, dorſalis et analis denſioribus.*

Peled. 53. S. edentulus, radiis pinnae dorſalis 10. *Lepechin it.* 3. *p.* 226. *t.* 12. Br. 12. D. 10. P. 16. V. 13. A. 14. C. 22.

*Habitat in* Ruſſia *boreali, ſeſquipedalis, obeſus, dorſo caeruleſcens, ventre lateribusque albus, capite fuſco-punctatus, an ſatis diverſus ab albula?*

Caput *conicum, roſtro obtuſo;* oculi *iride ochroleuca;* mandibula *inferior paulo longior.*

Thymallus. 17. S. maxilla ſuperiore longiore, pinna dorſi radiis 23. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 49. *n.* 416.
*Art. gen.* 10. *ſyn.* 20. *ſpec.* 41. *Kram. el. p.* 390. *n.* 2.
Coregonus maxilla ſupe-

riore longiore, pinna dorſi oſſiculorum 23.

*Fn. ſuec.* 354. Idem.* Br. 10. D. 23. P. 16. V. 12. A. 14. C. 19.

*Gron. muſ.* 2. *n.* 162. Idem. Br. -- D. 21. P. 15. V. 10. A. 15. C. --

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 158. *n.* 4. *t.* 24. Salmo pinna dorſi radiis 23. Br. 10. D. 23. P. 16. V. 12. A. 14. C. 18.

*Salv. aq. p.* 80. b. *Rondel. piſc.* 2. *p.* 187. Thymus.

*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 21. *n.* 15. *t.* 4. *f.* 5. Trutta edentula, labiis pro dentibus limae inſtar exaſperatis &c.

*Geſn. aq. p.* 979. *Aldr. piſc. p.* 593. *Johnſt. piſc. p.* 128. *t.* 26. *f.* 3-5. *t.* 31. *f.* 6. *Will. ichth. p.* 188. *t. n.* 8. *Marſ. Danub.* 4. *p.* 75. *t.* 25. *f.* 2. Thymallus.

*Brit. zool.* 3. *p.* 262. *n.* 7. *Raj. piſc. p.* 62. Grayling.

*Geſn. Thierb. p.* 174. Aſcher.

*Habitat in* Europae *et* Sibiriae *fluviis et rivis maritimis, rapidis, aquam frigidam, puram, in fundo arenoſo aut ſaxoſo vehentibus, celerrime natans et creſcens, ad 2 pedes longus, teſtaceis, coleopteris, piſcibus minoribus, ovis potiſſimum farionis et ſalaris victitans, Aprili et Majo ad ſaxa in fundo jacentia ova pariens, quae matura piſum magnitudine aequant, vitae parum tenacis, avium aquaticarum frequens praeda, ideo non copioſus, carne exquiſita alba, multiplici modo eduli, elongatus, ſquamis magnis paulo durioribus veſtitus, ſupra ex viridi ater, ad latera, ex cinereo et caeruleo varius, ſubtus albus.*

Caput *obtuſum, nigro-punctatum, ſupra fuſcum, ad latera ex albo caeruleſcens;* oculi *iride aurea nigro-punctata;* mandibulae *ſerie dentium exilium cuneatorum, in ſuperiori paulo majorum, armatae;* palatum *quoque dentibus nonnullis aſperum;* lingua *laevis;* dorſum *arcuatum;* latera *compreſſa;* linea *lateralis nigro-punctata;* pinna *dorſalis magna violacea, baſi vireſcens, rubeſcenti maculata; pectorales cinereae breves; ventrales rubeſcentes, pinna ad baſin intermedia auctae; analis ſpadicea; caudalis rubeſcens bifurca.*

Maraena. 43. S. maxilla ſuperiore truncata. *Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 172. *n.* 6. *t.* 27. Br. 8. D. 14. P. 14. V. 11. A. 15. C. 20.

Salmo membranae branchioſtegae radiis 10, pinnae analis 12. *Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 148.

*Habitat in* Electoratus Brandenburgici, Auſtriae, Helvetiae *lacubus profundis, in fundo arenaceo aut margaceo ſitis, ultra 2 pedes longus, ſquamis magnis ſplendidis deciduis tectus, in fundo latens, niſi Novembri, ova parturiens, aut vere teſtacea quaeſiturus, fertiliſſimus, vitae minus tenacis, piſcium rapacium, et colymbi auriti frequens praeda, carne alba, multiplici modo eduli, ſupra nigricans, ad latera ſupra caeruleſcens in flavum vergens, ſubtus argenteus, ventre albo.*

Caput *obtuſum;* oculi *magni, pupilla antrorſum acutangula, iride argentea;* os *edentulum parvum;* mandibula *ſuperior longior, antrorſum latior, margine foraminibus 2, minutis pertuſa;* linea *lateralis punctis* 44 *albis conſperſa, prope caput flexa;* pinnae *pectorales, ventrales, dorſalis et analis magnae, antrorſum acuminatae caeruleſcentes, baſi violaceae, margine nigrae radiis multifidis; adipoſa nigricans; caudalis bifurca; ventrales pinna intermedia auctae.*

Maraenula. 44. S. maxilla inferiore longiore, radiis pinnae dorſi 14. *Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 176. *n.* 7. *t.* 28. *f.* 3. Br. 7. D. 10. P. 15. V. 11. A. 14. C. 20.

*Wulff ichth. bor. p.* 48. *n.* 65. Cyprinus muraenula.

*Will. ichth. p.* 229. *Raj. piſc. p.* 107. *n.* 12. Marena.

*Bloch Beſch. der berl. Naturf. Fr.* 3. *p.* 84. Kleine Maraene.

*Klein miſſ. piſ.* 5. *p.* 21. *n.* 16. *t.* 6. *f.* 2. Trutta edentata, argentea tota ſquamis tenuibus &c.

*Habitat gregarius in* Germaniae *orientalis et ſeptentrionalis,* Sileſiae *quoque et* Boruſſiae *lacuum fundo margaceo vel arenaceo,* 6-8-10 *pollices longus, ſquamis argenteis facile*

*cile deciduis tectus, argenteus, dorſo caeruleſcens, vitae minus tenacis, fertiliſſimus, ova in locis lacuum herboſis pariens, herbis in fundo naſcentibus, vermibus et inſectis victitans, piſcium aliorum et avium aquaticarum frequens praeda, carne alba, multiplici modo eſculenta.*

Caput *acutum, ſubdiaphanum, ex viridi fuſceſcens;* oculorum *iris, et* genae *argenteae;* os *edentulum;* mandibula *inferior curvata, ſuperiori anguſtior;* lingua *brevis, cartilaginea;* linea *lateralis punctis* 58 *notata;* pinnae *caneſcentes, caudalis bifurca, margine caerulea.*

Wartmanni. 45. S. caeruleus, maxilla ſuperiore truncata. *Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 161. *n.* 15. *t.* 105. Br. 9. D. 15. P. 17. V. 12. A. 14. C. 23.

*Art. ſyn. p.* 19. *n.* 2. V. Coregonus maxilla ſuperiore longiore plana, pinna dorſi oſſiculorum 14.

*Rondel. piſc.* 2. *p.* 163. *Aldr. piſc. p.* 658. *Jonſt. piſc. p.* 171. *t.* 30. *f.* 4-8. Bezola.

*Geſn. aq. p.* 33. Albula nobilis.

*Geſn. aq. p.* 34. *icon. anim. p.* 340. *Thierb. p.* 188. b. *Aldr. piſc. p.* 659. *Jonſt. piſc. p.* 173. *Will. ichth. p.* 384. *Raj. piſc. p.* 61. *n.* 4. Albula parva.

*Geſn. Thierb. p.* 187. b. Albula caerulea.

*Wartmann Beſch. berl. Naturf. Fr.* 3. *p.* 184. Blaufelchen.

*Habitat in* lacus Acronici *profundis, acolis pro varia aetate vario nomine veniens, ad* 17 *pollices usque longus, Decembri ova trincae appetita parturiens littori propior, fertiliſſimus, vermibus, inſectis, ſpongiae quadam ſpecie, herbisque victitans, vitae minus tenacis, piſcium rapacium non rara praeda, verſus ventrem albicans, ſquamis, in maxima corporis parte grandibus, veſtitus, carne eximia, multiplici modo in cibum inſerviente.*

Caput

Caput, *plurimam partem*, *et* oculorum *iris argentea*; os *edentulum*; mandibulae *aequales*; linea *lateralis nigra*; pinnae *margine lato caeruleae*, *pectorales*, *ventrales appendice auctae*, *et analis*, *baſi flavicantes*, *dorſalis et caudalis lunata albicans*.

oxyrhinchus. 18. S. maxilla ſuperiore longiore conica.
*Art. gen.* 10. *ſyn.* 21. Coregonus maxilla ſuperiore longiore conica. Br.--D. 13. P. 17. V. 12. A. 14. C.--
*Gron. muſ.* 1. *n.* 48. Idem. Br.--D. 14. P. 13. V. 10. A. 15. C.--
*Habitat in* Oceano atlantico.

Vimba. 19. S. pinna adipoſa ſubſerrata.
*Fn. ſuec.* 351.
*It. wgoth. p.* 231. Wimba. Br.--D. 12. P. 16. V. 10. A. 14. C.--
*Habitat in* Waenero Sueciae.

leucichthys. 46. S. maxilla ſuperiore latiſſima integra recta breviore, inferiore adſcendente, apice tuberculoſa. *Güldenſt. nov. comm. Petrop.* 16. *p.* 531. Br. 10. D. 15. P. 14. V. 11. A. 14. C. 27.
*Habitat in* mari caſpio, *ad tres pedes et ultra longus*, *oblongus*, *parum compreſſus*, *ſquamis mediae magnitudinis ſubrotundis laevibus argenteis tectus*, *nigro-punctatus*, *ſupra ex nigro caneſcens*.

Vertex *fornicatus*, *nudus*, *glaberrimus*, *ſubdiaphanus*, *ex hyalino fuſcus*; oculi *liberi*, *laterales*, *magni*, *iride argentea nigro-punctata*; roſtrum *obtuſiſſimum*; os *edentulum*, *terminale*, *ampliſſimum*, *quadratum*; lingua *triangularis*, *ſubaſpera*; palatum *planum*, *latum*, *denticulis minimis tactu potius*, *quam oculo percipiendis*, *antrorſum ſubaſperum*; branchiarum *opercula ex* 4 *laminis conflata*, *compreſſa*; pinna *dorſalis ex albicante fuſceſcens*, *et adipoſa hyalina parva nigro-punctata*; *pectorales acuminatae albae*; *ventrales rotundatae albae*, *antrorſum fuſco-punctatae*, *appendice triquetra auctae*, *analis rubicunda fuſco-maculata*, *caudalis perpendicularis ſemilunaris*.

**** Characini; *membranae branchioſtegae radiis tantum quatuor*.

Dentex. 47. S. argenteus, ſupra fuſco albidoque lineatus, pin-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0357-8

nis albidis, caudae dimidio inferiore rubro. *Forſk. Fn. arab. p.* 66. *n.* 98. D. 10. P. - - V. 9. A. $\frac{1}{14}$. C. - -
*Haſſelq. it.* 395. Salmo dentex. D. 10. P. 15. V. 10. A. 24. C. 25.
*Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 531. *n.* 26.
*Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 108. Cyprinus Dentex. D. 10. P. 14. V. 9. A. 26. C. 19.
*Habitat in* Nilo *et* Sibiriae *fluvio* Lawla, *ob pinnam adipoſam evidentem ad ſalmones referendus, dentibus ſubulatis, maximis, exſertis a congeneribus et cyprinis diſtinctus.*

gaſteropelecus. 48. S. pinnis ventralibus et adipoſa minimis. *Pallas ſpicil. zool.* 8. *p.* 50. *t.* 3. *f.* 4. 5. V. 5-6.
*Koelreut. nov. comm. Petrop.* 8. *p.* 405. *t.* 14. *f.* 1-3.
*Gron. muſ.* 2. *p.* 7. *n.* 155. *t.* 7. *f.* 5. Gaſteropelecus. D. 12. P. 9. V. 0. A. 33. C. 22.
*Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 524. *n.* 8. Clupea (Sternicla) pinnis ventralibus nullis. Br. 2. D. 11. P. 9. V. 0. A. 34. C. 18.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 166. *n.* 1. *t.* 97. *f.* 3. Gaſteropelecus pinna ani radiis 34. Br. 3. D. 13. P. 9. V. 2. A. 34. C. 22.
β) Clupea ſima, pinnis flavis: ventralibus minutiſſimis. *Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 524. *n.* 7.
*Habitat in* Carolinae, Surinami, Amboinae, Indiae *aquis, minutus, argenteus, chalybeo tinctu translucente, velociſſime natans, compreſſus.*
Caput *depreſſiuſculum ſulcis* 2 *inaequalibus, ſepto ſeparatis, inaequale;* oculi *magni rotundi, iride argentea;* os *ſuperum, amplum;* mandibulae *dentatae, inferior adſcendens, longior, ſola mobilis;* lingua *alba, laevis, craſſa;* branchiarum *apertura ampla, operculum glabrum, a gula ad anum os carinatum, arcuatum, tenue, ſquamis tectum;* anus *in medio corporis;* pinnae *cinereae, pectorales longae falcatae, caudalis bifurcata.*

gibboſus. 20. S. dorſo gibboſo compreſſo, pinna ani radiis 50. *Gron.*

*Gron. muſ.* 1. *n.* 53. *t.* 1. *f.* 4. Charax dorſo admodum prominulo, pinna ani radiis 55. D. 10. P. 11. V. 8. A. 55. C. 19.
*Habitat* Surinami.

notatus. 21. S. macula utrinque nigra verſus opercula. D. 11. P. 16. V. 7. A. 23. C. 24.
*Habitat* Surinami, *oblongus, macula nigra ſupra lineam lateralem notatus, bimaculato affinis.*
Caput *acutiuſculum*; pinna *adipoſa parva*; cauda *bifurca.*

bimaculatus. 22. S. corpore compreſſo bimaculato, pinna ani radiis 32.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 54. *t.* 1. *f.* 5. Charax dorſo leviter convexo, pinna ani radiis 31. D. 10. P. 13. V. 8. A. 31. C. 19.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 78. *t.* 32. *f.* 2. Albula pinna ani radiis 32. D. 10. P. 13. V. 8. A. 32. C. 19.
*Art. ſpec.* 44. Coregonoides amboinenſis. D. 12. P. 13. V. 10. A. 34. C. --
*Seb. muſ.* 3. *p.* 106. *t.* 34. *f.* 3. Tetragonopterus.
*Habitat in* America *meridionali.*

immaculatus. 23. S. corpore immaculato, pinna ani radiis 12.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 78. Albula pinna ani radiis 12. D. 11. P. 14. V. 11. A. 12. C. 20.
*Habitat in* America.

foetens. 24. S. radiis dorſalibus analibusque 12. Br. 12. D. 12. P. 14. V. 8. A. 12. C. 24.
*Catesb. Car.* 2. *p.* 2. *t.* 2. *f.* 2. Saurus ex cinereo nigricans.
*Habitat in* Carolina, *ovatus, acutiuſculus. Whiting.* D. Garden.
Dentes *in maxillis, palato, lingua, numeroſi, exſerti, mucronati*; pinna *analis adipoſae oppoſita*; cauda *lunata.*

cyprinoides. 25. S. pinnae dorſalis radiis anticis elongato-ſetaceis. D. 10. P. 10. V. 9. A. 10. C. --



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0359-2 DFG

*Gron. muſ.* 378. Charax maxilla ſuperiore longiore, capite antice plagioplateo, dorſo ſummo acuminato. D. 10. P. 15. V. 10. A. 11. C. 22.
*Habitat* Surinami, *niveus*, *cyprini rutili facie.*
Caput *ſupra planum*; oculi *prominuli*; cauda *biſurca.*

niloticus. 26. S. pinnis omnibus flaveſcentibus, corpore toto albo. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 99.* D. 9. P. 13. V. 9. A. 26. C. 19.
*Habitat in* Nilo.
Cauda biſurca.

aegyptius. 49. S. dorſo vireſcente, dentibus maxillae inferioris majoribus. *Forſk. Fn. arab. p.* 66. D. 23. P. -- V. -- A. -- C. --
*Habitat in* Aegypto, *incolis* *Nefoſch dictus*, Haſſelquiſtio *niloticus.*
Pinna *caudalis baſi ſquamata.*

pulverulentus. 27. S. pinnis ſubpulverulentis, linea laterali deſcendente. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 99.* D. 11. P. 16. V. 8. A. 26. C. 18.
*Habitat in* America.

rhombeus. 28. S. abdomine ſerrato, pinna anali caudalique baſi margineque nigris. D. 17. P. 17. V. 6. A. 32. C. 16.
*Pall. ſpic. zool.* 8. *p.* 52. *t.* 5. *f.* 3. Salmo rhombeus. D. 17. P. 17. V. 7. A. 32. C. 22.
*Habitat* Surinami, *caraſſii magnitudine et forma, ex griſeo vel luteſcente argenteus, verſus dorſum fuſceſcens, compreſſus, ex ovato lanceolatus, dorſo ſubangulatus, a nucha et ad pinnam dorſalem pauliſper gibbus, anatum pedes praemordens.*
Caput *nudum, corpore craſſius*; oculi *rubri, ampliuſculi, orbitis demerſi, iride aurea*; os *obtuſum, amplum*; labia *tenuia, inferius longius*; dentes *in mandibularum margine validi, triangulares, mucrone et acie acutiſſimi, in inferiore longiore contigui, anterius exceptis duobus mediis, majores, in ſuperiore ſubreclinati, alterni minores*; palatum *profunde carinatum, margine dentibus confertis utrinque aſperum*; lingua *mollis, ſubacuta, plana,* bran-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0360-4 DFG

branchiarum *opercula ſtriata;* abdominis *carina ante anum argute compreſſa, a gula fere ad anum, circa medium corporis poſitum, dentibus oſſeis conicis, acutiſſimis ſerrata;* pinnae *margine nigricantes; ante dorſalem aculeus decumbens, poſterius bimucronatus; ventrales parvae, appendice minima lineari auctae, analis magna baſi carnoſa, caudalis inſignis, biloba.*

anoſtomus. 29. S. ore ſimo.
*Gron. muſ.* 2. *n.* 165. *t.* 7. *f.* 2. Anoſtomus. D. 11. P. 13. V. 7. A. 10. C. 25.
*Habitat in* America *auſtrali et* India.

## 179. FISTULARIA.

*Caput: Roſtrum* cylindricum, apice maxilloſum.
*Membrana branchioſtega* radiis ſeptem.
*Corpus* - - -

tabacaria. 1. F. cauda bifida ſetifera. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 80. *t.* 26. *f.* 1. D. 14. P. 14. V. 6. A. 4. C. 13.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 31. Solenoſtomus cauda bifurca in ſetam balaenaceam abeunte. D. 8. P. 15. V. 6. A. 12. C. 12.
*Marcgr. braſ.* 148. *Raj. piſc.* 110. *n.* 8. *Catesb. Car.* 2. *t.* 17. *f.* 2. Petimbuaba.
*Habitat in* America *et* Japonia.
Filum *e diviſura pinnae caudalis.*

chinenſis. 2. F. cauda rotundata mutica.†
*Gron. zooph.* 366. Solenoſtomus cauda rotundata integerrima ſeta nulla. D. 26. P. 16. V. 6. A. 24. C. 11.
*Pet. gaz. t.* 68. *f.* 1. Acus chinenſis maxima, corpore compreſſo.
*Valent. ind.* 3. *f.* 3. 23. 492.
*Habitat in* India.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0361-9

paradoxa. 3. F. lineis argute prominulis reticulata, cauda lanceolata. *Pall. ſpic. zool.* 8. *p.* 32. *t.* 4. *f.* 6. D. 5,18. P. 25. V. 7. A. 12. C. 14.

*Habitat in* Amboina, *ſyngnathis affinis*, 2 *pollices longus, ex cinereo albicans, rivulis obſolete brunneis, in pinna dorſi anteriore caudaeque ſubatris varia, cathetoplatea, ad linearum interſectiones ſpinis horrida, anterius ſubdecaëdra, dorſo nempe perfecte triedro, abdomine verſus pinnas ventrales ſubtriedro, pone has anguſto, aequabiliter hexaëdro, cauda tenuiore, compreſſo-heptaëdra.*

Caput *parvulum;* oculi *ad baſin roſtri magni, ante orbitas utrinque ſpina triquetra muniti;* roſtrum *longiſſimum, deſcendens, rectum, corneum, compreſſo-planum, ſupra argutum, ſubtus longitudinaliter bicoſtatum, utrinque ad dorſum ſpinula conica armatum;* mandibulae *apice adſcendentes, acutae, ad latera complanatae, dilatabiles, inferior paulo brevior;* os *exiguum;* nucha *trimuricata;* branchiarum *opercula tenuiſſima parva, lineis aliquot prominentibus radiata;* pinna *dorſalis prior faſciolis nigris picta, longa, reclinata, radiis ſimplicibus;* pectorales *latiſſimae; ventrales maximae, radiis profunde multifidis, membranae laxae, ſaccum longitudinalem efficientis ope longitudinaliter connexae.*

180.

**180. ESOX.** *Caput* ſupra planiuſculum; *os* et *faux* ampla; *mandibulae* dentatae, inaequales, ſuperior plana, inferior punctata; *lingua* lata, libera; *palatum* laeve; *oculi* rotundi, mediae magnitudinis, laterales; *nares* duplices, oculis proximae.

*Branchiarum* opercula magna, apertura ampla, membrana radiis ſeptem ad duodecim.

*Corpus* elongatum, ſquamis duris tectum, ſupra convexum, ad latera compreſſum; *linea lateralis* recta, dorſo propior, vix conſpicua; *pinnae* dorſalis et analis breviſſimae, oppoſitae.

Sphyraena. 1. Eſ. dorſo dipterygio: antica ſpinoſa. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 100.* D. 5,10. P. 12. V. 6. A. 10. C. 17.
*Art. gen.* 84. *ſyn.* 112. Sphyraena. D. 5,10. P. 13. V. 6. A. 10. C. - -
*Habitat in* mari mediterraneo.

oſſeus. 2. Eſ. maxilla ſuperiore longiore, ſquamis oſſeis. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 101. D. 6. P. 11. V. 6. A. 5. C. 12.
*Art. gen.* 14. *ſyn.* 27. Eſox maxilla ſuperiore longiore, cauda quadrata. D. 7. P. 11. V. 6. A. 7. C. 12.
*Habitat in* America *ſeptentrionali*, Aſia, *ſquamis rhombeis, in ordine dorſali rotundis retuſis tectus.*
Mandibula *inferior ante oculos deſinens*; pinnae *ſingulae radio anteriore duplici ſerie dentato; dorſalis anali poſterior.*

viridis. 10. Eſ. viridis maxilla inferiore longiore, ſquamis tenuibus. D. 11. P. 11. V. 6. A. 17. C. 16.

*Cateſb. Car.* 2. *t.* 30. Acus maxima ſquamoſa viridis.
*Habitat in* Carolinae *fluviis.* Garden.
Pinna *dorſi et ani exacte oppoſitae;* ſquamae *diſtinctae.*

Vulpes. 3. Eſ. pinna in medio dorſi, membrana branchioſtega triradiata. D. 14. P. 14. V. 8. A. 10. C. 17.
*Cateſb. Car.* 2. *t.* 1. *f.* 2. Vulpes bahamenſis.
*Habitat in* America.

Synodus. 4. Eſ. pinna in medio dorſi, membrana branchioſtega quinqueradiata.
*Gronov. muſ.* 2. *n.* 151. *t.* 7. *f.* 1. Synodus. Br. 5. D. 11. P. 12. V. 8. A. 6. C. 8.
*Habitat in* America, *vulpi ſimillimus.*

Lucius. 5. Eſ. roſtro depreſſo ſubaequali. *Fn. ſuec.* 355. *Meiding. ic. piſc. auſtr. t.* 10.
*Art. gen.* 10. *ſyn.* 26. *ſpec.* 53. Eſox roſtro plagioplateo. D. 21. P. 15. V. 11. A. 18. C. 19.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 28. Idem. D. 18. P. 11. V. 9. A. 15. C. - -
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 229. *n.* 1. *t.* 32. Idem. Br. 15. D. 20. P. 14. V. 10. A. 17. C. 20.
*Rondel. piſc. p.* 188. *Geſn. aq. p.* 500. *Auſon. Moſ. p.* 122. Lucius.
*Bell. aq. p.* 292. *it. p.* 104. *Camper act. Pariſ. extran.* 6. *p.* 177. Brochet.
*Brit. zool.* 3. *p.* 270. *n.* 1. *Will. ichth. p.* 236. *Raj. piſc. p.* 112. Pike.

americanus. β) Eſ. roſtro depreſſo mandibula ſuperiore paulo breviore. *Schoepf Naturf.* 20. *p.* 26. Br. 12. D. 15-16. P. 13. V. 8. A. 14? C. 20?

*Habitat in* Europae, *borealis* Perſiae, β) *ſeptentrionalis* Americae *aquis dulcibus, in ipſo* mari caſpio, *velociſſime natans et creſcens, ab 8 pollicibus ad 8 pedes longus, grandaevus, ut 267 annorum exemplum feratur, voraciſſimus, ut nec piſcibus aequalibus, nec propriae ſoboli parcat, et piſci-*

*piſcinas facile exhauriat, aves adeo, glires, ſerpentes aquaticos, ipſa cadaverum fruſta devorans, a perca fluviatili et lucioperca junior ab avibus infeſtatus, a Februario ad Aprilem, in locis herboſis, pratisve adjacentibus ova pariens anatibus expetita, et per eas diſſeminata, multiplici modo eſculentus, ſupra niger, ad latera cinereus flavo-maculatus, ſubtus albus, nigro-punctatus, rarius aurantius, nigro-maculatus aut viridis, ſquamis exilibus oblongis duris tectus.*

Caput *magnum anterius deorſum, poſterius utrinque compreſſum, fere quadratum, varium;* oculi *pupilla caeruleſcente, iride aurea;* mandibulae *dentibus alternis fixis et mobilibus armatae; ſuperior anterius modo ſerie parva;* palatum *tribus ſeriebus parallelis longitudinalibus, circiter 700, mediis parvis, reliquis majoribus introrſum flexis;* pinnae *radiis ramoſis, pectorales et ventrales rubeſcentes, reliquae nigro-maculatae, dorſalis et analis fuſceſcentes, caudalis fuſca.*

Belone. 6. Eſ. roſtro utraque maxilla ſubulato. *Brünn. piſc. maſſ. p.* 79. *n.* 95. *Müller prodr. zool. dan. p.* 49. *n.* 420.

*Fn. ſuec.* 356. *Art. gen.* 10. *ſyn.* 27. Eſox roſtro cuſpidato gracili ſubtereti ſpithamali. D.16.P.13.V.7.A.20.C. - -

*Gron. muſ.* 1. *n.* 39. *zooph. p.* 117. *n.* 362. Idem. Br.14.D.16.P.13.V.7.A.21.C.23.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 236. *n.* 2. Eſox roſtro ſubulato. Br.14.D.20.P.13.V.7.A.23.C.23.

*Klein piſc. miſſ.* 4. *p.* 21. *n.* 1. *t.* 3. *f.* 2. Maſtaccembelus mandibulis longiſſimis tenuibus, acutiſſime denticulatis &c.

*Ariſtotel. hiſt. anim. l.* 2. *c.* 15. Βελονη.

*Salv. aquat. p.* 68. b. Acus piſcis.

*Rondel. piſc.* 1. *p.* 227. *Geſn. aquat. p.* 9. 10. *Thierb. p.* 48. b. Acus prima ſpecies.

*Aldrov. piſc. p.* 106. 107.
*Will. ichth. p.* 231. *t.* P. 2. *f.* 4. *app. t.* 3. *f.* 2. *Raj. piſc. p.* 109. Acus vulgaris.
*Brit zool. p.* 274. *n.* 2. Sea-pike.

*Habitat in* oceani *profundis, a Martio ad Junium gregarius littora verſus migrans, ova pariturus, ſcombrorum prodromus, phocarum gadorumque frequens praeda, rarius eſculentus,* $1\frac{1}{2}$, *nonnunquam* 4 *pedes longus, anguſtus, longus, gracilis, ſupra niger, ad latera ſuperius ex viridi caeruleus, ſquamis teneris oblongis tectus, ſubtus argenteus.*

Caput *parvum, ad genas et opercula ex argenteo caeruleſcens et vireſcens;* oculi *magni, rotundi, iride argentea;* mandibulae *rotundatae, dentibus ſe mutuo excipientibus ſerratae;* linea *lateralis infra operculum orta, ventri propinqua et parallela, ſubtus ad pinnam caudalem terminata;* pinnae *breves, pectorales et ventrales cinereae, radiis ramoſis; dorſalis et analis caeruleſcentes, radiis ſimplicibus; caudalis parumper emarginata, margine caerulea, radiis apice bifidis; oſſa noctu lucent nitore viridi.*

Hepſetus. 7. Eſ. linea laterali argentea.
*Amoen. acad.* 1. *p.* 321. Argentina pinna dorſali pinnae ani oppoſita. D. 14. P. 12. V. 6. A. 15. C. 14.
*Marcgr. braſil.* 159. Piquitinga.
*Habitat in* America.

chilenſis. 11. Eſ. maxillis aequalibus, linea laterali caerulea. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 196. Br. 10. D. 14. P. 11. V. 6. A. 8. C. 22.

*Habitat in* mari *regnum* Chilenſe *alluente, teres, ſquamis oſſeis, angulatis, deciduis tectus, ſupra aureis, ſubtus argenteis,* 2-3 *pedes longus, carne alba, ſubpellucida, lamelloſa, ſapidiſſima.*

Caput *mediocre, cathetoplateum;* oculi *magni, orbiculati, laterales;* rictus *transverſus, terminalis, mediocris;* dentes *immobiles, conferti, minimi;* lingua *integra,* palatumque *glabra;* branchiarum *apertura falcata;* opercula *ſquamoſa, diphylla;* linea *lateralis ſuprema dentata;* pinnae *radiatae breves.*

12. Eſ.

argenteus. 12. Eſ. fuſcus litteris flavicantibus pictus. *G. Forſter it. circa orb.* 1. *p.* 159.
*Habitat in* novae Seelandiae, *aliarumque* oceani pacifici *inſularum aquis dulcibus*, *exilis*, *truttae ſimilis.*

marginatus. 13. Eſ. pinna dorſali anique oppoſitis, linea laterali argentea, maxilla inferiori ſextuplo longiori. *Forſk. Fn. arab. p.* 67. *n.* 98. Br. 13. D. $\frac{0}{13}$ P. 11. V. $\frac{0}{6}$. A. $\frac{1}{10}$ C. 14.
*Habitat in* mari rubro, *linearis*, *utrinque attenuatus*, *ſeſquiſpithamaeus*, *ſquamis latis laxis integris veſtitus*, *albidus*, *ſupra fuſcus*, *hepſeto affinis.*
Caput *corpore anguſtius*, *ſupra horizontale*; oculi *verticales*, *parum remoti*; dentes *numeroſi*, *erecti*, *ſetacei*, *rigidi*, *parvi*; cauda *attenuata*, *recta*; pinnae *pectorales lanceolatae*; *analis parva*, *triangularis*, *glauca*, *extus flaveſcens*; *dorſalis extus flava*; *caudalis biloba*: *lobo ſuperiore pallide flavo*. *margine poſteriori fuſco.*

braſilienſis. 8. Eſ. maxilla inferiore longiſſima, corpore ſerpentino. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 102.* D. 12. P. 10. V. 6. A. 17. C. 16.
*Gron. zooph.* 363. Eſox maxilla inferiori tereti cuſpidata longiſſima ſuperiore breviſſima. Br. 14. D. 13. P. 10. V. 6. A. 10. C. 15.
*Marcgr. braſ.* 168. Timucu.
*Brown jam.* 443. *t.* 45. *f.* 2. Eſox maxilla inferiore producta.
*Grew muſ.* 87. *t.* 7. Under Swordfiſh.
*Habitat in* America *auſtrali et* India.
Cauda *bifurca.*

gymnocephalus. 9. Eſ. maxillis aequalibus, operculis obtuſiſſimis, capite denutato. D. 13. P. 10. V. 7. A. 26. C. 19.
*Habitat in* India, *nobis viſus ammodytae magnitudine.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0367-3 DFG

## 181. ELOPS. *Caput* laeve. *Dentium* ſcabrities in maxillarum margine, palato.

*Membrana branchioſtega* radiis triginta; praeterea exterius in medio armata dentibus quinque.

Saurus. 1. El. cauda ſupra infraque armata. D. $\frac{4}{24}$. P. 17. V. 14. A. $\frac{3}{16}$. C. 30.

*Sloan. jam.* 2. *p.* 284. *t.* 251. *f.* 1. Saurus maximus.

*Habitat in* Carolina, *longus, pinnae adipoſae defectu a ſalmone diverſus.* D. Garden.

Caput *magnum, laeve, ſplendens, compreſſum, ſupra planiuſculum ;* oculorum *pars cute capitis communi tecta;* cauda *profunde bifida, ante pinnam ſupra infraque ſquama oſſea ſ. ſpina lanceolata horizontali armata.*

Confer. *Brown jam.* 452. 2.

## 182. ARGENTINA. *Caput: Dentes* in maxillis, lingua.

*Membrana branchioſtega* radiis octo.

*Corpus* ano caudae vicino. *Pinnae ventrales* multiradiatae.

Sphyraena. 1. A. pinna ani radiis novem.

*Art. gen.* 8. *ſyn.* 17. D. 10. P. 14. V. 11. A. 9. C. - -

*Gron. muſ.* 1. *n.* 24. Argentina. D. 10. P. - - V. - - A. 10. A. - -

— *muſ.* 2. *n.* 152. Argentina. D. 13. P. 14. V. 6. A. 24. C. - -

*Habitat in* mari infero.

*Veſicula aërea utrinque conica, velut argento foliato reſplendens, unde margaritae artificiales.* Raj. *piſc.* 108.

gloſſodonta. 3. A. pinna ani radiis octo.

*Forſk. Fn. arab. p.* 68. *n.* 99. Argentine lingua baſi tuberculis oſſeis dentata.

Br. 13. D. 16-18. P. 19. V. 10-11. A. 8. C. 20.

*Habitat*

*Habitat in* mari rubro, *ex lineari lanceolata, mugilis cephali magnitudine, ſquamis latis, rotundatis, integris, baſi ſtriatis, in ſeries longitudinales imbricatis veſtita, ſplendens, argentea, dorſo obſcuriore.*

Caput *corporis latitudine, compreſſum, attenuatum, nudum;* vertex *glaucus, modice declivis, planus, tuberculis exilibus inter oculos inaequalis;* oculi *iride argentea;* mandibula *ſuperior longior apice conica, annulo nigro, non protractilis;* dentes *ſetacei, confertiſſimi, parvi, ruſeſcentes, in multos ordines diſpoſiti;* palatum *medium nudum;* poſtremum *dentibus multis, molaribus hemiſphaericis albis, validis, in tres areas digeſtis; tot etiam* linguae *baſi gibba rigidiſſima;* linea *lateralis rectiſſima, dorſo propior;* pinnae *glaucae; caudalis bifida, interſtitiis ſquamatis.*

carolina. 2. A. pinna anali radiis quindecim. Br. 28. D. 25. P. 16. V. 12. A. 15. C. 31.

*Catesb. Car.* 2. *p.* 24. *t.* 24. Harengus minor bahamenſis.

*Habitat in* Carolinae *aquis dulcibus.*

Branchiarum *opercula ſutura longitudinali;* linea *lateralis recta;* cauda *bifurca.*

machnata. 4. A. pinna ani radiis ſeptendecim.

*Forſk. Fn. arab. p.* 68. *n.* 100. Argentina lineari-lanceolata, membrana branchioſtega ultra triginta radios. Br. 32-34. D. $\frac{4}{24}$. P. 17. V. 15. A. $\frac{3}{17}$. C. 18.

*Habitat in* mari rubro, *clupeae facie, argentea, dorſo obſcuriore caeruleſcente,* $2\frac{1}{2}$ *ſpithamam longa, ſquamis mediocribus, integris, ſtriatis tecta.*

Caput *latitudine corporis, ſupra horizontali, ſubtus ſurgens;* vertex *planus, ſulco latiſſimo, pone latiore, ovato;* oculi *grandes, vertici contigui, iride argentea;* dentes *numeroſi, ſubtiliſſimi;* labium *ſuperius brevius, recta protenſum;* branchiarum *opercula nuda, integerrima;* linea *lateralis parva, media;* pinnae *dorſalis, analis, caudalis glaucae, poſteriores binae ſubtus flaveſcentes; pectorales et ventrales flaveſcentes, pone albidae.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0369-8

## 183. ATHERINA. *Caput* maxilla ſuperiore planiuſcula.
*Membrana branchioſtega* radiis ſex.
*Corpus* faſcia laterali argentea.

Hepſetus. 1. Ath. pinna ani radiis fere duodecim. D. 8,12. P. 13. V. $\frac{1}{6}$. A. 16. C. 17.
*Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 103. Atherina.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 66. Atherina. D. 6,12. P. 13. V. 6. A. 10. C. - -
*Haſſelq. it.* 382. Atherina Hepſetus. D. 8,9. P. 12. V. 6. A. $\frac{1}{13}$. C. 20.
*Forſk. Fn. arab. p.* 69. *n.* 101. Atherina Hepſetus. Br. 7. D. 6,11. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. 14. C. 17.
*Habitat in* mari mediterraneo *et* rubro, *pellucida, hyalina, digito (aegyptiaca) non longior, dorſo craſſo, abdomine attenuato, ventre planiuſculo, vitta utrinque argentea, nitida, recta lata, aliaque minori picta.*
Vertex *latus, planus, fronte declivi;* oculi *roſtro propiores, iride ſupra macula fuſca notata;* mandibulae *dentibus minimis armatae, in plurimas ſeries digeſtis;* linea *lateralis duplex impreſſa.*

Menidia. 2. Ath. pinna ani radiis viginti quatuor. D. 5,10. P. 13. V. 6. A. $\frac{1}{24}$. C. 22.
*Habitat in* Carolinae *aquis dulcibus (Silverfiſh), Aprili pruriens, parva, pellucida, ſquamis in ambila nigro-punctatis veſtita.*
Dentes *in labiis plurimi; in mandibulis et lingua nulli;* linea *lateralis argentea;* cauda *bifida.*

Sihama. 3. Ath. pinna ani radiis viginti tribus.
*Forſk. Fn. arab. p.* 70. *n.* 102. Atherina pinnis quinque ſubthoracicis, radiis dorſalis pinnae undecim. D. $\frac{11}{11}$,21. P. 16. V. 6. A. 23. C. 17.
*Habitat in* mari rubro, *ſeſquiſpithamam longa, ſubpellucida, vitta media argentea, opaca, inter branchiarum opercula poſteriora craſſior, utroque fine attenuata, ex albido*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0370-9

*albido glauca, dorſi colore obſcuriore, ſquamis mediocribus, rotundatis, leviter denticulatis veſtita.*

Caput *attenuato-depreſſum, ſubtus planatum;* vertex *inter oculos planus, ſquamatus;* oculi *iride albida, ſuperius fuſca;* labia *obtuſa, ſuperius protractile;* dentes, *quales hepſeti;* linea *lateralis dorſo propior, et juxta caput parallela;* anus *in medio corpore;* pinnae *glauca; pectorales lanceolatae.*

japonica. 4. Ath. pinna dorſi unica quinqueradiata. *Houttuyn act. Haarl.* XX. 2. *p.* 340. *n.* 29. D. 5. P. 14. V. 8. A. - - C. - -

*Habitat in* mari, Japoniam *circumfluente, 3-4 pollices longa, laevis, ex rubeſcente fuſca.*

Caput *ſquamis nudum;* dentes *nulli in mandibulis;* faſcia *lateralis latiſſima, a capite ad caudam extenſa.*

Brownii. 5. Ath. corpore ſubpellucido. *Brown jam.* 441. *t.* 45. *f.* 3.
*Gron. zooph.* 350. Argentina linea lata argentea in lateribus.

*Habitat in* oceano americano *et* pacifico.

## 184. MUGIL.

*Caput: Labia* membranacea: inferius introrſum carinatum.

*Dentes* nulli; *denticulus* inflexus ſupra ſinus oris.

*Membrana branchioſtega* radiis ſeptem curvis; *opercula* laevia, rotundata.

*Corpus* albicans.

Cephalus. 1. M. pinna dorſali anteriore quinqueradiata. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 104.* D. 5,$\frac{1}{9}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{12}$. C. 12.
*Art. gen.* 32. *ſyn.* 52. *ſpec.* 71. Mugil. D. 5,$\frac{1}{11}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{13}$. C. - -
*Haſſelq. it.* 385. Mugil Cephalus. D. 5,11. P. 13. V. 6. A. 10. C. - -
*Gron. zooph.* 397. Mugil. D. 4,$\frac{2}{9}$. P. 18. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{11}$. C. 15.

*Habitat*

*Habitat in* Oceano europaeo, *fluvios intrans.*
*Ex ejus ovis botargo italorum paratur.*

Albula. 2. M. pinna dorſali anteriore quadriradiata. D. 4,9. P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 20.
*Catesb. Car.* 2. *p.* 6. *t.* 6. Albula bahamenſis.
*Brown jam.* 450. Mugil argenteus minor, pinna anteriore dorſi radiis quatuor.
*Habitat in* America, *cephalo ſimilimus.* D. Garden.

crenilabis. 3. M. pinna dorſali anteriore radiis quatuor flexilibus, poſteriore inermibus, labiis crenatis, inferiore bicarinato. *Forſk. Fn. arab. p.* 73. *n.* 109. D. $\frac{4}{4}$, -- P. 17. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{11}$. C. 16.
Seheli β) Mugil minor, labiis non crenatis. D. - - P. 16. - - - - - C. 14.
Öur. γ) Mugil labio utroque ciliato, inferiore unicarinato.
Tâde. δ) Mugil labio ſuperiori ſubtiliſſime ciliato, inferiori unicarinato.
*Habitat in* mari rubro, *pedem longus, ſquamis latis, carina media longitudinali fuſca notatis veſtitus.*
Caput *ſupra ſquamis laxis obtectum;* linea *lateralis obſoleta;* labium *ſuperius a capite ſecedens;* pinnae *omnes ex glauco albidae; pectorales ad baſin gutta nigra notatae;* caudae *lobi acuti.*

chilenſis. 4. M. pinna dorſali unica, caudali ſimplici. *Mol. hiſt. nat. Chil. p.* 198. *n.* 3.* Br. 7. D. $\frac{1}{9}$. P. 12. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{10}$. C. 16.
*Habitat in mari* Chilenſi, *fluviisque in illud redundantibus, pedem circiter longus, forma, ſquamis, carnisque ſapore gato cephalo ſimillimus.*

Chanos. 5. M. pinna dorſi unica, caudae utrinque bialata. *Forſk. Fn. arab. p.* 74. *n.* 110. Br. 4. D. 14. P. 16. V. 11. A. 9. C. 20.
Anged. β) Mugil magnus. *Forſk. Fn. arab. p.* 74.

*Habitat*

*Habitat in* mari rubro, *ulnam β (tres ulnas) longus, oblongus, argenteus, cirris mollibus inſtructus et dentibus (hinc non argentina) carens, ſquamis latis, rotundatis, tenuiter ſtriatis tectus.*

Caput *corpore anguſtius, vertice plano, glauco, ſquamis nudo;* labia *integra; ſuperius longius, medio emarginatum, a capite non ſejunctum;* linea *lateralis juxta caput ſurſum recurvata, dein rectiſſima, dorſo propior;* caudae *pinna valde forficata, verſus medium utroque latere alis 2 membranaceis fimbriata.*

## 185. EXOCOETUS.

*Caput* ſquamoſum. *Os* edentulum: maxillis utroque latere connexis.

*Membrana branchioſtega* radiis decem.

*Corpus* albicans. *Abdomen* angulatum. *Pinnae* pectorales maximae, volatiles, radiis antice carinatis.

volitans. 1. E. abdomine utrinque carinato. *Amoen. ac.* 1. *p.*321. D. 14. P. 15. V. 6. A. 13. C. 15.
*Art. gen.* 8. *ſyn.* 18. *ſpec.* 35. Exocoetus. D. 13. P. 17. V. 6. A. 11. C. 15.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 27. Exocoetus. D. 13. P. 17. V. 7. A. -- C. --
β) Exocoetus non volitans. *Forſk. Fn. arab. p.* XVI. *n.* 40?

*Habitat in alto* Pelago, europaeo *et* americano, mari *quoque* rubro, *a coryphaenis exagitatus ad ſclopeti jactum ex aquis evolans gregarius, praeda fit pelecano aquilo et diomedeae exulanti; an forte Selaw Iſraëlitarum, Moſis Num.* XI. 13. *jubente Auctore Naturae coryphaenus pulſus ad littus, uti ſtatuit Rudbeck fil.?*

evolans. 2. E. abdomine tereti. †.
*Gron. zooph.* 358. Exocoetus pinnis ventralibus breviſſimis, abdominis carinis nullis.
*Piſ. braſ.* 61. Pirabebe.
*Habitat in* oceano hiſpanico, *parum a volitante diverſus.*

exiliens. 3. E. pinnis ventralibus caudam attingentibus. D. 10. P. 15. V. 6. A. 11. C. 20.
*Habitat ad* Carolinam, *volitanti ſtatura ſimillimus, at vix digito longior, neque argenteus.* Garden.
Pinnae *pallidae, faſcia una alterave nigricante, ventrales, quae in volitante ne anum quidem attingunt, apice pinnam caudae attingentes,* ¼ *a cauda remotae, ceterum, uti in volitante, inter caput et anum mediae, radio primo brevi; pectorales radio primo et ſecundo brevibus; caudalis lobus inferior longior.*

## 186. POLYNEMUS.

*Caput* compreſſum, undique ſquamoſum: roſtro obtuſiſſimo, prominente.
*Membrana branchioſtega* radiis quinque vel ſeptem.
*Corpus* digitis liberis ad pinnas pectorales.

quinquarius. 1. P. digitis quinque corpore longioribus.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 74. Polynemus oſſiculis filiformibus utrinque 5 ad pinnas pectorales. Br. 5. D. 7, 16. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{30}$. C. 17.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 27. *f.* 2. Pentanemus.
*Habitat in* America.

virginicus. 2. P. digitis ſeptem, cauda integra. Br. 7. D. 7, $\frac{1}{13}$. P. 15. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{2}{16}$. C. 15.

*Habitat*

---

Polynemi *a triglis diſtincti pinnis ventralibus in abdomine ſitis, digitis non articulatis; aulici et infauſti deſcriptionem a Brouſſoneto exſpectamus.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0374-2 DFG

*Habitat in* America.

Branchiarum *opercula ſerrata*; pinnae *dorſalis prioris radius primus breviſſimus; caudalis lata acuta.*

paradiſeus. 3. P. digitis ſeptem, cauda bifida.
*Edw. av.* 208. *t.* 208. Paradiſea piſcis.
*Habitat in* India.

plebejus. 4. P. digitis quinque, primo ultra anum extenſo, ceteris ſenſim brevioribus.
*Brouſſon. ichth. faſc.* 1. *t.* 8. Br. 7. D. 8, $\frac{1}{14}$. P. 16. V. $\frac{1}{6}$. A. $\frac{3}{14}$. C. $\frac{4-4}{22}$

*Habitat in* oceano pacifico, *argenteus, dorſo cineraſcente, compreſſus ex oblongo lanceolatus, ſquamis ſubquadratis oblongis, baſi truncatis emarginatis, apice rotundatis, laevibus, in* 20 *ſeries longitudinales digeſtis, imbricatis veſtitus.*

Caput *planiuſculum, ſquamis ſuperius et ad latera oblique, ſubtus confertim imbricatis tectum*; oculi *orbiculares, ampli, cute propria diaphana tecti, iride argentea*; rictus *ſuborbicularis amplus*; mandibula *ſuperior longior, utraque dentibus confertis ſetaceis introrſum verſis ſubaequalibus armata*; labia *ſimplicia, cutacea*; gula *ad latera dilatabilis*; lingua *laevis, apice parum libera*; palatum *planiuſculum, medio obſolete rugoſum, anterius oſſiculis ſcabris*; faux *ſupra infraque denticulatis exaſperata*; branchiarum *apertura ampla*; *opercula anteriora et poſteriora diphylla; illorum lamina ſuperior leviter ſerrata, horum laminae obſolete ciliatae*; linea *lateralis dorſo parallela vix ſuprema, lineolata*; anus *in medio fere corpore oblongus*; pinnae *caneſcentes fuſco punctatae; dorſalis prior ſubtriangularis, ſecunda ſubfalcata, pectorales oblongae, ventrales trapeziae, caudalis biloba.*

188. CLUPEA. *Caput* compreſſum; *os* compreſſum, intus denticulatum; *maxillae* inaequales, ſuperior myſtacibus ſerratis; *lingua* brevis, dentibus introrſum verſis aſpera; *oculi* mediocres, rotundi, marginales.

*Branchiae* interne ſetaceae; *opercula* tri-vel quadriphylla; *membrana* radiis octo.

*Corpus* compreſſum, elongatum, ſquamis mediae magnitudinis veſtitum; *linea lateralis* recta, dorſo propinqua et parallela; *abdominis* carina ſerrata; *pinnae ventrales* ſaepe novemradiatae; *caudalis* longa bifurca.

Harengus. 1. Cl. immaculata, maxilla inferiore longiore. *Fn. ſuec.* 357. *Fabr. Fn. groenl.* 182.
*Fn. ſuec.* 315. D. 18. P. 18. V. 9. A. 17. C. 18.
*Art. gen.* 7. *ſyn.* 14. *ſpec.* 37. Clupea maxilla inferiore longiore, maculis nigris carens. D. 18. P. 18. V. 9. A. 17. C. 18.
*Gron. muſ.* 1. *p.* 5. *n.* 21. D. 19. P. 15. V. 8. A. 16. C. - -
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 186. *n.* 1. *t.* 29. *f.* 1. Clupea maxilla inferiore longiore, pinna ani radiis ſeptendecim. D. 18. P. 18. V. 9. A. 17. C. 18.
*Rondel. piſc. p.* 222. *Geſn. aq. p.* 410. Harengus.
*Brit. zool.* 3. *p.* 284. *n.* 1. *t.* 17. *Will. ichth. p.* 219. *Raj. piſc. p.* 109. Herring.

*Habitat*

*Habitat in* maris europaei *ſeptentrionalis et* atlantici *profundis, vere, aeſtate quoque et auctumno littora, fluviorumque oſtia petens gregibus numeroſiſſimis, a cetis variis pulſis, ova depoſiturus, loci, climatis, anni temporis, aetatis ratione diverſus, fertiliſſimus, multiplici modo eſculentus, ſeptentrionalibus populis non in cibum modo inſerviens, ſed mercaturae quoque fructuoſiſſima materies, ex qua nunc etiam pinguedinem excoquunt, argenteus, in dorſo nigricans.*

Caput *exiguum;* oculi *magni, iride argentea;* lingua *acuminata;* branchiarum *operculum macula violacea aut rubra notatum, poſt mortem evanida;* dorſum *convexum;* pinnae *cinereae, et, caudali excepta, parvae.*

Sprattus. 2. Cl. pinna dorſali radiis tredecim. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 105.* *Fn. ſuec.* 358. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 50. *n.* 422. *Brünn. piſc. maſſ. p.* 82. D. 17. P. 16. V. 6. A. 19. C. - -

*Art. gen.* 7. *ſyn.* 17. *ſpec.* 33. *Gron. muſ.* 1. *p.* 6. *n.* 22. Clupea quadruncialis, maxilla inferiore longiore, ventre acutiſſimo. D. 17. P. 17. V. 7. A. 19. C. - -

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 206. *n.* 2. *t.* 29. *f.* 2. Clupea maxilla inferiore longiore, pinna anali radiis novendecim. D. 17. P. 16. V. 6. A. 19. C. 18.

*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 73. *n.* 7. Harengus exilibus ſquamis facillimeque deciduis raro ſex digitos ſuperans.

*Aldr. piſc. p.* 220. Sardina Sprot Hollandis.

*Will. ichth. p.* 221. *Raj. piſc. p.* 105. *n.* 5. Sprattus et Sparlingus.

*Brit. zool.* 3. *p.* 294. *n.* 3. Sprat.

*Habitat in* maris europaei *ſeptentrionalis et* mediterranei *profundis, auctumno ova depoſiturus gregibus copioſiſſimis littora petens, eodem modo, quam harengus, in cibum* ad



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0377-9

*adaptatus*, 4-5 *pollices longus*, *ſquamis teneris*, *magnis*, *facile deciduis tectus*, *argenteus*, *dorſo caeruleſcente*.

Caput *acutum*, *ſatis magnum*, *in fronte nigricans*; oculi *magni*, *iride ex flaveſcente alba*; mandibula *inferior longior*, *incurva*; branchiarum *opercula argentea*, *radiata*; abdominis *carina incurva*; pinnae *breves*, *tenerae*, *cinereae*.

Aloſa. 3. Cl. lateribus nigro-maculatis, roſtro bifido. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 105. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 50. *n.* 423. — D. 19. P. 15. V. 9. A. 21. C. 19.

*Art. gen.* 7. *ſyn.* 15. *ſpec.* 34. Clupea apice maxillae ſuperioris bifido, maculis nigris utrinque. — D. 19. P. 15. V. 9. A. 22. C. 19.

*Gron. muſ.* 1. *p.* 6. *n.* 23. *zooph. p.* 111. *n.* 374. Clupea lateribus utrinque nigro-maculatis. — D. 18. P. - - V. 8. A. 20. C. - -

*Haſſelq. it.* 388. — D. 19. P. 15. V. - - A. 18. C. 26.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p. p.* 209. *n.* 3. *t.* 30. *f.* 1. Clupea maxilla ſuperiore in apice crenata. — D. 19. P. 15. V. 9. A. 23. C. 18.

*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 72. *t.* 19. *f.* 4. Harengus dorſo et apicis vertice ex albo flaveſcentibus &c.

*Ariſtotel. hiſt. anim. l.* 9. *c.* 37. D. Θρισσα.

*Rondel. piſc.* 1. *p.* 220. *Aldrov. piſc. p.* 500. Thriſſa.

*Salvian. aq. p.* 103. 104. Laccia, aloſa.

*Geſn. aq. p.* 19-22. Alauſa.

*Will. ichth. p.* 227. *t.* P. 3. *f.* 1. *Raj. piſc. p.* 105. *n.* 6. Clupea.

*Brit. zool.* 3. *p.* 296. *n.* 5. Shad.

*Habitat in* mari mediterraneo, *et ſeptentrionali* europaeo, americano *et* aſiatico, *Majo et Junio in fluvios adſcendens*,

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0378-5
DFG

*dens, in rapidiſſimis fluentis ova deponens, auctumno redux, 2-3 pedes longus, vermibus inſectisque victitans, ſiluri, lucii, percae fluviatilis frequens praeda, vitae minus tenax, Ruſſis et* Volgae *accolis deteſtatus, quamvis alibi caro crebro edulis, et ab Indis ova aeque aeſtimata, ac garum a Ruſſis, ſquamis magnis facile deciduis veſtitus, albus, dorſo ex flavo vireſcente.*

Caput *exiguum;* oculi *mediocres, iride argentea;* mandibula *ſuperior paulo brevior, margine dentata;* lingua *nigricans, libera, laevis;* branchiarum *opercula ſtriata, medio caeruleſcentia, margine argentea;* linea *lateralis vix conſpicua, dorſo propior, maculis nigris 4-5 notata;* pinnae *parvae cinereae, margine caeruleſcentes, ventrales intermedia auctae, caudalis major, maculis duabus fuſcis.*

Encraſicolus. 4. Cl. maxilla ſuperiore longiore. *Art. gen. 7. ſyn.* 17. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 50. *n.* 424. *Brünn. piſc. maſſ. p.* 83. *n.* 101. *O. Fabr. Fn. groenl. p.* 183.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 212. *n.* 4. *t.* 30. *f.* 2. Clupea maxilla ſuperiore prominente. Br. 12. D. 14. P. 15. V. 7. A. 18. C. 18.
*Ariſtot. hiſt. anim. l.* 6. *c.* 15. *Rondel. piſc.* 1. *p.* 211. *Geſn. aq. p.* 68. *Thierb. p.* 1. b. *Aldr. piſc. p.* 214. *Raj. piſc. p.* 107. *n.* 9. *Will. ichth. p.* 225. *t. p.* 2. *f.* 2. Encraſicolus.
*Brit. zool.* 3. *p.* 295. *n.* 4. Anchovy.

*Habitat in* oceano europaeo *ſeptentrionali*, atlantico *et* mediterraneo, *ova pariendi cauſſa, a Decembri ad Martium littora petens, ſpithamam longus, cute tenui et ſquamis facile deciduis veſtitus, ſupra ex flavo cinereus, gari romanorum potior materies, hodienum capite reſciſſo et inteſtinis exemtis ſalibus inter delicias epularum.*

Caput *longum, ſupra latum;* oculi *rotundi, iride argentea;* os *ampliſſimum, intus laeve;* mandibula *inferior et* lingua

*anguſta acuminatae*; branchiarum *apertura ampliſſima*; dorſum *convexum*; linea *lateralis recta*; pinnae *breves*, *pellucidae*.

Atherinoides. 5. Cl. linea laterali argentea. Br. 12. D. 12. P. 14. V. 8. A. 32. C. 18.
*Habitat* Surinami, *linea laterali in faſciam dilatata ad atherinam, corpore compreſſo et pinnis ventralibus parvis ad clupeas accedens.*
Mandibula *inferior brevior.*

Thriſſa. 6. Cl. pinna ani radiis 28, dorſalis radio poſtremo ſetaceo longo. D. 16. P. 16. V. 9. A. 34. C. 25.
*Brown jam.* 443. Clupea minor, radio ultimo pinnae dorſalis longiſſimo.
*Amoen. acad.* 5. *p.* 251. Clupea corpore ovato. Br. 5. D. 14. P. 13. V. 8. A. 28. C. 21.
*Osb. it.* 257. Clupea Thriſſa. Br. 7. D. 16. P. 14. V. 7. A. 24. C. 24.
*Brouſſon. ichth. faſcic.* 1. *t.* 10. Clupea pinnae dorſalis radio ultimo elongato. Br. 5. D. 20. P. 16. V. 8. A. 22-24-25. C. $\frac{5-5}{28}$

*Habitat in* mari Jamaicam, Carolinam, Indiam, Sinam, Japoniam *alluente*, *pruritus tempore littora ſubiens*, *inter rejectanea maris*, *praecipue radices rhizophorae mangles degens*, *ad pedem usque longa*, *cruſtaceis minoribus*, *teſtaceis*, *piſcium ovis victitans*, *ad latera ſplendens argentea*, *ſupra ex caeruleo glaueſcens*, *punctis fuſceſcentibus conſperſa*, *in ſeries digeſtis*, *capitis lateribus et abdomine anteriore praſinis*, *carne ſapidiſſima*, *non raro tamen venenata*.
Caput *ſquamis nudum*, *ſubtus curvatum*, *carinatum*; rictus *mediocris*, *ovatus*; oculi *membrana nictitante duplicata*, *iride argentea*, *laterales*, *orbiculares*, *mediocres*; mandibula *inferior vix brevior*, *gula parum dilatabili*; labia *cutacea*, *fuſceſcentia*; dentes *perceptibiles nulli*; lingua *ex lanceolato-oblonga*, *obtuſa*, *apice libera*, *baſi cartilaginea*, palatum *planiuſculum ex rugoſo ſtriatum*, *et* faux *rugoſa glabra*; branchiarum *apertura ampla*, *flexuoſa*; *opercula argentea*, *ſplendentia*; linea *lateralis vix conſpicua*; anus *pone medium corporis*; pinnae *caneſcentes*; *dorſalis et caudalis apice parum fuſceſcentes*.

7. Cl.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0380-5 DFG

cyprinoides. 7. Cl. abdomine obtuſo. *Brouſſon. ichth. faſc.* 1. *t.* 9. Br. 22. D. 17. P. 15. V. 10. A. 25. C. $\frac{5-5}{30}$

*Marcgr. braſ. p.* 179. *Piſ. ind. p.* 65. *Johnſt. piſc. p.* 137. *t.* 35. *f.* 10. *et t.* 40. *Ruyſch theatr. anim.* 1. *p.* 137. *t.* 35. *f.* 10. *et t.* 40. *Will. ichth. p.* 230. *t.* P. 6. *f.* 1. *Raj. piſc. p.* 108. Camaripuguacu.

*Barrere aequin. p.* 172. Cyprinus argenteus, ſquamis maximis peltatis, pinna dorſali appendice longiſſima ſuffulta: Apulika.

*Habitat in* Oceano *inter tropicos, in* Braſiliae *fluvio, et inſulae* Tannae *lacu, oblonga, vix pedalis, ſquamis glabris, albicantibus parumper ſtriatis obſolete rhombeis, membrana argentea marginatis, convexiuſculis, in* 10 *ſeries longitudinales digeſtis tecta, argentea, ſupra glauceſcens.*

Caput *ſuperne vix declive latiuſculum, anterius convexum;* oculi *magni, laterales, orbiculares, membrana nictitante duplicata, iride argentea;* rictus *amplus, obſolete tetragonus;* mandibula *inferior paulo longior, gula dilatabili; utraque dentibus confertis linearibus minimis armata;* lingua *lata, centro ſcabra, margine laevis, apice libera;* faux *ſupra infraque retrorſum ſcabra;* branchiarum *apertura ampla, opercula flexilia, laeviſſima, ex argenteo fuſca;* pinnae *ex fuſco caneſcentes, dorſalis radio ultimo elongato, analis longa ſubfalcata, caudalis ampla, biloba.*

ſetiroſtris. 8. Cl. maxillae ſuperioris oſſibus lateralibus ſetaceis, pinna ani radiis 32. *Brouſſon. ichth. faſc.* 1. *t.* 11. Br. 10. D. 13. P. 14. V. 7. A. 32. C. $\frac{3-3}{70}$

*Forſk. Fn. arab. p.* 72. *n.* 107. Clupea Baelama. Br. 11. D. 14. P. 13? V. 7. A. 32. C. 18.

*Habitat in* oceano pacifico *et* mari rubro, *lanceolata, argentea, ſplendens, ſupra ex caeruleo glauceſcens, ſquamis laevibus, deciduis, obſolete rhomboideis, oblique imbricatis veſtita.*

Caput *breve, ſubtus leviter curvatum;* oculi *iride ex argenteo glauceſcente, ſupra rubro-nebulata;* rictus *amplus, ſub-*

*ſubquadrangulus*; mandibula *inferior brevior*, *apice parum acuminata incurva*, *gula dilatabili*; dentium *in utraque breviſſimarum inaequalium ſeries*; labia *breviſſima*, *cutacea*; palatum *poſterius*, faux *ſupra infraque ſcabriuſcula*; branchiarum *apertura ampla ſubflexuoſa*, *opercula flexilia*, *argentea*; linea *lateralis dorſo parallela*, *laevis*, *recta*, *obſoleta*; anus *paulo pone corporis medium*; pinnae *caneſcentes*; *dorſalis ſubtriangularis*; *pectorales ex ovato lanceolatae, ventrales lanceolatae, analis longa, caudalis biloba.*

Myſtus. 9. Cl. corpore enſiformi, pinna ani caudae coadunata.
*Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 106. D. 12. P. 18. V. 6. A. 84. C. 11.
*Osb. it.* 256. Clupea Myſtus. Br. 10. D. 13. P. 17. V. 7. A. 86. C. 13.
*Amoen. ac.* 5. *p.* 252. *t.* 1. *f.* 12. Myſtus corpore enſiformi. D. 12. P. 17. V. 6. A. 84. C. 11.
*Habitat in* mari indico; *an forſan ad aliud genus referenda!*
Pinna *ani excurrit in caudalem integram.*

tropica. 10. Cl. cauda cuneiformi. *Osb. it.* 300. Br. 7. D. 26. P. 6. V. 6. A. 26. C. 20.
*Habitat ad inſulam* Aſcenſionis, *alba*, *compreſſa*, *lata*, *ſerrata.*
Caput *declive*; oculi *prope rictum magnum*; mandibula *inferior*, *longior*; dentes *unius ordinis*; branchiarum *opercula ſquamoſa*; linea *lateralis recta*, *dorſo propior*; pinna *dorſi a medio dorſi ad caudam extenſa*, *et ani aequalet.*

ſinenſis. 11. Cl. radio extimo membranae branchioſtegae poſtice truncato. D. 16. P. 16. V. 8. A. 16. C. ..
*Habitat in* Sina, *Harengo ſimilis*, *ſed latior.*
Os *edentulum*; branchiarum *opercula infima valde truncata*, *vel potius radium extimum membranae branchioſtegae conſtituentia.*

Haumela. 12. Cl. lanceolata nuda, pinnis ventralibus, anali et caudali nullis, dorſali per totum dorſum extenſa, cauda lineari. *Forſk. Fn. arab. p.* 72. *n.* 106. Br. 6. D. 133. P. 12. V. 0. A. 0. C. 0.
*Habitat*

*Habitat in mari* rubro, *ulnaris*, *argentea*, *politiſſima*; *an hujus generis?*

Vertex *planus*, *rhomboidalis*; mandibula *inferior longior*; dentes *ſubulati*, *compreſſi*, *validi*, *remoti*, *perpendiculares*; branchiarum *opercula cute communi tecta*, *ſquamis nuda*, *apice hyalina*; linea *lateralis abdomini propinqua et parallela*, *a pectore ad caudae apicem recta*; pinna *dorſalis glauca margine fuſca*, *macula longitudinali oblonga argentea notata*; *loco analis aculei* 82 *ſub cute reconditi*.

Dorab. 13. Cl. pinnis ventralibus minutis, labio ſuperiori dentibus porrectis bicorni, inferiori longiori, dentibus validioribus, erectis. *Forſk. Fn. arab. p.* 72. *n.* 108. D. 17. P. 14. V. 7. A. 34. C. - -

*Habitat in* mari rubro, *linearis*, *ſquamis integris deciduis veſtitus*, *argenteus*, *ſupra fuſcus aut caeruleus*.

Vertex *horizontalis*, *planus*, *nucha caerulea*; oculi *iride argentea*; labium *ſuperius non protractile dentibus protenſis*, *remotis*, *inaequalibus*, 2 *mediis majoribus*, *acutiſſimis*, *inferius longius*, *dentibus erectis*, *utrinque* 6, *mediis ſenſim majoribus ſubulatis*; branchiarum *opercula nuda*, *ſtriato-rivulata*; linea *lateralis recta*, *dorſo propior*, *obſoleta*; abdomen *rectum*; pinna *dorſalis cauda duplo propior*, *quam capiti*; *ventrales minimae*; *caudalis ad baſin bifida*.

villoſa. 14. Cl. linea laterali prominula hirta. *Müller prodr. zool. dan. p.* 50. *n.* 425.

*Habitat in* mari *ſeptentrionali*.

## 189. CYPRINUS.

*Caput* ore edentulo; *os* naſale biſulcum.

*Membrana branchioſtega* radiis tribus.

*Corpus* laeve albens. *Pinnae ventrales* ſaepe novemradiatae.

* *Barbati ſ. ad os cirroſi.*

Barbus. 1. C. pinna ani radiis 7, cirris 4, pinnae dorſi radio ſecundo

utrin-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0383-2 DFG

utrinque ſerrato. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 107. *Wulf. ichth. bor. p.* 41. *n.* 52. *Kram. el. p.* 391. *n.* 2. *S. G. Gmelin it.* 3. *p.* 242. *t.* 25. *f.* 1. D. $\frac{2}{11}$. P. 16. V. 9. A. 7. C. 16.

*Art. gen.* 4. *ſyn.* 8. Cyprinus maxilla ſuperiore longiore, cirris 4, pinna ani oſſiculorum 7.

*Gron. zooph.* 1. *p.* 104. *muſ.* 1. *p.* 5. *n.* 20. D. $\frac{3}{12}$. P. 16. V. 9. A. 7. C. 16.

*Gron. muſ.* 2. *p.* 3. D. 10. P. 17. V. 9. A. 8. C. 17.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 109. *t.* 18. Cyprinus maxilla ſuperiore prominente, cirris quatuor ad os. D. 12. P. 17. V. 9. A. 8. C. 19.

*Leske ſpec. p.* 17. Barbus oblongus olivaceus, cirris quatuor, maxilla ſuperiore longiore &c.

*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 64. *n.* 1. Myſtus dorſi parum arcuati, ſed cultellati, colore dilute olivacea &c.

*Rondel. piſc.* 2. *p.* 194. *Geſn. aq. p.* 124. *Aldrov. piſc. p.* 598. *Salv. aq. p.* 86. *Will. ichth. p.* 259. *Marſ. Danub. p.* 18. *t.* 7. *f.* 1. Barbus.

*Brit. zool.* 3. *p.* 304. *n.* 2. Barbel.

*Habitat in* Europae *et borealis* Perſiae *fluviis rivisque rapidis ſaxoſis, infra ſaxa et in littoris cavernis latens, chelidonio, teſtaceis, vermibus aliis, piſcibus minoribus ipſisque cadaveribus victitans, cito creſcens, grandaevus, a* 2-15 *pedes longus, vitae tenax, ſapidus, elongatus, ſquamis ſtriatis, denticulatis, arcte inhaerentibus, mediae magnitudinis veſtitus; ſupra olivaceus, ad latera ſupra lineam caeruleſcens, infra ex albido vireſcens, ſubtus albus, carne ſapida.*

Caput *oblongum, dilute olivaceum, acuminatum;* oculi *iride dilute fuſceſcentes;* os *inferum, oblongum;* labium *ſuperius*

*perius robuſtum rubrum, protractile;* linea *lateralis recta nigro-punctata;* pinnae *rubeſcentes, ventrales intermedia auctae, caudalis bifurca, margine nigra; dorſalis tota caeruleſcens.*

Carpio. 2. C. pinna ani radiis 9, cirris 4, pinnae dorſalis radio ſecundo poſtice ſerrato. *Fn. ſuec.* 359. *Meiding. ic. piſc. auſtr. t.* 6. D. $\frac{4}{24}$. P. 16. V. 9. A. 9. C. 19.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 92. *n.* 19. *t.* 16. 17. Cyprinus oſſiculo tertio in pinna dorſi anique ſerrato. D. 24. P. 16. V. 9. A. 9. C. 19.

*Art. gen.* 4. *ſyn.* 3. *ſpec.* 25. Cyprinus cirris 4, oſſiculo tertio pinnarum dorſi anique uncinulis armato. D. 24. P. 16. V. 9. A. 9. C. 19.

*Gron. muſ.* 1. *n.* 19. Idem. D. 22. P. 17. V. 8. A. 8. C. - -

β) Cyprinus ſquamis ſolito quadruplo majoribus dimidia ſui parte tectus, altera nudus. Spiegelkarpfe. *Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 107. *t.* 17. *et* 3. *p.* 131. *n.* 24. D. 20. P. 18. V. 9. A. 7. C. 26.

γ) Cyprinus ſquamis totus nudus. *Loewe Abh. der hall. Naturf. Geſ.* 1. *p.* 134.

*Habitat in* Europae *et borealis* Perſiae *aquis tardius fluentibus et ſtagnantibus, ad* 4 *usque pedes, tamen rarius longus, cito creſcens, et grandaevus, vitae tenacior, pro aquae natura colore carnisque ſapore diverſus, herbis, terra pingui, vermibus inſectisque aquaticis, ſtercore praeſertim ovillo victitans, Majo vel Junio loca herboſa magisque tranquilla gregatim petens, ova pariturus numeroſiſſima (piſcis trilibris* 237000, *novemlibris* 621600) *frequens piſcium aliorum, avium aquaticarum, ranarum praeda, ob carnis ſaporem eximium in piſcinis educatus, circa annum* 1514 *primum in Angliam, circa* 1560 *in Daniam introductus, bile pigmenti viridis loco inſerviente, ovis in gari ſpeciem accommodatis, ichthyocolla ex veſica ejus aërea cocta utilis; ſupra ex caeruleo viridis, ad latera ſuperius ex flavo vireſcens et nigricans, ſubtus albidus,*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0385-3 DFG

*albidus, cauda flavus, ſquamis magnis longitudinaliter ſtriatis tectus.*

Caput *magnum;* frons *lata, livida;* genae *caeruleae;* oculi *nigri, limbo flavo;* mandibulae *aequales;* labia *robuſta, flava, in angulo utroque cirro longiori barbata;* dorſum *leviter arcuatum, ſupra pinnam carinatum, infra pinnam teres;* linea *lateralis nigro-punctata, leviter inflexa;* pinna *dorſalis cinerea, analis ſpadicea; pectorales, ventrales et caudalis bifurca violacea, haec margine nigricans.*

Gobio. 3. C. pinna ani radiis 11, cirris 2. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 107.* *Müll. prodr. zool. dan. p.* 50. *n.* 427. D. 10. P. 16. V. 9. A. 11. C. 19.

*Art. gen.* 4. *ſyn.* 11. *ſpec.* 13. Cyprinus quincuncialis maculoſus, maxilla ſuperiore longiore, cirris 2 ad os. D. 12. P. 17. V. 11. A. 11. C. 19.

*Gron. muſ.* 2. *p.* 2. *n.* 149. *zooph.* 1. *p.* 104. Cyprinus maculoſus, cauda bifurcata, cirro utrinque unico ad angulos oris. D. 8. P. 14. V. 6. A. 7. C. ..

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 57. *n.* 11. *t.* 8. *f.* 2. Cyprinus oblongus varius cirris 2 ad angulum oris. D. 11. P. 16. V. 9. A. 10. C. 19.

*Leske ſpec. p.* 26. *n.* 3. Cyprinus oblongus ſubteres maculoſus, maxillis ſubaequalibus, cirris duobus, iride &c.

*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 60. *n.* 5. *t.* 15. *f.* 5. Enchelyopus ſquamulis parvis deciduis, ventre argenteo &c.

*Aldr. piſc. p.* 612. *Marſ. Danub.* 4. *p.* 23. *t.* 9. *f.* 2. *Will. ichth. p.* 264. *t.* Q. 8. *f.* 4. Gobius fluviatilis.

*Rondel. piſc.* 2. *p.* 256. *Geſn. aq. p.* 399. Gobio fluviatilis.

*Brit.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0386-9 DFG

*Brit. zool.* 3. *p.* 308. *n.* 4.
*Raj. piſc. p.* 123. Gudgeon.

*Habitat gregarius in* Angliae, Daniae, Germaniae, Ruſſiae *quoque lacubus, vere in fluvios adſcendens, Majo in his ova pariens, auctumno in lacus redux, vitae tenax, fertiliſſimus, herbis; vermibus, piſcibus aliis vix ex ovo excluſis, cadaverum adeo fruſtis victitans, aliorum piſcium aviumque aquaticarum frequens praeda, ad* 8 *pollices longus, anguſtus, ſquamis magnis veſtitus, maculatus, ſupra lividus, ad latera ſupra lineam caeruleus, infra ochroleucus, colore tamen, pro aquae, quam inhabitat, victus, aetatis, anni temporis ratione vario, carne alba, ſapidiſſima, concoctu facili.*

Caput *magnum, ex fuſco vireſcens;* oculi *minuti, pupilla livida, iride aurea;* mandibula *ſuperior ore clauſo paulo longior;* pinnae *nunc rubeſcentes, nunc flaveſcentes; dorſalis, ventralibus directe oppoſita, et analis, nigro-maculatae.*

Tinca. 4. C. pinna ani radiis 25, cauda integra, corpore mucoſo, cirris 2. *Fn. ſuec.* 263. *Wulf ichth. bor. p.* 42. *n.* 55. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 50. *n.* 428. — D. 10. P. 16. V. 9. A. 25. C. 24.

*Art. gen.* 4. *ſyn.* 5. *ſpec.* 27.
*Kram. el. p.* 392. *n.* 6.
*Gron. muſ.* 1. *p.* 4. *n.* 18. Cyprinus mucoſus nigreſcens, extremitate caudae aequali. — D. 12. P. 17. V. 11. A. 11. C. 19.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 83. *n.* 14. Cyprinus ſquamis parvis, pinnis craſſis. — D. 12. P. 18. V. 11. A. 11. C. 19.
*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 63. Brama pinnis circinatis et cauda atris &c.
*Rondel. piſc.* 2. *p.* 157. *Salv. aq. p.* 90. *Geſn. aq. p.* 984. *Aldrov. piſc. p.* 646. *Jonſt. piſc. p.* 146. *t.* 29. *f.* 2. *Will. ichth. p.* 251. *t.* q. 5. *Marſ. Danub. p.* 47. *t.* 15. Tinca.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0387-5 DFG

*Brit. zool.* 3. *p.* 306. *n.* 3.
Tench.
*Geſn. Thierb. p.* 157. b.
Schlei.
β) Tinca aurea, pinnis transparentibus. *Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 90. *n.* 19. *t.* 15. D. 12. P. 16. V. 10. A. 9. C. 19.

*Habitat in omnis* terrarum orbis *aquis ſtagnantibus, vitae tenaciſſima, ut hieme ſub glacie duret, fertiliſſima, vermibus herbisque lacuſtribus victitans, cito creſcens, ad* 8 *usque libras pondere aequans, Junio in locis lacuum herboſis ova pariens, muco craſſo, et ſquamis parvis cuti nigrae denſae tenaciſſime inhaerentibus veſtita, colore ſupra ex atro viridi, ad latera ſuper lineam pauliſper curvatam viridi, infra hanc flavo, ſubtus albo, pro aquae tamen indole, et ſexu perquam vario, carne alba, molli, coctu difficili.*

Caput *magnum;* frons *lata, ex viridi nigra;* oculi *minuti, iride aurea; genae ex flavo virentes,* gula *alba;* mandibulae *aequales;* dorſum *leviter arcuatum, teres;* pinnae *craſſae, violaceae, caudalis ad angulos truncata, medio recta;* ſcapula *et* os innominatum *robuſtiora, quam aliis piſcibus.*

Bynni. 26. C. pinna dorſali radiis 13, tertio craſſo corneo, cauda lineari bifida, cirris 4. *Forſk. Fn. arab. p.* 71. *n.* 103. D. $\frac{1}{10}$-$\frac{3}{12}$. P. 17. V. 9. A. 6. C. 19.

*Habitat frequens in* Nilo, *cubitalis, totus argenteus, ex ovato oblongus, ſapidus.*

Caput *compreſſiuſculum;* dorſum *et* abdomen *declivia;* linea *lateralis ſurſum curva, abdomini propior;* pinnae *analis et caudalis rubrae, baſi albae; reliquae albidae, margine craſſiore rufeſcentes.*

Bulatmai. 32. C. pinna ani radiis 8, dorſalis ſecundo maximo, non ſerrato, cirris 4. *Hablizl apud S. G. Gmelin it.* 4. *p.* 135. *Pallas n. nord. Beytr.* 4. *p.* 6. D. 10. P. 19. V. 9. A. 8. C. 21.

*Habitat*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0388-0

*Habitat rarior in* mari caſpio *prope* Enzelli, *carpionis magnitudine, chalybeus, aureo colore intermicante, ſubtus ex argenteo aureus, ſquamis mediocribus, ſemicircularibus, diſtantibus, imbricatis tectus, carne nivea ſapidiſſima.*

Caput *oblongum, ſupra fuſcum, ſubtus album;* oculi *mediocres, laterales, iride ex aureo et argenteo varia;* linea *lateralis recta, ventri propior;* pinna *dorſalis ex fuſco nigricans, radio primo minimo, alteroque ſimplici, reliquis ramoſis; pectorales baſi griſeae, apice rubentes, ventrales baſi albae, apice rubrae; analis rubra, baſi albicans, caudalis bifurca ex fuſco rubeſcens.*

Capoeta. 33. C. pinna ani radiis 9, dorſalis et analis radio tertio longiſſimo, illius deorſum ſerrato, cirris 2. *Güldenſt. nov. comm. Petrop.* 17. *p.* 507. *t.* 18. *f.* 1. 2. D. 12-13. P. 17-19. V. 9-10. A. 9. C. 19.

*Habitat in* mari caſpio, *hieme fluvios adſcendens, pedem circiter longus, habitu orſum referens, ex compreſſo oblongus, ſquamis rotundatis, mediocribus, laevibus, ſtriatis, argenteis, fuſco-punctatis, in ventre minoribus et albis veſtitus.*

Caput *breve, latiſſimum, glabrum, vertice convexo fuſco, os, quale naſi;* oculi *ſat magni, laterales, iride argentea, ſuperne ex fuſco aurata;* branchiarum *opercula laevia, fuſca, punctata;* linea *lateralis initio inter pinnas pectorales et ventrales parumper deorſum curvata, abdomini propior;* pinnae *fuſcae, obſcurius punctatae, dorſalis in medio dorſi trapezoidea, radio primo breviſſimo, ſecundo duplo longiori, pectorales ex oblongo acuminatae, ventrales dorſali oppoſitae, ſupra appendice auctae, obtuſe trapezoideae; analis figura ventralium; caudalis bifurca.*

Murſa. 34. C. pinna ani radiis 7, primo longiſſimo, dorſalis tertio longiſſimo craſſiſſimo, retrorſum ultra medium ſerrato, cirris 4. *Güldenſt. nov. comm. Petrop.* 17. *p.* 513. *t.* 8. *f.* 3-5. D. 11-12. P. 16-17. V. 8. A. 7. C. 19.

*Habitat in* mari caſpio, *vere pruritus tempore, in fluvium Cyrum adſcendens, pedem circiter longus, habitu lucio affinis, ex tetragono oblongus, ſquamis parvis, ex tetra-*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0389-9
DFG

*gono rotundatis, auratis, ſupra fuſco adumbratis, ſubtus albidis et muco tenaci obductus.*

Caput *elongatum, conicum, compreſſiuſculum, glabrum, vertice convexo;* oculi *laterales, mediocres, convexi, iride flavicante, ſupra fuſco-maculata;* branchiarum *opercula laevia, fuſca;* linea *lateralis media, recta;* pinnae *analis et ventrales forma ſimiles, albae, hae ſupra fuſco-maculatae; reliquae totae fuſcae;* dorſalis *in medio dorſi poſita; pectorales oblongae; caudalis verticalis bifurca.*

**Capito.** 35. C. cirris 4, pinnae dorſalis radio tertio utrinque poſtice ſerrato, dorſo acuto, lateribus pinnisque inferioribus albidis. *Güldenſtedt nov. comm. Petrop. p.* 519.

*Habitat in fluvio* Cyro, *barbo multum ſimilis et paulo magis compreſſus, capite longiore, latiore, minus depreſſo, roſtro obtuſiore, cirris longioribus, oculis majoribus, pinna dorſali a roſtro multo remotiore, colore latorum et pinnarum inferiorum luteo, vertebris* 47, *quae barbo tantum* 44, *differt.*

*** Pinna caudae indiviſa.*

**Caraſſius.** 5. C. pinna ani radiis 10, linea laterali recta. *Fn. ſuec.* 364. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 50. *n.* 429. — D. 20. P. 15. V. 8. A. 9. C. 21.

*Art. gen.* 4. *ſyn.* 5. *ſpec.* 29.

*Kram. el. p.* 392. *n.* 7. Cyprinus pinna dorſi oſſiculis 20, linea laterali recta. — D. 20. P. 15. V. 9. A. 10. C. --

*Gron. muſ.* 1. *n.* 11. *zooph. n.* 343. — D. 20. P. 11. V. 9. A. 10. C. 23.

*Act. upſ.* 1741. *p.* 75. *n.* 55. Cyprinus Hamburger. — D. 20. P. 14. V. 9. A. 9. C. 22.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 69. *n.* 15. Cyprinus linea laterali recta, pinna caudali indiviſa, anali radiis 10. — D. 21. P. 13. V. 9. A. 10. C. 21.

*Lesk. ſpec. p.* 78. *n.* 17. Cyprinus ovalis latus olivaceus &c.

*Klein*

*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 59. *n.* 4. *t.* 11. *f.* 1. Cyprinus brevis, dorſo repando &c.
*Aldr. piſc. p.* 644. *Will. ichth. p.* 249. *t.* Q. 6. *f.* 1. Cyprinus latus alius.
*Geſn. aq. p.* 222. Charax.
*Marſ. Danub.* 4. *p.* 45. *t.* 14. Caraſſius.
*Brit. zool.* 3. *p.* 310. Rud.
*Geſn. Thierb. p.* 166. b. Karas.

*Habitat in* Europae *et* Sibiriae *aquis in fundo molliori ſtagnantibus, etiam in* mari caſpio, *facile in piſcinis educandus, limo, herbis et vermibus victitans, vitae tenacior, tarde creſcens, ultra libram vix ponderoſus, piſcium aliorum aviumque aquaticarum frequens praeda, a lernaea cyprinacea crebro infeſtatus, biennis jam Majo, rarius Aprili ova pariens flavicantia* 93700; *latus, ſquamis mediocribus tectus; ſupra obſcure viridis, ad latera vireſcens, inferius flavicans, ſubtus ex albo rubroque varius, ſapidus.*

Caput *exile, obtuſum, ſupra olivaceum, ad latera ex flavo viridique varium;* oculi *minuti, iride argentea, annulo aureo cincta;* mandibula *utraque dentibus* 5 *latis armata;* dorſum *ante pinnam carinatum, pone eam teres;* pinnae pectorales *violaceae, ceterae flavicantes, margine cinereae.*

Cephalus. 6. C. pinna ani radiis 11, corpore ſubcylindrico.
*Muſ. Ad. Fr. p.* 77. *t.* 30. Cyprinus pinna ani radiis 11, cauda rotundata. — D. 11. P. 16. V. 9. A. 11. C. 17.
*Art. gen.* 5. *ſyn.* 7. Cyprinus oblongus macrolepidotus, pinna ani oſſiculis 11. — D. - - P. - - V. - - A. 11. C. - -
*Gron. muſ.* 1. *n.* 12. 2. *p.* 3. Idem. — D. 11. P. - - V. 9. A. 11. C. - -
*Habitat in* Danubio, Rheno.

Gibelio. 36. C. pinna dorſali radiis 20, cauda lunulata. *Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 71. *n.* 16. *t.* 12. — D. 19. P. 15. V. 9. A. 8. C. 20.

*Wulf ichth. bor. p.* 50. *n.* 67. Gieben.
*Will. ichth. p.* 250. Caraſſi primum genus.
*Geſn. Thierb. p.* 166.b. Klein Karas oder Giblichen.

*Habitat in* Germaniae *aquis ſtagnantibus, vix ultra dimidiam libram pondere aequans, fertiliſſimus, ut biennis jam menſibus Majo, Junio et Julio ad* 300000 *ova pariat a ranis ſaepius devorata, vitae tenax, ardearum, anatum, corvorum crebra praeda, ſquamis magnis tectus, latus, et elongatus, rarius piceus, quam ſupra caeruleus, ad latera caeſius, infra aureus.*

Caput *magnum, ochraceum, ſupra fuſcum;* oculi *magni, iride aurea;* mandibulae *aequales, utraque dentibus* 8 *minutis, acutis, in* 2 *ſeries diſpoſitis armata;* dorſum *arcuatum;* linea *lateralis fuſco-punctata, deorſum flexa;* pinnae *flavae, radiis ramoſis; caudalis cinerea.*

ſericeus. 37. C. pinna dorſali radiis 10, analis 11, cauda ex fuſco rubente. *Pall. it.* 3. *p.* 704. *n.* 41.

*Habitat copioſiſſimus in* Dauuriae *aquis pigris,* 1½ *pollicem longus, caraſſii forma, ex caeruleſcente vel violaſcente argenteus ſplendidiſſimus, abdomen verſus pallide roſeus, utrinque ſtriga latiuſcula longitudinali, ſubargentea ex viridi cyanea pictus; an ex hac cyprinorum tribu?*

Oculi *iride aurea, litura ſupra pupillam miniacea;* pinnae *ventrales et analis cinnabarinae, apice atrae.*

*** *Pinna caudae trifida.*

auratus. 7. C. pinna ani gemina, caudae transverſa bifurca. *Fn. ſuec.* 2. *p.* 125. *t.* 2.
*Act. ſtockh.* 1740. *p.* 403. *t.* 1. *f.* 1-8. Idem. D. $\frac{2}{18}$. P. 16. V. 9. A. 8,8. C. 37.
*Baſter act. Haarl.* 7. *p.* 215. *t.* 2. 4. 6. Piſcis aureus.
*Gron. muſ.* 1. *p.* 3. *n.* 15. Cyprinus pinna ani duplici cauda, bifurca. D. 8. P. 11. V. 7. A. - - C. 20. *Gronov.*

*Gronov. muſ.* 2. *n.* 150. Cyprinus pinna ani ſimplici, cauda trifurca. D. 18. P. 11. V. 8. A. 8. C. 44.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 132. *n.* 25. *t.* 93. 94. *f.* 1-3. Cyprinus colore rubro. D. 20. P. 16. V. 11. A. 9. C. 27.
*Kaempf. Japan.* 1. *p.* 155. Kingio.
*Brit. zool.* 3. *p.* 319. *n.* 12. *Edw. av. t.* 209. Goldfiſh.
*Petiv. gazoph. t.* 78. *f.* 7.

*Habitat in* Sinae, Japoniae *fluviis, ob ſummum agilitatem, colorisque in vivo piſce, pro aetate, ſexu, victus, aquae indole (quemadmodum pinnarum forma, radiorumque in iis numerus) admirandum ſplendorem in piſcinis et vaſis murrhinis cultus, pane, lemna, piſciculis alendus, a ſeminibus bidentis tripartitae, fauci adhaerentibus et occidentibus, ſollicite cavendus, ſquamis magnis veſtitus, adultus utplurimum ſupra nigro-maculatus, ad latera rubro-aureus, ſubtus rubeſcente argenteus.*

Caput *mediocre, ſupra rubrum, ad latera aureum;* oculi *iride aurea;* branchiarum *opercula diphylla;* dorſum *convexum;* linea *lateralis dorſo propior, recta,* pinnae *ruberrimae.*

**** *Pinna caudae bifida.*

regius. 38. C. pinna ani radiis 11, dorſali per totam dorſi longitudinem excurrente. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 198. *n.* 4.* D. 28. P. 15. V. 10. A. 11. C. 21.

*Habitat in* mari *regnum* Chilenſe *alluente frequentiſſimus, harengi fere magnitudine, cylindricus, ſquamis ſupra aureis, ad latera argenteis tectus.*

Oculi *flavi, pupilla caerulea, iride purpurea;* os *breve, obtuſum, edentulum;* pinnae *molles, flavae;* caro *exquiſita.*

Caucus. 39. C. pinna ani radiis 13, corpore tuberoſo argenteolo. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 198. *n.* 5.* D. 9. P. 16. V. 9. A. 13. C. 29.

*Habitat in regni* Chilenſis *aquis dulcibus, ſeſquipedalis.*

Malchus. 40. C. pinna ani radiis 8, corpore conico ſubcaeruleo. *Molin. hiſt. nat. Chil. p. 199. n. 6.** D. 12. P. 14. V. 8. A. 8. C. 18.
*Habitat in aquis dulcibus* Chilenſibus, *pedalis.*

Julus. 41. C. pinna ani radiis 10, caudae lobata. *Molin. hiſt. nat. Chil. p. 199. n. 7.** D. 15. P. 17. V. 9. A. 10. C. 19.
*Habitat in aquis dulcibus* Chilenſibus, *ſpithamaeus.*

rivularis. 42. C. pinna anali dorſalique radiis 8, corpore fuſcomaculato. *Pall. it. 2. p. 717. n. 36.* D. 8. P. 8. V. 8. A. 8. C. - -
*Habitat in rivulis minimis, lacunisque montanis circa montes altaicos, aphyae magnitudine, circiter bipollicaris, ſubargenteus, ex tereti compreſſiuſculus, ſquamis vix conſpicuis veſtitus.*
Caput *obtuſum, ſubtetragonum, vertice poris ſparſis magnis excavato;* oculi *iride argentea;* linea *lateralis recta, ad caput ſubadſcendens;* pinnae *pallidae, pectorales rotundatae.*

Labeo. 43. C. pinna ani radiis 7, dorſali 8, pectoralibus 19. *Pall. it. 3. p. 703. n. 39.* D. 8. P. 19. V. 9. A. 7. C. - -
*Habitat gregatim et frequens in fluviis* Dauuriae *ſaxoſis, rapidis, verſus* oceanum *orientalem tendentibus, velociſſime natans, ulnam longitudine nunquam aſſequens, teretiuſculus, ſubcompreſſus, ſquamis magnis tectus, carne ſapidiſſima.*
Caput *craſſum, roſtro conico obtuſo ſubcarnoſo;* os *ſub roſtro, fere quale acipenſeris;* oculi *majuſculi, iride ex flavo argentea;* pinnae *pectorales, ventrales, et analis rubrae; caudalis fuſca; dorſalis radius primus robuſtus, oſſeus.*

leptocephalus. 44. C. pinna ani radiis 9, dorſali 8. *Pall. it. 3. p. 703. n. 40.* D. 8. P. 20. V. 10. A. 9. C. - -
*Habitat cum labeone, cui aequalis, corpore ſalmonem coregonum, capite eſocem aliquantum referens, labeone tardior, ſquamis mediocribus tectus.*

Oculi

Oculi *iride ex flaveſcente argentea*; roſtrum *valde productum, depreſſum, rotundatum, mandibula inferiore longiore*; pinnae, *dorſali excepta, rubrae.*

Chalcoides. 45. C. pinna ani radiis 19, dorſi 12. *Güldenſt. nov. comm. Petrop.* 16. *p.* 540. *t.* 16. D. 12. P. 16. V. 9. A. 19. C. 19.
*Pall. it.* 3. *p.* 704. *n.* 41.*
Cyprinus clupeoides. D. 9. P. 17. V. 9. A. 17. C. - -

*Habitat in* mari Caſpio, *pruritus tempore a Novembri ad Januarium in fluvios* Terek *et* Cyrum *adſcendens, vix pedem longus, ex compreſſo oblongus, harengum ſtatura ſimilans, ſquamis rotundatis, ſtriatis, ſupra ex caneſcente et vireſcente argenteis, fuſco-punctatis, ad latera ſplendide argenteis, ſubtus lacteis veſtitus.*

Caput *compreſſum, acuminatum, fronte et vertice ex fuſco virentibus*; oculi *laterales, liberi, iride argentea, ſupra ſubaurata et nigro-punctata, infra macula ſanguinea notata*; mandibulae *edentulae, inferior longior*; lingua *oblonga, adnata, cartilaginea, alba, laevis*; palatum *laeve*; fauces *oſſiculo plano aſpero inaequales*; branchiarum *opercula plana, laevia, nitidiſſime argentea*; dorſum *parum convexum*; linea *lateralis deorſum arcuata, ventri propior et parallela, punctis elevatis albidis circiter* 70; pinna *dorſalis in medio dorſi, fuſceſcens, radio ſecundo longiſſimo; pectorales albae, ex oblongo acuminatae, radio primo maximo fuſco; ventrales rotundatae albae, appendice lanceolata auctae, analis radio primo breviſſimo, tertio longiſſimo; caudalis perpendicularis fuſca.*

Galian. 46. C. pinna ani radiis 7, dorſali 8, pectoralibus 14.
*Lepechin it.* 2. *t.* 9. *f.* 4. 5. *nov. comm. Petrop.* 15. *p.* 491. Cyprinus corpore olivaceo maculis fuſcis diſtincto, ima corporis parte cinnabarina, pinna ani radiis 7. D. 8. P. 14. V. 8. A. 7. C. 19.

*Habitat in rivis ſcopuloſis circa* Catharinopolin Sibiriae, *tres pollices longus, olivaceus, fuſco-maculatus, ſubtus miniatus, ſquamis exiguis, rotundatis, tenaciter adhaerentibus veſtitus, torrefactus edulis.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0395-3

Caput *breve*, *fere conicum*, *vertice nigricante*; oculi *laterales*, *iride argentea*; mandibulae *margine ſanguineae*, *inferior paulo brevior*; linea *lateralis incurva*, *abdomini propior*, *quam in congeneribus*; pinnae *radiis ramoſis*, *baſi miniatae*, *apice fuſcae*, *medio albidae*, *caudalis et quadrangula dorſalis baſi nigrae*, *ceterum albidae nigropunctatae*.

niloticus. 8. C. pinna ani radiis 7, dorſali 18. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 108. — D. 18. P. 17. V. 9. A. 7. C. 19.
*Haſſelq. it.* 393. *n.* 94. Cyprinus rufeſcens. — D. 18. P. $\frac{1}{17}$. V. 9. A. 7. C. 24.
*Habitat in* Nilo.

Gonorhynchus. 9. C. pinna ani radiis 8, corpore cylindrico.
*Gron. zooph.* 199. *t.* 10. *f.* 2. Gonorhynchus. — D. 12. P. 10. V. 9. A. 8. C. 18.
*Habitat ad* caput bonae ſpei.

Phoxinus. 10. C. pinna ani radiis 8, macula fuſca ad caudam, corpore pellucido. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 50. *n.* 430. — D. 8. P. 15. V. 8. A. 8. C. 19.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 60. *n.* 12. *t.* 8. *f.* 5. Cyprinus teretiuſculus, pinnis ventralibus anali dorſalique radiis 10. — D. 10. P. 17. V. 10. A. 10. C. 20.
*Art. ſyn.* 12. Cyprinus tridactylus, varius, oblongus, teretiuſculus, pinna ani oſſiculorum 8.
*Rondel. piſc.* 2. *p.* 205. *Geſn. aq. p.* 715. Piſciculus varius.
*Aldr. piſc. p.* 582. Phoxinus Bellonii.
*Jonſt. piſc. p.* 154. *t.* 28. *f.* 2.
*Will. ichth. p.* 268. Phoxinus laevis.
*Brit. zool.* 3. *p.* 318. *n.* 11. *Raj. piſc. p.* 125. Minow.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0396-9

*Geſn. Thierb. p.* 158. b.
Glatte Bambele.

*Habitat frequens et gregarius, ab aliis tamen piſcibus ſegregatus, in* Europae, Sibiriaeque *fluviorum puriorem aquam vehentium, eo quod calorem amat, ſuperficie, herbis et vermibus victitans, tarde creſcens, fertiliſſimus, tri-aut quadriennis ſub finem Junii ova in profundo pariens, lucii crebra praeda, teretiuſculus, ſquamis exilibus tenuibus, mucoque obductus, ſupra niger, vel ex atro caeruleus, ad latera ſtriis alternis caeruleis, flavis et nigris, vel coccineis, dilute caeruleis, et argenteis, praetereaque transverſis caeruleis aut nigris varius, carne exquiſita.*

Caput *cuneatum, ſupra ex vireſcente atrum;* oculi *parvi, iride aurea;* mandibulae *aequales margine rubrae;* branchiarum *opercula flava;* dorſum *et* linea *lateralis recta;* pinnae *cinereae, baſi macula rubra notatae.*

Aphya. 11. C. pinna ani radiis 9, iridibus rubris, corpore pellucido. *Fn. ſuec.* 374.* — D. 10. P. 12. V. 7. A. 9. C. 19.

*It. wgoth.* 232. Cyprinus minimus. — D. 11. P. 8. V. 8. A. 9. C. 19.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 143. *n.* 29. *t.* 97. *f.* 2. Cyprinus radiis novem in pinna anali dorſalique. — D. 9. P. 12. V. 8. A. 9. C. 20.

*Art. gen.* 4. *ſyn.* 13. *ſpec.* 30. Cyprinus biuncialis, iridibus rubris, pinna ani oſſiculorum novem. — D. - - P. - - V. - - A. 9. C. - -

*Müll. prodr. zool. dan. p.* 50. *n.* 431. Löje, Görloie, Kime, Gorkime, Gorkytte.

*Habitat gregarius in* maris ſeptentrionalis europaei *littore, fluviisque in hoc potiſſimum redundantibus, a* $1\frac{1}{2}$ *ad* $4\frac{1}{2}$ *pollices longus, elongatus, craſſus, teres, ſquamis mediocribus facile deciduis veſtitus, ſupra fuſceſcens, ad latera infra lineam albicans, ſubtus albus aut ruber, carne ſapida, alba.*

Caput *et* os *mediae amplitudinis;* mandibula *ſuperior ore clauſo paulo longior;* oculi *iride flava, annulo rubro cincta;* linea *lateralis media recta;* pinnae *cinereae, baſi vireſcentes.*

Leuciſcus. 12. C. pinna ani radiis 18, dorſali 9. D. 9. P. - - V. - - A. 10. C. 19.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 141. *n.* 28. *t.* 97. *f.* 1. Cyprinus pinna ani radiis 11, et 10 in pinna dorſali. D. 10. P. 15. V. 9. A. 11. C. 18.

*Art. ſyn.* 9. Cyprinus novem digitorum, rutilo longior et anguſtior, pinna ani radiorum decem.

*Bell. aq. p.* 313. Leuciſcus ſ. albula.

*Rondel. piſc.* 2. *p.* 192. *Aldr. piſc. p.* 607. Leuciſcus ſecundus.

*Geſn. aq. p.* 26. *ic. anim. p.* 290. Leuciſcus fluviatilis ſecundus.

*Brit. zool.* 3. *p.* 312. *n.* 8. *Will. ichth. p.* 260. *Raj. piſc. p.* 121. Dace or Dare.

*Jonſt. piſc. p.* 136. *t.* 26. *f.* 11. *Geſn. Thierb. p.* 162. Blicke, Laugeler.

*Habitat in* Germaniae *auſtralis*, Galliae, Italiae, Angliae *aquis fluentibus purioribus*, *in* Sibiriae *quoque lacu* Baunt, *a 6 pollicibus ad* 1½ *pedem longus*, *muſcis*, *culicibus*, *vermibus victitans*, *Junio pruriens*, *fertiliſſimus*, *perniciſſime natans*, *lucii percaeque fluviatilis crebra praeda*, *argenteus*, *ſupra fuſceſcens*, *elongatus*, *ſquamis mediae magnitudinis veſtitus*, *carne alba*, *ſapida.*

Caput *parvum*; oculi *iride flavicante*; os *amplum*; branchiarum *opercula diphylla*; linea *lateralis curvata*, *ventri propinqua*; dorſum *convexum*; pinnae *albidae.*

Dobula. 13. C. pinna ani dorſalique radiis 10. *Müll. zool. dan. prodr. p.* 50. *n.* 432. D. 10. P. 15. V. 9. A. 10. C. 19.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 42. *n.* 5. *t.* 5. Cyprinus oblongus pinna ani dorſalique radiis 11. D. 11. P. 15. V. 9. A. 11. C. 18.

*Art. ſyn.* 10. Cyprinus pedalis, gracilis, oblongus,

craſſi-

craſſiuſculus, dorſo craſſo, pinna ani oſſiculorum 9.
*Lesk. ſpec. p.* 38. *n.* 6. Cyprinus Jeſes pedalis ſubteres &c.
*Kram. el. p.* 394. *n.* 10. Cyprinus pinna ani radiis 11 &c.
*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 66. *n.* 5. Leuciſcus ſpithamae magnitudinis, ſquamis majuſculis &c.
*Aldrov. piſc. p.* 603. *Will. ichth. p.* 261. Capito fluviatilis ſ. ſqualus minor.
*Geſn. Thierb. p.* 170. Haſele.

*Habitat in* Daniae, Boruſſiae, Sileſiae, Germaniae, Galliae *lacubus, aquam puriorem in fundo margaceo aut ſaxoſo continentibus, ex eorum fundo vere in fluvios adſcendens, a Martio ad Majum ova pariens, vireſcentia* 26460, *hirudinibus aliisque vermibus victitans, et herbis, vitae minus tenacis, vix ultra* 10 *pollices longus, anguſtus, oblongus, ſquamis mediae magnitudinis ad marginem nigro-punctatis veſtitus, ſupra vireſcens, ſubtus ex argenteo caeruleſcens, mas junior pruritus tempore nigro-maculatus.*

Caput *obtuſum, ſupra latum, ex cinereo nigrum;* oculi *iride flava, ſupra macula viridi notata;* mandibulae 2 *dentium uncinatorum ordinibus armatae, altero dentium* 5, *poſteriore* 2; dorſum *teres;* linea *lateralis deorſum flexa, flavo-punctata;* pinnae *juniori albae; adultiori ventrales et analis rubrae, pectorales flavae, dorſalis vireſcens, caudalis caeruleſcens.*

Grislagine. 14. C. pinna ani radiis 11, pinnis albentibus. *Fn. ſuec.* 367. *Act. upſ.* 1744. *p.* 35. *t.* 3.
*Art. ſyn.* 5. *ſpec.* 12. Cyprinus oblongus, figura rutili, pinna ani oſſiculorum 10. D. 10. P. 16. V. 9. A. 11. C. 19.
*Art. gen.* 5. Cyprinus oblongus, iride argentea, pinnis albentibus.

*Gron.*

*Gron. muſ.* 2. *n.* 148. Cyprinus idem. D. 11. P. 11. V. 9. A. 11. C. - -
*Habitat in* Europae *lacubus; an ſatis diſtinctus a Dobula?*

Idbarus. 15. C. pinna ani radiis 12, pinnis ventralibus ſanguineis. D. 10. P. - - V. - - A. 12. C. 19.
*Habitat in* Sueciae *lacubus; an ab Ido vere diverſus?*

Rutilus. 16. C. pinna ani radiis 12, rubicunda. *Fn. ſuec.* 372. *Koelreuter nov. comm. Petrop.* 15. *p.* 494. D. 11. P. 18. V. 10. A. 13. C. 30.
*Art. gen.* 3. *ſyn.* 10. *ſpec.* 10. Cyprinus iride pinnis ventris ac ani plerumque rubentibus. D. 13. P. 15. V. 9. A. 12. C. 17.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 8. *zooph. p.* 107. *n.* 338. *act. Helv.* 4. *p.* 268. *n.* 183. Cyprinus oblongus, cauda lunulata &c. D. 12. P. - - V. 9. A. 13. C. - -
*Gron. act. upſ.* 1741. *p.* 74. *n.* 51. Idem. D. 10. P. 11. V. 10. A. 15. C. - -
*Gron. act. upſ.* 1741. *p.* 74. *n.* 52. Rex van Ruy. D. 10. P. 12. V. 9. A. 15. C. 22.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 32. *n.* 2. *t.* 2. Cyprinus iride pinnis omnibus rubris et in anali radiis 14. D. 13. P. 15. V. 9. A. 14. C. 20.
*Klein piſc. miſſ.* 5. *p.* 67. *n.* 9. *t.* 18. *f.* 1. Leuciſcus dorſo et pinna dorſi ex caeruleo fuſcis &c.
*Geſn. aq. p.* 281. *Aldr. piſc. p.* 621. *Jonſt. piſc. p.* 130. *Will. ichth. p.* 262. Rutilus ſ. Rubellus fluviatilis.
*Brit. zool.* 3. *p.* 311. *n.* 7. Roach.
*Geſn. Thierb. p.* 167. Rotten.
*Habitat in* Europae *et borealis* Perſiae *aquis purioribus, in arenaceo aut margaceo ſolo fluentibus vel ſtagnantibus, in* caſpio *quoque mari, per turmas nonnunquam incedens, vix* 1½ *libras pondere aequans, vitae tenax, Maji medio meridie ova pariens numeroſiſſima* (54570) *vireſcentia,* coctu

*coſtu rubentia, vermibus aquaticis herbisque victitans, piſcium majorum aviumque aquaticarum frequens praeda, callide ſe abſcondens, ſquamis latis tectus, argenteus, dorſo ex vireſcente niger, carne alba, ſapida.*

Caput *mediae magnitudinis;* oculi (*junioris*) *iride ſuperius rubicunda;* mandibulae *aequales, utraque ſerie dentium* 5, *ad latera compreſſorum, apice incurvorum armata;* labia *rubra;* linea *lateralis deorſum flexa, ex punctis* 36 *conflata;* pinnae *ventrales et analis ſanguineae, reliquae ſpadiceae, dorſalis ventralibus oppoſita.*

Idus. 17. C. pinna ani radiis 13, rubra. *Fn. ſuec.* 362. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 51. *n.* 436. *Kram. el. p.* 394. *n.* 11. *S. G. Gmelin it.* 3. *p.* 241. — D. 10. P. 18. V. 10. A. 13. C. 19.

*Art. gen.* 5. *ſyn.* 14. *ſpec.* 6. Cyprinus iride ſublutea, pinnis ventralibus anique rubris. — D. 11. P. - - V. 10. A. 13. C. 19.

*Gron. muſ.* 1. *p.* 3. *n.* 13. Idem. — D. 10. P. 20. V. 9. A. 13. C. 24.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 253. *n.* 22. *t.* 36. Cyprinus corpore craſſo, pinna ani radiis 13. — D. 10. P. 17.

*Habitat in* Europae *magis ſeptentrionalis aquis dulcibus purioribus, praeſertim lacubus majoribus, ex quibus Aprili et Majo in fluvios adſcendit, in locis rapidioribus ad ſaxa denudata triennis jam ova pariens, flavicantia* (67600), *in* mari *quoque* caſpio *obvius, a* 1½ - 2 *pedes longus, fertilis, vitae tenax, herbis in fundo naſcentibus vermibusque victitans, craſſus, ſquamis magnis tectus, ſupra niger, ſubtus albus, ad latera ſupra lineam caeruleſcens, infra illam ochroleucus, carne tenera alba ſapida.*

Caput *craſſum, truncatum, fronte nuchaque nigrum, genis ex flavo caeruleſcens;* oculi *mediocres, iride ochroleuca;* os *parvum edentulum;* mandibula *ſuperior longior;* dorſum *convexum, leviter arcuatum;* linea *lateralis infra caput flexa;* pinnae *radiis plurimis ramoſis, dorſalis ventralibus oppoſita, caudalisque lata, lunata, cinereae; pectorales flavicantes, ventrales intermedia auctae, acutae, medio rubrae, ad latera et baſi albae; analis rubra baſi alba.*

18. C.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0401-2 DFG

Orſus. 18. C. pinna ani radiis 13.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 138. *n.* 27. *t.* 96. Cyprinus corpore colore croceo, pinna ani radiis 14. D. 10. P. 11. V. 10. A. 14. C. 22.
*Art. ſyn. p.* 6. *n.* 8. Cyprinus Orſus dictus.
*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 66. *n.* 4. Leuciſcus in dorſo et lateribus flavicans &c.
*Geſn. ic. an. p.* 298. Capito fluviatilis ſubruber.
*Aldr. piſc. p.* 605. *Jonſt. piſc. p.* 153. *t.* 2. *f.* 7. *t.* 26. *f.* 9. Orphus Germanorum ſ. Capito ſubruber.
*Will. ichth. p.* 253. *t.* Q. 9. *f.* 1. 2. *Raj. piſc.* 118. Frow-fiſch.
*Marſ. Danub.* 4. *p.* 13. *t.* 5. Nerfling, Frauenfiſh, Jakeſeke, Jaſs.
*Geſn. Thierb. p.* 166. b. *Meyer Thier.* 2. *p.* 31. *t.* 43. Orſe, Orff, Urff, Erfle, Nörfling, Würfling, Elfft.

*Habitat in* Germaniae *auſtralis*, Angliae, Ruſſiae *aquis dulcibus, ob coloris crocei ſplendorem frequenter in piſcinis educatus, ſubtus argenteus, ſquamis magnis tectus, vitae minus tenacis, vermibus, inſectis, terra pingui, ovis aliorum piſcium victitans, Martio et Aprili ova minima lutea pariens, lucii, percae fluviatilis, glanidis frequens praeda, carne ſapida.*

Caput *parvum, genis argenteum;* oculi *iride aurea;* mandibula *ſuperior paulo longior;* pinnae *rubrae; caudalis lunata.*

Buggenhagii. 47. C. pinna ani radiis 19.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 137. *n.* 26. *t.* 95. D. 12. P. 12. V. 10. A. 19. C. 18.

*Habitat in* Pomeraniae *lacubus, fluvioque* Pene, 12-14 *pollices longus, ſupra nigricans, ad latera compreſſa ſquamis magnis argenteis tectus, carne alba eduli.*

Caput *et* os *parvum*, nucha *fovea tranſverſa excavata;* mandibula *ſuperior longior;* dorſum *arcuatum*, *carinatum;* linea *lateralis ventrem verſus flexa*, *dein recta;* pinnae *baſi et margine caeruleae; ventrales pinna media auctae; analis lunata; caudalis bifurca.*

erythrophthalmus. 19. C. pinna ani radiis 15, pinnis rubris. *Fn. ſuec.* 366.
*Kram. el. p.* 393. *n.* 9.
*Müll. prodr. zool. dan. p.* 51. *n.* 437.

*Art. gen.* 3. *ſyn.* 4. *ſpec.* 9. Cyprinus iride, pinnis omnibus caudaque rubris. D. 11. P. 16. V. 10. A. 14. C. 19.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 28. *n.* 1. *t.* 1. Cyprinus latus, iride crocea, pinnis ventralibus anali caudaque cinnabarinis. D. 12. P. 16. V. 10. A. 15. C. 20.

*Leske ſpec. p.* 64. *n.* 14. Rutilus.

*Gronov. zooph.* 1. *p.* 107. *n.* 340. Cyprinus oblongus, cauda vix lunulata, dorſo convexo &c.

*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 63. *n.* 5. *t.* 13. *f.* 2. Brama pinnis omnibus cum cauda rubris, dorſali nigricante &c.

*Will. ichth. p.* 249. *t.* Q. 3. *f.* 1. Erythrophthalmus bramis affinis.

*Marſ. Danub.* 4. *p.* 39. *t.* 13. *f.* 4. Rubellus.

*Brit. zool.* 3. *p.* 310. *n.* 6. Rud.

*Meyer Thierb.* 2. *p.* 15. *t.* 53. Rothauge.

*Habitat in* Europae *magis ſeptentrionalis*, *etiam Hungariae, auſtralisque* Ruſſiae *aquis dulcibus*, *in* mari *quoque* Caſpio, *fluviisque in illud effluentibus*, *a* 10 *pollicibus ad pedem longus*, *ſquamis magnis tenuibus argenteis tectus*, *dorſo ex atro virens*, *ad latera ſupra lineam vireſcens*, *infra eam flavicans*, *ſubtus argenteus*, *vitae tenacior*, *ferti-*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0403-3 DFG

*fertiliſſimus, Aprili per aliquot modo dies ad ſtirpes aquaticas ova numeroſiſſima* (91720) *pariens, vermibus, inſectis, herbis aquaticis victitans, lucio, percae fluviatili, luciopercae, avibus aquaticis cibo inſerviens, carne per aeſtatem ſapida.*

Caput *parvum, anterius obtuſum*; mandibulae *aequales, duplici dentium ſerratorum incurvorum ſerie armatae; inferior incurva*; nares *amplae*; dorſum *ante pinnam carinatum, pone illam convexum*; linea *lateralis a nucha deorſum flexa, 30 punctis elevatis utrinque conſpicua*; pinnae *pectorales ſpadiceae, dorſalis, a capite remotior, quam ventrales, vireſcens, margine rubra.*

Jeſes. 20. C. pinna ani radiis 14, roſtro rotundato. D. 11. P. 16. V. 9. A. 14. C. 20.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 45. *n.* 6. *t.* 6. Cyprinus corpore et capite craſſo, roſtro rotundato, pinna ani radiis 14.

*Art. ſyn.* 7. Cyprinus cubitalis, pinna ani oſſiculorum 14.

*Lesk. ſpec. p.* 34. *n.* 5. Cyprinus Dobula &c.

*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 68. *n.* 13. Leuciſcus dorſo craſſo carinato &c.

*Rondel. piſc.* 2. *p.* 190. Capito ſ. Cephalus fluviatilis.

*Geſn. aq. p.* 182. *Aldr. piſc. p.* 603. *Will. ichth. p.* 256. *t.* Q. 6. *f.* 3. *Marſ. Danub.* 4. *p.* 53. *t.* 18. *f.* 1. Capito fluviatilis caeruleus.

*Geſn. Thierb. p.* 169. b. Jentling.

*Habitat in* Galliae, Germaniae, Hungariae, Ruſſiae *fluviorum locis rapidiſſimis, perniciſſime natans, vitae tenax, fertiliſſimus, Martio et Aprili per* 8 *circiter dies ova pariens luteſcentia, numeroſiſſima* (92720), *tardius creſcens, craſſus, ſquamis magnis margine inferiore caeruleis tectus, ſupra caeruleus, ad latera caeruleſcens, carne molli ſapida.*

Caput

Caput *craſſum*, *truncatum fronte lata nigricante*; oculi *magni*, *pupilla glauca*, *iride flava*; branchiarum *opercula caerulea*; linea *lateralis ſatis recta*, *punctis* 58 *ex luteo fuſcis conſpicua*; pinnae *pectorales*, *ventrales intermedia auctae*, *et analis dilute violaceae*, *dorſalis*, *ventralibus a capite remotior*, *caeruleſcens*, *caudalis lata*, *ſubbifurca*, *cinerea*, *margine caerulea*.

Naſus. 21. C. pinna ani radiis 14, roſtro prominente. *Art. gen.* 5. *ſyn.* 6. *Gron. muſ.* 2. *n.* 147. D. 11. P. 7. V. 9. A. 12. C. 25.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 35. *n.* 3. *t.* 3. Cyprinus abdomine intus nigro. D. 12. P. 16. V. 13. A. 15. C. 22.

*Kram. el. p.* 394. *n.* 12. Cyprinus roſtro naſiformi, maxillis imberbibus, abdomine interne nigro.

*Gron. zooph. p.* 105. *n.* 332. *act. helvet.* 4. *p.* 268. *n.* 184. Cyprinus oblongus, roſtro naſiformi prominente, pinna dorſali ventralibus oppoſita, cauda bifurca.

*Klein piſc. miſſ.* 5. *p.* 66. *n.* 6. *t.* 16. *f.* 1. Leuciſcus pinnis branchialibus flavicantibus &c.

*Geſn. aq. p.* 620. *Marſ. Danub.* 4. *p.* 9. *t.* 3. Naſus.

*Aldr. piſc. p.* 610. *Will. ichth. p.* 254. *t.* Q. 10. *f.* 6. *Jonſt. piſc. p.* 138. *t.* 26. *f.* 15. Naſus Alberti.

*Geſn. Thierb. p.* 170. b. *Meyer Thierb.* 2. *p.* 3. *t.* 11. Naſe.

*Habitat in* Boruſſiae, Germaniae, Italiae *lacuum majorum*, *in* maris *quoque* caſpii *profundis*, *vere gregatim in fluvios adſcendens*, *a libra ad* 2 *libras pondere aequans*, *vermibus et herbis victitans*, *Aprili in profundo ova pariens albida*, *milii ſemini aequalia*, *numeroſiſſima* (7900), *oblongus*, *ſquamis magnis tectus*, *ſupra nigricans*, *ſubtus argenteus*, *carne molli dulci*; *abdomine intus nigro*.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0405-4

Nucha *lata nigra*; oculi *magni*, *iride ex argenteo aurea*; os *inferum*, *tranſverſum*, *parvum*, *quadrangulare*; mandibula *ſuperior longior*, *apice obtuſa*; dentes *in utraque* 6; pinnae *radiis apice in* 8 *ramos diviſis*, *ſuperiores nigricantes*, *inferiores rubicundae*; *caudalis bifurca*.

Aſpius. 22. C. pinna ani radiis 16, maxilla inferiore longiore, incurva. *Fn. ſuec.* 361. *Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 48. *n.* 8. *t.* 7. — D. 11. P. 20. V. 9. A. 16. C. 20.

*Art. gen.* 6. *ſyn.* 14. *ſpec.* 14. Cyprinus maxilla inferiore longiore cum apice elevato pinna ani oſſiculorum 15. — D. 11. P. 18. V. 10. A. 16. C. 19.

*Art. ſyn.* 8. Cyprinus magnus craſſus argenteus, longitudine ad latitudinem quintupla.

*Kram. el. p.* 391. *n.* 4. Cyprinus pinna ani oſſiculis 16, maxilla inferiore longiore incurva, pinnis pectoralibus ventrales non attingentibus.

*Lesk. ſpec. p.* 56. *n.* 12. Cyprinus rapax ovatus ſubcompreſſus caeruleſcens &c.

*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 65. *n.* 1. Leuciſcus argenteus &c.

*Geſn. paralip. p.* 9. *Aldrov. piſc. p.* 604. *Jonſt. piſc. p.* 154.

---

Cyprini, *plurimi aquarum dulcium incolae*, *carne exquiſita celebres*, *argilla*, *humo*, *alia quoque terra*, *vermibus*, *inſectis*, *leguminibus*, *herbis aquaticis*, *fimo*, *pauciores aliis piſcibus victitantes*, *nonnulli migrantes*, *plurimi Aprili et Majo ova parientes*, *capite compreſſo*, *ſquamis albis*, *ſplendentibus*, *corneis*, *fronte nigricante*, *lata*, *dorſo arcuato*, *branchiarum apertura ampla*, *operculis triphyllis*, *naribus duplicibus*, *ore ſubrotundo*; labiis *cartilagineis cute craſſa obductis*, *linguae cartilagineae vix veſtigio*, *faucium oſſiculis aſperis*, *mandibulis infra branchia dentatis*, *canali inteſtinali a dentibus ad anum continuo*, *hepate bilobo*, *veſica aërea alba*, *ſplendente*, *rotunda bipartita*, *ovario veſiculaque ſeminali duplici gaudent*; *mares*, *dum ova pariunt feminae*, *ſquamarum tuberculis duris*, *albis*, *acutis aſperi*, *nonnullae ſpecies nondum ſatis cognitae* e. gr. *cyprinus perſa*, *maris caſpii incola S. G. Gmelin it.* 3. *p.* 233. *Kutuma ibid.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0406-0 DFG

p. 154. t. 26. f. 8. *Will. ichth.* p. 256. *Marſ. Danub.* 4. p. 20. t. 7. f. 2.
Capito fluviatilis Rapax.
*Geſn. Thierb.* p. 170. Rappe.

*Habitat in* Norwegiae, Sueciae, Boruſſiae, Sileſiae, Germaniae *aquis purioribus tranquillius fluentibus*, *in* Perſiae *quoque fluvio* Kur, *et* mari caſpio, *ad* 12 *usque libras pondere aequans*, *ſupra nigricans*, *ad latera ex caeruleſcente albus*, *ſquamis ſat magnis margine inferiori caeruleis veſtitus*, *herbis*, *vermibus*, *piſcibus quoque minoribus victitans*, *celeriter creſcens*, *vitae minus tenax*, *Martio ova pariens*, *carne alba*, *molli*, *pingui*, *ſapida.*

Caput *cuneatum*, *parvum*, *nucha lata*, *ex atro caerulea;* oculi *mediocres iride flava*, *ſuperius vireſcente-ſtriata;* os *magnum*, *dentibus in utraque mandibula* 8, *in* 2 *ſeries digeſtis;* dorſum *convexum;* linea *lateralis*, *qualis in jeſe;* pinnae *dorſalis et caudalis caeruleae*, *reliquae caeruleſcentes admiſto tinctu rubro.*

bipunctatus. 48. C. linea laterali rubra, punctis nigris in duplici ſerie ornata, pinna ani radiis 16. *Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. p. 50. n. 8. t. 8. f. 1. D. 10. P. 13. V. 8. A. 16. C. 20.

*Habitat in* Germaniae *aquis dulcibus ſuper arenam aut ſaxa fluentibus*, *in ſuperficie natans*, *niſi ova pariens*, *copioſiſſima*, *minima*, *herbis in fundo naſcentibus*, *vermibusque victitans*, *exiguus*, *ſquamis minutis nigro-punctatis veſtitus*, *argenteus*, *dorſo obſcure vireſcens*, *ad latera ſuperius ex vireſcente albus*, *carne alba*, *ſapida.*

Oculi *magni*, *iride flava*, *ſuperius macula vireſcenti notata;* genae *ex caeruleo argenteae;* mandibula *ſuperior pauliſper prominens;* dorſum *arcuatum;* linea *lateralis deorſum flexa;* pinnae *ſuperiores vireſcentes;* *inferiores rubeſcentes.*

amarus. 49. C. pinnis pectoralibus ventralibusque oſſiculis 7. D. 10. P. 7. V. 7. A. 11. C. 20.

*Habitat in aquis* Germaniae *puris fluentibus*, *aut fluvio tranſeunte agitatis*, *amarus*, *pellucidus*, *vix ultra* 2 *pollices longus*, *ſquamis ſat magnis nigro-punctatis tectus*, *argenteus*, *ſupra ex viridi flavus*, *ad latera ſupra lineam flavus.*

Caput *parvum*, *cuneatum*; oculi *minuti*, *iride ſuperius rubra*, *inferius flava*; mandibulae *aequales*; branchiarum *opercula flavicantia*; dorſum *ante pinnam carinatum*, *pone convexum*; linea *lateralis prope nucham deorſum flexa*, *nigricans*, *prope caudam chalybea*; pinnae *ſuperiores rubeſcentes*, *inferiores vireſcentes*.

americanus. 23. C. pinna ani radiis 18. D. 9. P. 16. V. 9. A. 18. C. 27.
*Habitat in* Carolina, *ex caeruleo argenteus*, *corpore rutili*. Garden.
Linea *lateralis verſus abdomen admodum arcuata*; cauda *bifida*.

Alburnus. 24. C. pinna ani radiis 20. *Fn. ſuec.* 377. *Kram. el. p.* 395. *n.* 14. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 51. *n.* 439.
*Art. gen.* 6. *ſyn.* 10. *ſpec.* 17. Cyprinus quincuncialis, pinna ani oſſiculorum 20. D. 10. P. 14. V. 9. A. 21. C. - -
*Gron. muſ.* 1. *n.* 10. *zooph. p.* 106. *n.* 336. D. 9. P. - - V. 9. A. 22. C. - -
*Gron. act. upſ.* 1741. *p.* 75. *n.* 58. Koning van aſterling. D. 8. P. 14. V. 8. A. 18. C. 20.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 54. *n.* 10. *t.* 8. *f.* 4. Cyprinus maxilla inferiore prominente, pinna ani radiis 21. D. 10. P. 14. V. 9. A. 21. C. 18.
*Leske ſpec. p.* 40. *n.* 7. Cyprinus Alburnus &c.
*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 68. *n.* 16. *t.* 18. *f.* 3. Leuciſcus dorſo ex viridi fuſco &c.
*Rondel. piſc.* 2. *p.* 208. *Geſn. aq. p.* 23. *Aldrov. piſc. p.* 629. *Jonſt. piſc. p.* 159. *t.* 29. *f.* 13. *Will. ichth. p.* 263. *t.* Q. 10. *f.* 7. Alburnus Auſonii.
*Brit. zool.* 3. *p.* 315. *n.* 10. *Raj. piſc. p.* 123. Bleak.
*Geſn. Thierb. p.* 159. Albule.

*Habitat*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0408-1

*Habitat in* Europae *aquis dulcibus*, *in* mari *quoque* caſpio, *a* 4-10 *pollices longus*, *argenteus*, *ſupra olivaceus*, *ſquamis tenuibus ſplendidis facile deciduis*, *ex quibus materies pro imitandis margaritis paratur*, *tectus*, *fertilis*, *majoribus piſcibus avibusque aquaticis cibo inſerviens*, *carne ſapida.*

Caput *acuminatum*, *fronte plana olivacea*, *nigro-punctata*, *genis caeruleis*; oculi *magni*, *pupilla caerulea*, *iride argentea*; dorſum *fere rectum*; abdomen *anterius latum*; linea *lateralis flexuoſa*; pinnae *pectorales albae*, *rubeſcente irroratae*, *analis cinerea*, *caudalis et dorſalis*, *ventralibus a capite remotior*, *vireſcentes.*

Vimba. 25. C. pinna ani radiis 24, roſtro naſiformi. *Fn. ſuec.* 368. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 51. *n.* 440.

*Art. gen.* 6. *ſyn.* 14. *ſpec.* 18. Cyprinus roſtro naſiformi, dorſo acuminato, pinna ani oſſiculorum 24. D. 11. P. 16. V. 10. A. 24. C. 19.

*Art. ſyn.* 8. Cyprinus capito anadromus dictus.

*Leske ſpec. p.* 44. *n.* 8. Cyprinus Zerta, ovalis ſubteres &c.

*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 65. *n.* 3. Leuciſcus dorſo ſubfuſco, pinnis branchialibus ſupina parte rutilis &c.

*Geſn. paral. p.* 11. *Aldr. piſc. p.* 513. *Jonſt. piſc. p.* 109. *t.* 23. *f.* 6. *Will. ichth. p.* 257. *Marſ. Dan.* 4. *p.* 17. *t.* 6. Capito anadromus.

*Geſn. Thierb. p.* 180. Meernaſen.

*Habitat in* mari baltico, *verſus Junii finem in* Ruſſiae, Sueciae, Boruſſiae, Germaniae *aquas dulces puriores migrans*, *in rapidiſſimis earum locis ova pariens creberrima* (28800), *fertilis*, *vitae minus tenax*, *herbis vermibusque victitans*, *argenteus*, *ſupra caeruleſcens*, *ſquamis parvis veſtitus*, *carne ſapidiſſima*, *hinc multiplici modo eſculenta.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0409-0

Caput *parvum*, *cuneatum*; oculi *magni pupilla caeruleſcente, iride ſupra ſtraminea, ſubtus vireſcente*; os *ſubrotundum*; mandibula *ſuperior truncata*, *prominens*; dorſum *convexum*, *ante pinnam carinatum*; linea *lateralis deorſum flexa*, *flavo-punctata*.

Brama. 27. C. pinna ani radiis 27, pinnis fuſcis. *Fn. ſuec.* 360. *Wulff ichth. bor. p.* 49. *n.* 66. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 51. *n.* 441.

*Art. gen.* 6. *ſyn.* 4. *ſpec.* 22. Cyprinus pinnis omnibus nigreſcentibus, pinna ani oſſiculorum 27. D. 12. P. 17. V. 9. A. 27. C. 19.

*Gron. muſ.* 1. *n.* 14. *zooph.* 1. *n.* 345. D. 11. P. - - V. 10. A. 27. C. - -

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 75. *n.* 17. *t.* 13. Cyprinus pinnis nigreſcentibus, anali oſſiculorum 29. D. 12. P. 17. V. 9. A. 29. C. 19.

*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 61. *n.* 1. Brama primo radio pinnae dorſalis ſimplici &c.

*Rondel. piſc.* 2. *p.* 154. *Aldrov. piſc. p.* 641. *Jonſt. piſc. p.* 165. *t.* 29. *f.* 5. *Ruyſch theatr. anim.* 1. *p.* 173. *t.* 29. *f.* 5. *Marſ. Dan.* 4. *p.* 49. *t.* 16. 17. *Geſn. aq. p.* 316. *Will. ichth. p.* 248. *t.* Q. 10. *f.* 4. Cyprinus latus vel Brama.

*Brit. zool.* 3. *p.* 309. *n.* 5. Bream.

*Geſn. Thierb. p.* 165. b. *Meyer Thierb.* 1. *t.* 72. Brachſen.

*Habitat frequentiſſimus in* Europae *lacubus*, *margacei*, *argillacei*, *herboſi fundi*, *in fluviis tranquillioribus*, *in* mari *quoque* caſpio, 2-2½ *pedes longus*, *herbis*, *vermibus*, *terra pingui victitans*, *vere ad littora*, *aut in fluvios procedens*, *Majo cum ſtrepitu ova pariens exilia*, *rubeſcentia*, *copioſiſſima* (137000), *buteonis*, *colymborum*, *mergorum*

frequens

*frequens praeda, vitae tenax, celeriter creſcens, adultus latiſſimus ſatque craſſus, ſquamis magnis veſtitus, ſupra nigricans, ad latera ex flavo, albo nigroque varius, eſculentus.*

Caput *truncatum, fronte livida, genis ex flavo caeruleis, gula rubeſcente;* os *parvum;* mandibula *ſuperior pauliſper prominens;* oculi *iride ochroleuca nigro-punctata, macula ſupra ſemilunari nigra inſignita;* dorſum *carinatum, arcuatum;* linea *lateralis deorſum flexa, punctis circiter* 50 *nigris varia;* pinna *dorſalis, et caudalis bifurca lividae; pectorales ſupra violaceae, ſubtus flavae, margine nigricantes; ventrales, intermedia auctae, baſi violaceae; analis baſi cinerea, margine nigricans.*

cultratus. 28. C. pinna ani radiis 30, linea laterali declinata, ventre acutiſſimo. *It. ſcan.* 82. *t.* 2. *Fn. ſuec.* 370. — D. 8. P. 16. V. 8. A. 30. C. 19.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 255. *n.* 23. *t.* 37. Cyprinus pinna dorſi anali oppoſita. — D. 9. P. 15. V. 9. A. 30. C. 19.

*Kram. el. p.* 392. *n.* 5. Cyprinus pinna ani oſſiculis 30 &c.

*Wulf ichth. bor. p.* 40. *n.* 51. Clupea Ziga &c.

*Klein miſſ. piſc.* 5. *p.* 74. *n.* 2. *et* 3. *t.* 20. *f.* 3. Lucius dorſo a roſtro ad caudae extremitatem &c. *et* Lucius corpore tenui &c.

*Marſ. Dan.* 4. *p.* 21. *t.* 8. Sichling, Sarachi congenere.

*Habitat in* Sueciae, Boruſſiae, Germaniae *aquis purioribus verſus ripas, ad earum herbas Majo ova affricans, vermibus, herbis, terra pingui victitans, piſcium majorum aviumque aquaticarum frequens praeda,* $1\frac{1}{2}$ *pedes longus, argenteus, ſupra griſeus, ſquamis magnis, tenuibus, quinqueradiatis, facile deciduis veſtitus, carne pauca, alba.*

Caput *compreſſum, exiguum, ſupra os tuberculo inaequale, genis margaritaceum, nucha lata chalybeum;* oculi *praegrandes, iride argentea;* os *edentulum, ceterum quale harengi;* mandibula *inferior longior, arcuata;* dorſum *rectum,*

*rectum, teretiuſculum;* abdomen *carinatum;* linea *lateralis pone branchiarum operculum orta, pollicis ab ortu diſtantia angulo obtuſo deorſum curvata ſerpentinis flexibus ad caudam pergens;* pinnae *ſuperiores cinereae, caudalis bifurca; inferiores ſubtus rubeſcentes, ſupra cinereae; pectorales praelongae.*

Björkna. 29. C. pinna ani radiis 35. *Fn. ſuec.* 371. D. 11. P. 15. V. 9. A. 35. C. 19.
*Art. gen.* 3. *ſyn.* 13. *ſpec.* 20. Cyprinus quincuncialis, pinna ani oſſiculorum 25. D. 11. P. 15. V. 9. A. 25. C. 19.
*Habitat in* Sueciae *lacubus.*

Farenus. 30. C. pinna ani radiis 37, iridibus flavis. *Art. ſpec.* 23. *Fn. ſuec.* 369. D. 11. P. 18. V. 10. A. 37. C. 19.

Ballerus. 31. C. pinna ani radiis 40. *Fn. ſuec.* 365. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 51. *n.* 442.
*Art. gen.* 3. *ſyn.* 12. *ſpec.* 23. Cyprinus admodum latus et tenuis, pinna ani oſſiculorum 40. D. 11. P. 16. V. 10. A. 40. C. 19.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 62. *n.* 13. *t.* 9. Cyprinus pinna ani radiis 41. D. 10. P. 17. V. 9. A. 41. C. 19.
*Wulff ichth. bor. p.* 50. *n.* 68. Zope.
*Habitat in* Europae *lacubus, in* mari *quoque* caſpio, *ad libram usque pondere aequans, Aprilis fine ova pariens plurima* (67500), *tardius creſcens, tenuis, ſquamis minutis laxis veſtitus, ſupra ex atro caeruleſcens, ad latera flaveſcens, inferius argenteus, ſubtus rubicundus, parum edulis.*

Caput *exiguum, obtuſum, fronte fuſca, genis et branchiarum operculis alternatim caeruleis, flavis aut rubris;* oculi *magni, iride flava, maculis* 2 *nigris notata;* mandibulae *aequales, inferior curvata;* dorſum *carinatum;* linea *lateralis recta, punctis fuſcis varia;* pinnae *margine caeruleae; dorſalis ventralibus a capite remotior, analis latiſſima, caudalis lunata.*

latus. 50. C. latus pinna anali radiis 25. *Bloch Fiſch. Deutſchl.* 1. *p.* 65. *n.* 14. *t.* 10. D. 12. P. 15. V. 10. A. 25. C. 22.

*Gron. zooph.* 1. *p.* 110. *n.* 344. Cyprinus latiſſimus, cauda ampliſſima lunulata, pinnis omnibus ad margines fuſcis.

*Leske ſpec. p.* 69. *n.* 15. Cyprinus Pleſtya.

*Klein piſc. miſſ.* 5. *p.* 62. *n.* 4. Brama ex plumbeo argentei coloris &c.

*Rondel. piſc.* 2. *p.* 154. *Wulff ichth. bor. p.* 51. *n.* 69. *Geſn. aq. p.* 24. *Aldr. piſc. p.* 645. *Jonſt. piſc. p.* 165. *t.* 27. *f.* 7. Ballerus.

*Geſn. Thierb. p.* 167. b. *Meidinger ic. piſc. auſtr. t.* 7. Blicke.

*Habitat frequentiſſimus in* Germaniae, Boruſſiae, Sileſiae, Belgii, Galliae *lacubus, fluviisque minus rapidis, fundi arenacei, aut margacei, Majo Junioque per* 3 *dies ova pariens cum ſtrepitu vireſcentia, papaveris ſemine majora* (108000), *fertilis ideo, vitae tenax, herbis vermibusque victitans, libram pondere vix ſuperans, ſquamis tenuibus mediae magnitudinis veſtitus, albus, ſupra caeruleſcens, tenuis, carne parum expetita.*

Caput *exiguum, auctum;* oculi *mediocres, iride flava nigro-punctata;* os *anguſtiſſimum;* dorſum *arcuatum, ante pinnam carinatum, pone eam teres;* linea *lateralis curva, flavo-punctata;* pinnae *pectorales et ventrales rubrae, dorſalis ventralibus a capite remotior et analis fuſca margine caerulea; caudalis caerulea bifurca.*

## V. BRANCHIOSTEGI.

*Branchia oſſea oſſibus deſtituta.*

### 187. MORMYRUS.

*Caput* laeve. *Dentes* plures emarginati.
*Apertura* branchiarum linearis absque operculo.
*Membrana branchioſtega* radio unico.
*Corpus* ſquamoſum.

cyprinoides. 1. M. cauda bifida aucta. *Muſ. Ad. Fr.* 109.* D. 27. P. 9. V. 6. A. 32. C. 19.
*Habitat in* Nilo.

anguilloides. 2. M. cauda bifida obtuſa, pinna dorſali radiis 26. *Muſ. Ad. Fr.* 110.* D. 26. P. 10. V. 6. A. 41. C. 19.
*Haſſelq. it.* 398. Mormyrus Caſchive. D. 20. P. 10. V. 6. A. 19. C. 24.
*Habitat in* Nilo.

Kannume. 3. M. cauda bifida obtuſa, pinna dorſali radiis 63.
*Forſk. Fn. arab. p.* 75. *n.* 111. Mormyrus roſtro decurvo, prominente, pinna dorſi lineari, longitudine corporis dimidii. D. 63. P. 15. V. 6. A. 17. C. 20.
*Habitat in* Nilo, *albidus*, *valde compreſſus*.
Branchiarum *apertura perpendicularis*; roſtrum *conico-deflexum*, *labio inferiore longiore*; abdomen *rectum*, *demum ab ano ſurgens*; linea *lateralis recta media*; cauda *et* pinna *dorſalis linearis*.

## 136. OSTRACION.

*Caput: Dentes* utrobi 10 porrecti, teretes, obtuſiuſculi.

*Branchiarum* apertura linearis.

*Corpus* oſſe integro loricatum.

*Pinnae ventrales* nullae.

triqueter. 1. O. trigonus, muticus.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 60. Oſtracion polyodon, inermis, triqueter. D. 10. P. 12. A. 10. C. 10.
*Art. gen.* 57. *ſyn.* 85. Oſtracion triangulus, tuberculis exiguis innumeris, aculeis carens. D. 10. P. 12. A. 10. C. 10.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 24. *f.* 6. 12.
*Habitat in* India, *dorſo quaſi rhombis transverſe diſſectis tectus, margine repandus.*

trigonus. 2. O. trigonus, ſpinis ſubcaudalibus 2, pinna dorſali radiis 14.
*It. ſcan.* 160. Oſtracion polyodon tetragonus, abdomine pone bicorni. D. 14. P. 10. A. 9. C. 7.
*Art. gen.* 56. *ſyn.* 85. Oſtracion triangulus, limbis figurarum hexagonarum eminentibus, aculeis 2 in imo ventre.
*Habitat in* India.

bicaudalis. 3. O. trigonus, ſpinis ſubcaudalibus 2, pinna dorſali radiis 10.
*Art. gen.* 57. *ſyn.* 85. Oſtracion triangulatus, tuberculis hexagonis radiatis, aculeis 2 in imo ventre. D. 10. P. 12. A. 10. C. 10.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 24. *f.* 3.

β) *Art.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0415-0

β) *Art. gen.* 57. *ſyn.* 85. Oſtracion triangulatus, totus maculoſus ac tuberculoſus, aculeis 2 in imo ventre. D. 10. P. 11. A. 10. C. 10.
*Habitat in* India, *nonne varietas trigoni?*

tricornis. 4. O. trigonus, ſpinis frontalibus duabus, dorſali unica.
*Art. gen.* 56. *ſyn.* 85. Oſtracion triangulatus, aculeis 2 in capite et unico longiore ſuperne ad caudam.
*Edw. glean. t.* 284. *f.* 1.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 24. *f.* 9.
*Habitat in* India.

quadricornis. 5. O. trigonus, ſpinis frontalibus ſubcaudalibusque 2.
*Art. gen.* 56. *ſyn.* 85. Oſtracion triangulatus, 2 aculeis in fronte, et totidem in imo ventre. D. 10. P. 11. A. 10. C. 10.
*Edw. glean. t.* 284. *f.* 1.
*Habitat in* India, Guinea.

turritus. 10. O. ſubtetragonus, ſuperciliis dorſoque ſpinis ſolitariis, abdomine utrinque 4. *Forſk. Fn. arab. p.* 75. *n.* 113. D. 9. P. 10. A. 9. C. 10.
*Habitat in* mari rubro, 4 *pollices longus, tuberculatus, ex cinereo flavicans, in partibus nudis fuſcus.*
Cutis *oſſea hexagonis contexta, ſuturis pellucidis, punctis multis elevatis ſcabra;* ventris *cruſta latiſſima plana, ovata, anterius attenuata, poſterius obtuſa;* dorſum *convexum, ad latera marginatum, gibbo medio compreſſo triangulari, ſpina brevi, erecta, retrorſum verſa horrido;* frons *perpendicularis rotunda, convexa, inter oculos depreſſa;* oculi *iride aurea.*

6. O.

Species *hujus quoque generis dubiae ob* ſexus *differentias, nondum notas, ideoque forte multiplicatae; novae mentionem injicit, ad novam Hollandiam detectae, Ellis it. Cock.* 1. *p.* 23.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0416-5 DFG

cornutus. 6. O. tetragonus, ſpinis frontalibus ſubcaudalibusque 2.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 59. Oſtracion polyodon tetragonus, antice poſtice dorſoque ſpinoſus. D. 9. P. 10. A. 9. C. 10.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 118. Oſtracion quadrangularis, aculeis 2 in fronte et totidem in imo ventre. D. 11. P. 9. A. - - C. 5.
*Will. ichth. t.* I. 13. *f.* 1.
*Bont. jav.* 79. Piſcis cornutus.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 24. *f.* 8. 13.
*Habitat in* India.

tuberculatus. 7. O. tetragonus, muticus, tuberculis dorſalibus 4.
*Art. gen.* 55. *ſyn.* 84. Oſtracion quadrangulus, tuberculis 4 majoribus in dorſo.
*Habitat in* India.

gibboſus. 8. O. tetragonus, muticus, gibboſus.
*Art. gen.* 55. *ſyn.* 83. Oſtracion quadrangulus gibboſus.
*Habitat in* Africa, *an varietas triquetri?*

cubicus. 9. O. tetragonus, muticus, lateribus planiuſculis.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 59. Oſtracion polyodon tetragonus inermis. D. 9. P. 10. A. 10. C. 10.
*It. wgoth. p.* 138. Oſtracion quadrangulus, maculis variis plurimis. D. 10. P. 8. A. 9. C. 10.
*Art. gen.* 56. *ſyn.* 85. Idem. D. 9. P. 10. A. 8. C. 10.
*Pet. gaz.* 1. *t.* 1. *f.* 2.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 24. *f.* 4. 5.
*Habitat in* India.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0417-1 DFG

## 137. TETRODON. *Caput: Maxillae* oſſeae, porrectae, apice bipartitae.
*Branchiarum* apertura linearis.
*Corpus* ſubtus muricatum.
*Pinnae ventrales* nullae.

ſcelera-tus. 8. T. tetragonus, capite maximo. *G. Forſter it.* 1. *p.* 403.
*Habitat in* oceano americano *et* pacifico, 2-2½ *pedes longus, comeſtus veneni vires edens.*

teſtudineus. 1. T. abdomine plano laeviore, dorſo ſuturis curvis albis picto.
*Amoen. ac.* 1. *p.* 309. *t.* 14. *f.* 3. Oſtracion oblongus, glaber, corpore figuris variis ornato. D. 6. P. 14. A. 6. C. 9.
*Art. gen.* 60. *ſyn.* 86. Idem. D. -- P. 14. A. 6. C. 9.
*Habitat in* India, *ſupra ſcabriuſculus, ſubtus punctis pertuſus, intra quae aculei latent.*

lagocephalus. 2. T. abdomine aculeato, corpore laevi, humeris prominentibus.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 59. Oſtracion tetraodon, ventricoſus, abdomine muricato. D. 10. P. 18. A. 8. C. 10.
*Amoen. ac.* 1. *p.* 310. *f.* 4.
*Art. gen.* 58. *ſyn.* 86. Oſtracion cathetoplateo-oblongus, ventre tantum aculeato et ſubrotundo. D. 9. P. 17. A. 9. C. 7.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 120. *zooph.* 183. Oſtracion cathetoplateus, tetraodon, compreſſus, maculoſus, ſcaber. D. 9. P. 16. A. - - C. - -
*Seb. muſ.* 3. *t.* 23. *f.* 5. D. 10. P. 15. A. 13. C. 12.

lineatus. 3. T. faſciis longitudinalibus fuſcis pallidisque. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 55.* D. 11. P. 18. A. 9. C. 11. *Haſſelq.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0418-7 DFG

*Haſſelq. it.* 400. Tetraodon Fahaca. D. 12. P. 21. A. 9. C. 11.
*Forſk. Fn. arab. p.* 76. *n.* 114. Tetraodon lineatus. D. 12. P. 19. A. 9. C. 10.

*Habitat in* Nilo, *tetragonus, ſquamis nudus, at multis aculeis retrorſum ſpectantibus, appreſſis, apice tantum ex cute eminentibus urticatione quaſi pungentibus, ut pro venenatis habeantur, ad medium usque dorſum horrens, dein punctis impreſſis inaequalis, ad latera laevis, ſupra ex glauco caeruleſcens, ſubtus ex flavo rufeſcens, ad latera ex fuſco caeruleſcens, faſciis utrinque* 4, 2 *ſuperioribus curvis, tertia inſtar literae* V *partita, infima alba.*

Frons *coarctata, glabra, tuberculis* 2 *ante oculos iride aurea fulgentes, contiguis et apice in cirros* 2 *breves terminatis inaequalis;* labia *craſſa, laxa, interius pupillis conſita;* dentes *inciſores lati, in utraque mandibula* 2, *inferiores emarginati;* cauda *integra.*

electricus. 9. T. maculis rubris, viridibus et albis, ſupra fuſcus, ſubtus thalaſſinus, ad latera flavus, pinnis viridibus. *Peterſon act. angl.* 76. 2. *p.* 382. *t.* 13.

*Habitat ad inſulam* S. Joannae, *in ſinubus rupium coralliferarum a mari excavatis, ſeptem circiter pollices longus, contingentis manum ictu quaſi electrico feriens.*

Oculi *magni, iride rubra ad exteriorem angulum flavo tincta.*

ocellatus. 4. T. faſcia humerali ocellata.
*Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 55. D. 14. P. 18. A. 12. C. 7.
*It. ſcan.* 260. Oſtracion maculoſus, abdomine muricato. D. 12. P. 20. A. 12. C. - -
*Osb. it.* 226. Diodon ocellatus, Kai-po-y. D. 15. P. 18. A. 11. C. 8.
*Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 3. *n.* 7. *t.* 145. Tetrodon faſcia ſemilunari in dorſo. D. 15. P. 18. A. 12. C. 8.
*Kaempf. jap.* 1. *p.* 152. Fu-Rube.
*Seb. muſ.* 3. *t.* 23. *f.* 7. 8.
*Rumpf. umb.* 49.

*Habitat*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0419-6

*Habitat frequens in* Sinae et Japoniae *aquis dulcibus et mari* vicino, *craſſus, ſphaericus, ſupra obſcure viridis, ſubtus albus, aculeis ad pectus et abdomen brevibus, eſu venenatiſſimus, ut intra bihorium necem afferre tradatur, veneno per illicium exacuendo.*

Caput *parvum, ſupra latum, ad latera ſubcompreſſum;* oculi *parvi, iride aurea;* mandibulae *aequales, labiis mobilibus tectae;* lingua *laevis ſubrotunda;* branchiarum *apertura ſemilunaris;* linea *lateralis ante oculum oriens, circa illum flexa, poſtea dorſo parallela;* dorſum *teres, laeve, faſcia nigro ſemilunari flavo-marginata, maculaque ſimili, cui pinna innititur, pictum;* anus *prope caudam;* haec *brevis, laevis, ſubrotunda;* pinnae *breves, flavicantes, radiis ramoſis.*

Spengleri. 10. T. capite cirris plurimis barbato. *Bloch ausl. Fiſch.* 1. *p.* 135. *n.* 6. *t.* 144.

Honckenii. 11. T. maxilla inferiore longiore. *Bloch ausl. Fiſch.* 1. *p.* 133. *n.* 5. *t.* 143.

oblongus. 12. T. oblongus, maxillis aequalibus. *Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 6. *t.* 146. *f.* 1. D. 12. P. 16. A. 11. C. 19.

*β)* Tetrodon dorſi faſciis 6 fuſcis. *Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 7 D. 11. P. 18. A. 9. C. 7.

*Habitat in* India, *teſtaceis victitans, aculeis minimis fere totus hiſpidus, ſupra lineis fuſcis varius, ad latera argenteus; an forſan Diodontis ſpecies?*

Caput *longum, ſupra latum;* oculi *verticales, iride flava; inter hos et* labia *robuſta macula rotunda alba, quae duplices nares continet;* branchiarum *apertura ampla,* operculum *deorſum acuminatum;* dorſum *convexum;* linea *lateralis duplex, ſuperior pone oculum orta, deorſum flexa, ſatis recta, dorſoque propinqua, ad caudam pergens; inferior a mento incipiens, abdomini lato longoque propinqua, ad pinnas pectorales ſurſum flexa, ad analem denuo ſurgens;* pinnae *ex flavo cinereae, radiis ramoſis.*

13. T.

---

*Habet* Japonia et Sina *alias adhuc ſpecies venenatas nondum* ſatis notas, Sutumabuka, Mabuka, et Kitomakum, *Kaempf. jap.* 1. *p.* 152. 153. *aliamque p.* 122. *an forte quoque ſceleratam?*

roſtratus. 13. T. maxillis in roſtrum elongatis. *Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 8. *n.* 9. *t.* 146. *f.* 2. D. 9. P. 16. A. 8. C. 10.
*Habitat in* India, *ad dorſum et anterius abdomen aculeatus, ad latera compreſſus, albus, dorſum verſus cinereus.*
Frons *declivis, lata;* oculi *magni, verticales, iride rubeſcente, radiis fuſcis cincta;* mandibulae *aequales radiis fuſcis pictae;* pinnae *radiis ramoſis flavicantes,* *caudalis utroque fine fuſca; pectorales breves latae.*

laevigatus. 5. T. abdomine antice aculeato. D. 13. P. 18. A. 12. C. 11.
*Habitat in* Carolina, *magnus, ſupra caeruleſcens, ſubtus albus, ab ore ad finem pinnae pectoralis aculeatus.*
Latera *lineis utrinque duabus.*

hiſpidus. 6. T. totus hiſpidus papillis ſetaceis.
*Lagerſtr. Chin.* 23. Oſtracion tetraodon ventricoſus, corpore toto muricato. D. 9. P. 17. A. 10. C. 10.
*Art. gen.* 58. *ſyn.* 83. Oſtracion tetraodon ſphaericus, aculeis undique exiguis.
β) *Art. gen.* 58. *ſyn.* 83. Oſtracion maculoſus, aculeis undique denſis exiguis.
*Habitat in* India.

Mola. 7. T. inermis, aſper, compreſſus, rotundatus, cauda breviſſima rotundata, pinna dorſali analique annexa, ſpiraculis ovalibus. *Retzius nov. act. Stockh.* VI. 2. 3. *p.* 111. *t.* 4. D. 17. P. 14. A. 17. C. 0.
*Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 412. *n.* 7. Tetrodon laevis, compreſſus, cauda truncata: pinna breviſſima, dorſali analique annexa.
*Art. gen.* 61. *ſyn.* 83. Oſtracion cathetoplateus, ſubrotundus, inermis, aſper, pinnis pectoralibus horizontalibus, foraminibus 4 in capite. D. - - P. 14. A. - - C. - -

*Monti act. Bonon.* 2. *p.* 2. *p.* 297. *t.* 3. *f.* 1. Mola.
*Geſn hiſt. anim.* 4. *p.* 640. Orthragoriſcus ſ. Luna piſcis.
*Plancus Promtuar. Hamb.* 18. *p.* 1. *t.* 1. *f.* 1. Klumpfiſch.
*Brit. zool.* 3. *p.* 102. *n.* 2. Short Sunfiſh.

truncatus. β) T. inermis, laevis, compreſſus, oblongus, cauda breviſſima, pinna dorſali analique annexa, ſpiraculis lunatis. *Retzius nov. act. Stockh.* 6. 2. *p.* 116.
*Planc. Promt. Hamb.* 18. *t.* 1. *f.* 2.
*Monti act. Bonon.* 2. *p.* 2. *p.* 297. *t.* 2. *f.* 1.
*Brit. zool.* 3. *p.* 100. *n.* 1. Oblong Sunfiſh.

*Habitat in* maribus europaeis, *frequentius in* mediterraneo, *ad* 400 *et* 500 *libras pondere aequans, ultra* $1\frac{1}{2}$ *pedes utplurimum longus, tenuis, utrinque carinatus, dorſo niger, verſus latera argenteus, ſubtus albus, totus cute craſſa, tenaci, aſpera tectus.*

Oculi *orbiculares, membrana nictitante inſtructi;* nares *exiguae;* mandibulae *dentibus armatae, inferior* 18 *inaequalibus, obtuſis, compreſſis;* cauda *faſcia circulari ante pinnam circumdata;* pinnae *nigrae.*

## 138. DIODON.

*Caput: Maxillae* oſſeae, porrectae, indiviſae, in aciem excurrentes.
*Branchiarum* apertura linearis.
*Corpus* ſpinis longis, validis, ex albo nigroque variis, cute communi obductis, intus cavis, triradicatis, mobilibus undique adſperſum.
*Pinnae ventrales* nullae.

Hyſtrix. 1. D. ſphaericus aculeis triquetris. D. 14. P. 21. A. 6? C. 10.
*Bloch*

*Bloch auſl. Fiſch.* 1. *p.* 69. *n.* 2. *t.* 126. Diodon rotundus. D. 14. P. 22. A. 12. C. 10.

*Art. gen.* 59. *ſyn.* 86. *Gron. zooph. n.* 180. Oſtracion bidens ſphaericus, aculeis undique denſis triquetris.

*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 20. *n.* 14. Crayracion oblongo-rotundus, ſuperciliis depreſſis et laevibus.

*Seb. muſ.* 3. *p.* 58. *n.* 4. *t.* 23. *f.* 4. Oſtracion bidens.

*Geſn. aq. p.* 632. *ic. anim. p.* 156. *Rondel. piſc.* 1. *p.* 421. *Aldr. piſc. p.* 556. *Jonſt. piſc. p.* 123. *Cluſ. exot. l.* 6. *c.* 23. 24. *Will. ichth. p.* 144. 147. *t.* I. 4. *f.* 6. I. 5. I. 7. I. 8. *f.* 1. *Raj. piſc. p.* 42. *n.* 1. 5. 8. Orbis echinatus ſive muricatus.

*Marcgr. braſ. p.* 158. *Jonſt. piſc. p.* 186. *t.* 33. *f.* 10. Guamajacu-Guara, Piquitingua, Araguagua, Camuri.

*Valent. ind.* 3. *p.* 458. *n.* 357. Ikan Doerian, Terpandjang, Doeri, Doeri-nja.

*du Tertre ant.* 2. *p.* 209. Poiſſon armé.

reticulatus. *β*) D. ſubrotundus, aculeis triquetris. *Syſt. nat.* X. *p.* 334. *n.* 2.

*Art. gen.* 59. *ſyn.* 86. Oſtracion ſubrotundus, aculeis undique brevibus triquetris raris.



---

Diodontes, *maris calidioris, mediterranei, rubri, indici, atlantici, arabici, americani auſtralis incolae, piſcibus aliis, cancris, teſtaceis victitant, vix edules, piſces erinaceis et hyſtricibus jungunt.*

*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 18. *n.* 5. Crayracion ovatus et muricatus, rictu latiſſimo polyodon.
*Seb. muſ.* 3. *p.* 58. *n.* 3. *t.* 23. *f.* 3. Orbis muricatus.
*Jonſt. piſc. p.* 11. *t.* 3. *f.* 1. Reverſus indicus, Jagfiſch.

echinatus. γ) D. ſubrotundus, aculeis baſi triquetris. *Syſt. nat.* X. 1. *p.* 335.
*Art. gen.* 60. *ſyn.* 86. Oſtracion ſubrotundus, aculeis undique denſis baſi triquetris.
*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 20. *n.* 13. Crayracion oblongo-rotundus, ore producto bidentulo, ſuperciliis elatis ſpinis undique horridus.
*Seb. muſ.* 3. *p.* 58. *n.* 1. 2. *t.* 23. *f.* 1. 2. *Cluſ. exot. l.* 6. *c.* 21. *Jonſt. piſc. t.* 45. *f.* 4. Hyſtrix piſcis.
*Jonſt. piſc. t.* 45. *f.* 3. *Cluſ. exot. l.* 6. *c.* 22. *Will. ichth. p.* 146. Orbis ſpinoſus.

conicus. δ) D. ex conico oblongus, aculeis undique longis tereti-formibus, inprimis in lateribus. *Art. gen.* 60. *ſyn.* 86.
*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 18. *n.* 6. Crayracion ovatus et muricatus, ore parvo, cujus inferior mandibula ſuperiorem excedit?

*Habitat in* mari rubro, *hyſtrice multo major, ad 2 pedes longus, albus, maculis dilutius et obſcurius fuſcis varius, aculeis ad latera longioribus armatus, vitae tenax, carne arida, tenaci, parum eduli.*

Caput *exiguum*; oculi *magni, iride flava*; pinnae *breves, nigro-maculatae, radiis ramoſis*; *dorſalis anali oppoſita.*

2. D.

Atinga. 2. D. oblongus, aculeis teretibus.

*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 58. Oſtracion diodon, corpore ſpinis undique armato. D. 14. P. 22. A. 14. C. 9.

*Amoen. ac.* 1. *p.* 310. *it. ſcan.* 285. Oſtracion conico-oblongus, aculeis undique longis teretiformibus, inprimis in lateribus. D. 14. P. 22. A. 14. C. 9.

*Bloch ausl. Fiſch.* 1. *p.* 67. *n.* 1. *t.* 125. Diodon oblongus. D. 14. P. 21. A. 17. C. 10.

*Gron. zooph. n.* 181. Oſtracion ſphaerico-oblongiuſculus bidens, aculeis teretibus praelongis ſubulatis.

*Brown jam. p.* 456. *n.* 4. Oſtracion oblongo-tumidus, aculeis longis undique muricatus.

*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 19. *n.* 9. 12. 15. *t.* 3. *f.* 6. Crayracion oblongus, ſpinoſus &c. Crayracion oblongus ſupra et infra utramque pinnam poſtbrachialem et ad caudam macula nigerrima &c. *et* Crayracion capite contracto &c.

*Will. ichth. p.* 145. Orbis muricatus ranae rictu.

*Seb. muſ.* 3. *p.* 62. *n.* 10. *t.* 24. *f.* 10. Oſtracion oblongo-ovatus, aculeis undique longis teretibus et retroverſis.

*Marcgr. braſ. p.* 168. *Raj. piſc. p.* 42. *n.* 2. 5. *Jonſt. piſc. p.* 207. *t.* 39. *f.* 3. Guamajacu Atinga.

holocanthus. β) D. aculeis capitis collique longioribus. *Syſt. nat.* X. 1. *n.* 6.

*Art. gen.* 60. *ſyn.* 86. Oſtracion oblongus holocanthus, aculeis longiſſimis teretiformibus, in capite inprimis et in collo.

*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 19. *n.* 16. Crayracion oblongo-rotundus &c.

*Will. ichth. p.* 155. *t.* I. 8. *f.* 2. Hyſtrix alter.

*Habitat in* mari americano, *et circa* caput bonae ſpei, 12-15 *pollices longus, carne dura, alteraque interiori tenui inflanda circumdatus, ad latera compreſſus, caeruleſcens, dorſo lato, tereti nigricante, abdomine lato longoque albo, undique nigro-maculatus.*

Caput *parvum, ſupra latum, ad latera ſubcompreſſum;* oculi *magni, iride flava;* nares *ſimplices, tubuloſae;* os *anguſtum;* mandibula *ſuperior paulo longior, medio angulata;* pinnae *flavae nigro-maculatae, margine fuſceſcentes, radiis ramoſis.*

Mola. 3. D. verticaliter ſemiovalis, poſterius fere truncatus, ventre carinato ſemidiſcoideo. *Pall. ſpic. zool.* 8. *p.* 39. *t.* 4. *f.* 7. D. - - P. 14. A. - - C. - -

*Gron. muſ.* 1. *n.* 125. Oſtracion cathetoplateus ſubcompreſſus, pinna dorſi et ani cum cauda continuatis.

*Koelreuter nov. comm. Petrop.* 10. *p.* 440. *t.* 6.

*Habitat in* mari atlantico *et* aethiopico, *volae manus amplitudine cathetoplateus, ad caput craſſior, ventris carina prolixa; extenuata, plana, poſteriori margine integro truncatus, pinna tenerrima longitudinali terminatus, ex albo argenteus, dorſum verſus ſenſim nigricans.*

Vertex *inter oculos canaliculo verſus frontem dorſumque mucrone terminato exciſus;* oculi *in fundo orbitae bimucronatae iride argentea;* os *prominulum, labiatum; roſtratum oſſiculis mollibus, aduncis, quale fere in ſepia comparet; ad gulam mucrones* 2, *ab hac ad caudam usque* 4 *conici acutiſſimi;* dorſum *ſubarcuatum, mucronibus* 2, *et*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0426-1

*et tuberculis varicoſis* 3 *inaequale; carina quoque ventris mucronibus, anterius* 2, *poſterius* 1 *armata, latera papillis* 2 *acutis diſtantibus.*

## 141. SYNGNATHUS.

*Caput* parvum: *Roſtrum* ſubcylindricum, longum, apice ſurſum flexum; *os* terminale edentulum, elingue, operculatum, maxilla inferiore mobiliore.

*Branchiarum* apertura operculis magnis ſtriatis clauſis; *nucha* foramine tuboloſo tenerrimo ſpirans.

*Corpus* ſcutis polyedris cataphractum, articulatum.

*Pinnae ventrales* nullae.

tetragonus. 8. S. pinna caudae nulla, corpore quadrangulato, cauda antice hexagona, poſtice tetragona, apice tereti. *Thunberg act. ſoc. phyſiogr. Lund.* I. 4. *p.* 301. *n.* 30. *t.* 4. *f.* 1. 2. D. 40. P. 24. A. 6.

*Bloch ausl. Fiſch.* 1. *p.* 10. *n.* 6. *t.* 121. *f.* 1. 2. Syngnathus (biaculeatus) corpore tetragono, aculeis duobus ad caput. Br. 2. D. 34. P. 21. A. 4.

*Habitat in* mari indico, *ad latera fuſcus, ſubtus ex fuſco flavoque varius.*

Oculi *iride flava; ſupra hos utrinque mucro retrorſum curvatus; inter utrumque fovea plana;* roſtrum *utrinque compreſſum;* truncus *ſcutis* 17 *tectus, area media dilutiore conſpicuis, initio trigonus, ſupra anguſtus, ſubtus latus, interdum faſciis decuſſantibus notatus;* pinnae *flavicantes;* cauda *ſcutis* 45.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0427-7

Typhle. 1. S. pinnis caudae, ani, pectoralibusque radiatis, corpore ſexangulato. *Fn. ſuec.* 377.
*Art. gen.* 1. *ſyn.* 1. *ſpec.* 3. Syngnathus corpore medio hexagono, cauda pinnata. D. 36. P. 14. A. 3. C. 10.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 4. *zooph. n.* 172. *β.* Idem. D. 7. P. 9 A. 0. C. 12.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 112. *n.* 1. *t.* 91. *f.* 1. Syngnathus corpore hexagono anoque pinnato. Br. 2. D. 18. P. 12. A. 5. C. 10.
*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 42. *n.* 2. Solenoſtomus in medio corpore hexagonus, a podice ad pinnam usque quadratus.
*Salv. aq. p.* 68. Piſcis ſeptimus.
*Bell. aq. p.* 448. Thyphle marina.
*Rondel. piſc.* 1. *p.* 229. *Jonſt. piſc. p.* 52. *t.* 15. *f.* 14. *Will. ichth. p.* 158. *Raj. piſc. p.* 46. Acus Ariſtotelis.
*Geſn. aq. p.* 9. *ic. anim. p.* 92. Acus Ariſtotelis ſecunda ſpecies.
*Borl. Cornw. p.* 267. Sea-adder.
*Brit. zool.* 3. *p.* 108. *n.* 2. *t.* 6. *f.* 2. Shorter Pipefiſh.

*Habitat*

Syngnathi *in* oceano *prope littora habitant, inſectis minoribus aquaticis, vermibus, ovis aliorum piſcium victitant, vix occupandi, vere praegnantibus feminis tumet abdomen, prope anum dehiſcunt ſenſim ſcuta ſubtus, ad caudam in medio, ut parallelos quaſi utrinque parietes forment, inter quos, uti in ſiluro aſcita, prodit ovorum copia, veſicae tenui communi, a tunica ova includente ſecedente incluſa, ex quibus tum extra matris demum abdomen prodeunt piſces.* Oculi ſyngnathis *parvi, ad latus membrana obtecti; nares oculis contiguae, vix conſpicuae, palatum laeve; membrana branchioſtega tenera ad gulam poſita; pinnae parvae, tenerae, radiis indiviſis; linea lateralis nulla.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0428-2

*Habitat in* oceano Europae *ſeptentrionali*, *pedem longitudine vix excedens*, *flavus*, *fuſco varius*; *an varietas acus?* Roſtrum *tenue*, *ſubcompreſſum*; oculi *iride flava*; truncus *ſcutis* 18, cauda 36; anus *capiti propior*; pinnae *cinereae*.

Acus. 2. S. pinnis caudae, ani pectoralibusque radiatis, corpore ſeptemangulato. *Fn. ſuec.* 276.

*Art. gen.* 1. *ſyn.* 2. *ſpec.* 2. Syngnathus corpore medio heptagono, cauda pinnata. D. 38. P. 12. A. 5. C. 10.

*Gron. muſ.* 1. *n.* 3. *zooph. n.* 172. Syngnathus cauda pinnata. D. 37. P. - - A. 0. C. 10.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 113. *n.* 2. *t.* 91. *f.* 2. Syngnathus corpore heptagono, cauda pinnata. Br. 2. D. 36. P. 14. A. 6. C. 10.

*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 24. *n.* 3. Solenoſtomus a capite ad caudam heptagonus.

*Geſn. aq. p.* 1025. Typhle.

*Aldr. piſc. p.* 105. Acus Ariſtotelis.

*Will. ichth. p.* 159. *t.* I. 25. *f.* 1. *Raj. piſc. p.* 46. *n.* 2. Acus Ariſtotelis ſpecies altera major.

*Jonſt. piſc. p.* 57. *t.* 15. *n.* 14. Hornfiſch, Meernadel.

*Wulff ichth. bor. p.* 70. Seenadel, Sacknadel.

*Habitat in* oceano Europae *ſeptentrionali*, 2-3 *pedes longus*, *maculis et faſciis alternis fuſcis et ochroleucis varius*.

Truncus *ſcutis ſubtiliſſime ſtriatis* 20, cauda 43; anus *ori propior*, *initio pinnae dorſalis oppoſitus*; *haec quoque maculata*.

pelagicus. 3. S. pinnis pectoralibus caudaeque radiatis, ani nulla, corpore ſeptemangulato.

*Osb. it.* 105. Syngnathus pelagicus. D. 31. P. 14. A. 0. C. 10.

*Bloch auſl. Fiſch.* 1. *p.* 5. *n.* 4. *t.* 109. *f.* 4. Syngnathus corpore heptagono, lineis transverſalibus bruneis. Br. 2. D. 26. P. 14. A. 4. C. 7.

β) Syngnathus carolinenſis, laminis trunci 25, caudae 32. D. 33. - - - - - -

*Habitat ad* caput bonae ſpei, *et in* mari caſpio *in fuco potiſſimum natante, ex fuſco flavus, lineis transverſis fuſcis pictus.*

Oculi *iride alba;* mandibula *inferior longior;* trunci *ſcuta* 18, caudae 32; pinnae *pectorales plumbeae; dorſalis et caudalis flavae.*

**aequoreus.** 4. S. pinna caudae radiata, pectoralibus anique nullis, corpore angulato. D. 30. P. 0. A. 0. C. 5.

*Habitat in* pelago.

**Ophidion.** 5. S. pinnis caudae, ani pectoralibusque nullis, corpore tereti. *Fn. ſuec.* 275. *Otto Schrift. der berl. Naturf. Fr.* 3. *p.* 436. D. 34. P. 0. A. 0. C. 0.

*Art. gen.* 1. *ſyn.* 2. *ſpec.* 1. Syngnathus teres, pinnis pectoralibus caudaeque carens. D. 34. P. 0. A. 0. C. 0.

*Gron. muſ.* 1. *n.* 2. Idem. D. 42. P. 0. A. 0. C. 0.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 115. *n.* 3. *t.* 91. *f.* 3. Syngnathus corpore tereti. Br. 2. D. 34. P. 0. A. 0. C. 0.

*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 26. *n.* 15. *t.* 5. *f.* 4. Solenoſtomus maris baltici gracilis variegatus &c.

*Will. ichth. p.* 160. Acus lumbriciformis aut ſerpentinus.

*Raj. piſc. p.* 47. Acus lumbriciformis ſ. Ophidion lumbriciforme.

*Geſn. aq. p.* 1205. *icon. an. p.* 92. *Thierb. p.* 49. b. Typhle.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0430-3
DFG

*Kaempf. Jap.* 1. *p.* 155. Sajori.
*Brit. zool.* 3. *p.* 109. *n.* 3. *t.* 6. *f.* 3. Little Pipe-fiſh.
*Habitat in* Oceano Europae *ſeptentrionali*, 1-2 *pedes longus, vireſcens, lineis* 4 *interruptis caeruleis annulisque, hinc inde quoque angulis obtuſis inſignitus.*
Oculi *iride rubeſcente*; roſtrum *brevius, quam congeneribus*; anus *capiti propior, quam caudae.*

barbarus. 6. S. pinnis caudae anique nullis, corpore ſexangulato. D. 43. P. 22. A. 0. C. 0.
*Habitat in* Pelago.

Hippocampus. 7. S. pinna caudae quadrangulae nulla, corpore ſeptemangulato tuberculato.
*Brünn. piſc. maſſ. n.* 19.
*Müll. prodr. zool. dan. n.* 327. D. 20. P. 18. A. 4. C. 0.
*Art. gen.* 1. *ſyn.* 1. Syngnathus corpore quadrangulo, pinna caudae carens. D. 35. P. -- A. 0. C. 0.
*Bloch ausl. Fiſch.* 1. *p.* 6. *n.* 5. *t.* 109. *f.* 3. Syngnathus corpore tuberculoſo. Br. 2. D. 20. P. 17. A. 4. C. 0.
*Gronov. zooph. n.* 170. Syngnathus cauda apterygia, capite inflexo.
*Brown jam. p.* 441. *n.* 1. Syngnathus parte anteriori hexagona, poſteriori quadrangula, cauda impenni.
*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 23. *n.* 32. Crayracion corpore circumflexo, ſi ſiccatus, et quaſi inciſo &c.
*Aelian. l.* 14. *c.* 14. *Rondel. piſc.* 2. *p.* 114. *Geſn. aq. p.* 414. *Will. ichth. p.* 157. *t.* I. 25. *Raj. piſc. p.* 45. 46. *n.* 1-4. Hippocampus.
*Aldrov. piſc. p.* 716. Hippocampus aequivoca.
*Bellon. aq. p.* 444. Cheval marin.

*Valent.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0431-8

*Valent. muſ. p.* 388. *n.* 130.
Geel Zeepaardje.
*Geſn. Thierb. p.* 156. Meerroſs, Meerpferdt.
*Habitat ad littora* maris mediterranei, indici, ſeptentrionalis, 8-12 *pollices longus fuſcus, ſupra albis nigrisque anterius lituris, poſterius punctis variegatus, utrinque compreſſus, tuberculis fibris barbatis inaequalis, vivus rectus, a morte curvatus, ut capite praeſertim inflexo quodammodo equum ſimulet, utrinque 3 aculeis, 2 in caudae parte anteriore, 1 in poſteriore armatus.*
Caput *magnum*, tuberculis *ſupra* oculos *magnos iride argentea fulgentes oſſeis fibroſis* 4, *ſupra naſum* 1 *inaequale;* truncus 7 *tuberculorum ordinibus angulatum, ſcutis* 13 *abdominis carina denticulata;* cauda *ſcutis* 35-38; pinnae *tenerae, rubeſcentes, dorſalis limbo nigro, margine albo, analis ante anum poſita, ergo potius ventralis.*

## 142. PEGASUS.

*Caput: Os* inferum, proboſcide retractili, maxilla ſuperiori elongata, denticulata, ſub roſtro enſiformi, lineari.

*Branchiarum* apertura ſimplex ante pinnas pectorales.

*Corpus* deorſum compreſſum, articulatum oſſeis inciſuris, cataphractum.

*Pinnae ventrales* abdominales.

**Draconis.** 1. P. roſtro conico. D. 4. P. 10. V. 1. A. 5. C. 13.
*Bloch ausl. Fiſch.* 1. *p.* 52. *n.* 1. Pegaſus corpore lato tetragonoque. D. 4. P. 10. V. 1. A. 5. C. 8.
*Gron. zooph.* 356. *t.* 12. *f.* 2. 3. Cataphractus corpore tetragono, brevi, ſcabro.
*Gron. muſ.* 1. *p.* 65. *n.* 146. Piſciculus amboinenſis volans, oſſeo-tuberculoſus, proboſcide ſerrata.

*Valent. ind.* 3. *p.* 428. *t.* 271. Naja Lavet Jang Kitsjil, Klein Zeedraakje.

*Ruſch theatr. anim. p.* 12. *t.* 7 *f.* 2. 3. Kleine Draakje.

*Habitat in* India, 3-4 *pollices longus, vermibus, ovis aliorum piſcium, terraque pingui victitans, caeruleſcens, tuberculis, fuſcis radiatis ſupra inaequalis, ſubtus latus, eminentia media longitudinali, cui pinnae ventrales inſident.*

Caput *cum trunco coalitum;* oculi *prominuli, laterales, in omnem partem mobiles, iride flava;* mandibulae *dentibus minimis armatae;* branchiarum *apertura anguſta lunata, operculum radiatum;* anus *caudae propinquus, quae laminis ad latera gibboſis* 8 *compingitur;* pinnae *radiis ſimplicibus.*

**volans.** 2. P. roſtro enſiformi denticulato.

*Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 56. Pegaſus roſtro conico.

*Habitat in* India.

**natans.** 3. P. roſtro enſiformi inermi.

*Gron. zooph.* 357. Cataphractus roſtro ſpatuliformi truncato. D. 5. P. 9. V. 1. A. 5. C. --

*Bloch ausl. Fiſch.* 1. *p.* 53. *n.* 2. *t.* 121. *f.* 2. 3. Pegaſus corpus elongato tetragonoque. D. 5. P. 9. V. 1. A. 5. C. 8.

*Habitat in* India, *victu et magnitudine* P. *draconis affinis, anterius latus, poſterius anguſtius, ſupra ex flavo fuſcus, ſubtus latus, laevis, et albus.*

Caput *planum, laeve, latum, anterius anguſtatum;* oculi *magni, rotundi, laterales, iride flava;* proboſcis *denticulata, apice dilatata;* branchiarum *operculum radiatum;* cauda *laminis* 11, *verſus apicem ſenſim anguſtioribus, ultimo aculeis* 2 *armato;* anus *in medio;* pinnae *radiis ſimplicibus; pectorales violaceae; reliquae fuſceſcentes, dorſalis et analis oppoſitae parvae, caudalis anguſta.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0433-0 DFG

**140. CENTRISCUS.** *Caput* productum in roſtrum anguſtiſſimum: *Os* edentulum, maxilla inferiore longiore.
*Branchiarum* apertura repanda.
*Corpus* compreſſum, abdomine carinato.
*Pinnae ventrales* unitae.

**ſcutatus.** 1. C. dorſo loricato laevi. *Bloch ausl. Fiſch.* 1. *p.* 57. *n.* 2. *t.* 123. *f.* 2. D. 3,11. P. 11. V. 5. A. 13. C. 12.
*Gron. muſ.* 2. *p.* 18. *n.* 171. *t.* 7. *f.* 3. *zooph. p.* 129. *n.* 396. D. 3,9. P. 10. V. 6. A. 11. C. 9.
*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 28. *t.* 6. *f.* 6. Amphiſilen.
*Seb. muſ.* 3. *p.* 107. *t.* 34. *f.* 5. Amphiſilen cauda recta.
*Valent. ind.* 3. *p.* 420. *n.* 243. *f.* 243. 254. Ikan Piſan, Mesviſch.
*Ruyſch theatr. an. p.* 5. *t.* 3. *f.* 7. Ikan Peixe.

*Habitat in* India, 6-8 *pollices longus, limo et minoribus animalibus aquaticis victitans, tenuis, prope dorſum pellucidus, ſupra fuſceſcens, ad latera flavus argenteo miſtus, ſubtus rubeſcens, lineis transverſis albis pictus.*

Caput *oblongum, roſtro tubuloſo ſurſum flexo, ore anguſto;* oculi *iride ochroleuca, et membrana nictitante instructi, proximi naribus duplicibus;* branchiarum *operculum laeve, pellucidum, corneum; apertura lateralis, ampla;* dorſum *ſcutis glaberrimis, auratis, arctiſſime inter ſe conjunctis tectum, poſterius longa cuſpide armatum;* abdomen *ſcutis* 10-12, *in margine inferiori membrana tenui laxius ambinatis;* pinnae *pectorales a branchiis remotiores, ventralis et dorſales infra ſcutum caudae proximae flaveſcentes, reliquae fuſcae.*

2. C.

Scolopax. 2. C. corpore ſquamoſo ſcabro, cauda recta extenſa.
*Gron. zooph. p.* 128. *n.* 395. Br. 3. D. 4,12. P. 17. V. 5. A. 25. C. --
*Bloch ausl. Fiſch.* 1. *p.* 55. *n.* 1. *t.* 123. *f.* 1. Centriſcus ſquamoſus. Br. 4. D. 4,17. P. 16. V. 5. A. 18. C. 9.
*Syſt. nat.* X. 1. *p.* 329. *n.* 8. Baliſtes *Scolopax* pinna dorſali anteriore quinqueradiata, roſtro longiſſimo maxilla inferiore operculato.
*Art. gen.* 54. *ſyn.* 82. Baliſtes aculeis 2 loco pinnarum ventralium, ſolitario infra anum.
*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 24. *n.* 1. Solenoſtomus, roſtro trientem totius piſcis aequante.
*Geſn. aq. p.* 838. *ic. an. p.* 11. *Thierb. p.* 4. *Aldr. piſc. p.* 298. Scolopax.
*Will. ichth. p.* 160. *t.* I. 25. *f.* 2. *Raj. piſc. p.* 50. Trumpet or Bellowsfiſh.
*Jonſt. piſc. p.* 10. *t.* 1. *f.* 9. Meerſchnepf.

*Habitat in* mari mediterraneo, *ſpithamam longus, pallide rubens, latus, ſquamis duris, acuminatis, denſe imbricatis aſper, eſculentus.*

Caput *ſupra latiuſculum, roſtro ſurſum flexo, ore anguſtiſſimo mandibula inferiore operculato;* oculi *laterales magni, iride pallide rubra, naribus duplicibus proximi;* branchiarum *operculum lamina ſimplici conſtans; apertura ampla;* pinnae *cinereae; pectoralium radius primus longiſſimus; ventrales parvae in ſulco oſſeo recondendae; dorſales anali brevi oppoſitae; prior radiis rigidis, primo valido, mobili utrinque dentato in propria foſſula recondendo; caudalis rotundata.*

valitaris. 3. C. corpore ex oblongo lanceolato, ſetulis recumbentibus et ad nates hiſpi-



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0435-1

do. *Pall. ſpic. zool. 8. p. 36. t. 4. f. 8.* D. 12. P. 13. A. 25. C. 12.

*Habitat in* Amboina, *duos pollices longus, argenteus, ſupra ex griſeo flaveſcens, ante pinnas ventrales triquetro-carinatus.*

Caput *ad latera et inter oculos planiuſculum, a roſtro ad oculum iride argentea fulgentem linea prominula inaequale;* roſtrum *tubuloſum, compreſſum, non maxilloſum;* branchiarum *opercula plana, integerrima;* dorſum *anterius duriuſculum, ſcuto rhombeo quaſi loricatum, lineis obliquis circiter 4 pictum, in medio armatum ſpina recumbente, ſubmobili, ſubulata, acutiſſima, ad acies ſerrulata, ſubtus canaliculata, ſubque ea ſpina altera parva, in foſſulam dorſalem reponenda;* anus *pone corporis medium, aculeo minuto recumbente praefixo;* pinna *ani lata, caudae teretiuſculae ſubbifurca, reliquae parvae.*

## 135. BALISTES.

*Caput* compreſſum, trunco fere continuum, inter oculos aliquando ſpina armatum.

*Os* anguſtum, *dentes* in utraque maxilla 8; horum anteriores 2 longiores.

utrinque 3 interiores, intra totidem laterales appreſſi.

*Branchiarum* apertura anguſta ſupra pinnas pectorales, opercula nulla; membrana radiis 2.

*Corpus* compreſſum utrinque carinatum, ſquamis corio coadunatis et aculeis minutis aſperum.

Monoceros. 1. B. pinna capitis uniradiata, radiis caudalibus carinatis. D. 1,46. P. 14. A. 50. C. 12.

*Osb. it.* 110. Baliſtes monoceros. D. 1,47. P. 13. A. 51. C. 12.

*Bloch*

*Bloch auſl. Fiſch.* 2. *p.* 12. *n.* 1. *t.* 147. Baliſtes unicornu, radiis 51 in pinna ani. D. 1,48. P. 15. A. 51. C. 12.
*Klein piſc. miſſ.* 3. *p.* 25. *n.* 10. Capriſcus longus &c.
*Marcgr. braſ. p.* 163. *Will. ichth. p.* 336. *t.* E. 2. *f.* 2. Acaramucu.

Scriptus. *β*) *Osb. Chin. p.* 144. Baliſtes characteribus nigris, rubris et caeruleis pictus.
*Catesb. Carol. t.* 19. Unicornu piſcis bahamenſis.

*Habitat in* Mari, Aſiam *et* Americam *auſtralem alluente, tenuis, ex cinereo fuſcoque varius, pedem facile ſuperans longitudine* (*β. ad* 3 *pedes longus*), *cancrorum progenie polypisque victitans* (*β. coralliis et teſtaceis*), *carne tenaci β*) *pro venenata habita.*

Caput *magnum, declive;* oculi *verticales, iride flava; ante hos foramina* 2 *oblonga;* mandibula *inferior longior;* labia *mobilia;* anus *ori propior, quam caudae;* ſpina *ventralium pinnarum locum ſupplens intra cutem exteriorem abſcondita; dorſalis anterioris vices ſupplens retrorſum flexa, utrinque ſerrata, et propria membrana dorſo affixa;* pinnae *flavae; caudalis faſciis* 3 *fuſcis varia et pectorales radiis fiſſis, dorſalis et analis ſimplicibus.*

hiſpidus. 2. B. pinna capitis uniradiata, roſtro ſubulato, pinna caudae ocello nigro. D. 1,30. P. 14. V. 1. A. 29. C. 12.
*Seb. muſ.* 3. *p.* 106. *t.* 34. *f.* 2. Baliſtes varius, dorſo monocantho, roſtro ſuillo, macula nigra in extrema cauda.

*Habitat in* Carolina, *hiſpidus, caudam verſus ſetis exaſperatus.* D. Garden.

Capitis *ſpina inter oculos ſita ſubdecumbens;* pinnae *membrana ad baſin inter radios foramine hiante; ventralium loco ſpina ſerrata acuta.*

tomentoſus. 3. B. pinna capitis biradiata, corpore poſterius ſubvilloſo.

*Gron. muſ.* 1. *n.* 114. *t.* 6. *f.* 5. Baliſtes aculeis dorſi 2, lateribus verſus caudam hirſutis. D. $\frac{1}{2}$,29. P. 10. A. 27. C. - -

*Gron. zooph. n.* 191. *t.* 6. *f.* 5. Baliſtes radio dorſali poſtice dupliciter ſerrato, pinna ventrali minore, quam radius: lateribus piloſis ad caudam.

*Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 15. *t.* 148. *f.* 1. Baliſtes unicornu, cauda hirſuta. D. 1,31. P. 9. A. 27. C. 9.

*Seb. muſ.* 3. *p.* 63. *n.* 18. *t.* 24. *f.* 18. Baliſtes unicolor aſper, aculeo dorſi poſtice parte uncinulis ſerrato.

*Cluſ. exot. p.* 143. *Will. ichth. p.* 150. *Raj. piſc. p.* 47. Monoceros piſcis.

*Renard poiſſ.* 1. *p.* 27. *t.* 25. *f.* 134. Ewauve Hoornfiſch &c.

*Valent. ind.* 3. *p.* 556. *n.* 28. *f.* 28. Ikan Kipas, Wajer-viſch.

*Habitat in* mari indico, *tenuis*, *ſupra fuſcus*, *ad latera ſuperius flavus*, *inferius cinereus*, *ſubtus flavus*, *maculis oblongis nigris varius.*

Oculi *rotundi iride aurea*, *naribus duplicibus proximi*; mandibulae *aequales*, *ſuperior* 10 *dentibus armata*; ſpina *capitis retrorſum utrinque denticulata*, *brevior*, *validior et latior*, *quam monoceroti*; abdomen *dilatabile*; cauda *aculeis parvis retrorſum curvatis hiſpida*; pinnae *flavae*; *dorſalis et analis radiis primis bifidis*, *reliquis ſimplicibus*, *caudalis multifidis.*

4. B.

---

Baliſtae, *plurimi extra maria europaea obvii*, *abdomen aliquantum inflare poſſunt*, *oſſe valido aculeis minimis hiſpido ſub cute ejus latente*; *aliis piſcibus victitant*, *multi praegrandes*; *alii colore eleganti conſpicui*, *plurimi inter venena relati*; *multi adhuc parum cogniti*, *ut ſolus* Renardus 19 *recenſeat piſces*, *qui huc ſpectare videntur*, *ex mala tamen iconum fide vix curatius definiendi*: *Plurimae ſpecies lineam lateralem non habent conſpicuam*, *nec pinnam ventralem.*

papillo-ſus. 4. B. pinna dorſali anteriore biradiata, corpore papilloſo. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 54.* D. $\frac{1}{2}$,29. P. 13. A. 21. C. 12.
*Habitat* - - - -

verruco-ſus. 5. B. pinna dorſali anteriore triradiata, cauda ordine triplici verrucarum. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 57. *t.* 27. *f.* 4. D. 3,24. P. 13. A. 21. C. 12.
*Habitat in* India, *an varietas aculeati.*
Pinnae *ventralis loco radius magnus, craſſus, verrucoſus;* aculei *ad latus caudae circiter* 25, *quadruplici ordine diſpoſiti, parvi, reverſi.*

biaculea-tus. 9. B. aculeis in ventre binis. *Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 17. *t.* 148. *f.* 2. D. 4,23. P. 13. V. 1. A. 17. C. 12.
*Gron. muſ.* 1. *p.* 52. *n.* 115. Baliſtes dorſo triacantho, aculeis binis loco pinnarum ventralium, cauda bifurca.
*Gron. zooph. n.* 194. Baliſtes radiis ventralibus binis ſubulatis divergentibus.
*Will. ichth. app. p.* 5. *t.* 10. *f.* 2. *Raj. piſc. p.* 151. *n.* 12. Piſcis cornutus.
*Nieuhof ind.* 2. *p.* 212. *tab. p.* 228. *f.* 3. Hoorn-viſch.
*Habitat in* India, *elongatus, albus, ſupra cinereus, tomentoſo craſſior.*
Caput *in proboſcidis ſpeciem deſinens;* oculi *fere verticales, magni, oblongi, iride dilute viridi;* mandibulae *aequales, ſuperior* 12, *inferior* 10 *dentibus acutis armata;* linea *lateralis ſupra oculum oriens, dorſo propinqua et parallela, mox ante pinnam caudalem pauliſper inflexa;* ſpinae *ventrales longae utrinque denticulatae foſſula ſingulae propria recondendae, cui macula nigra praefigitur;* anus *caudae propior;* pinna *dorſalis prima nigra, radio primo robuſto, longo, retrorſum flexo, utrinque denticulato, reliquae flaveſcentes; pectorales et caudalis longa bifurca radiis ramoſis, ceterae ſimplicibus.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0439-7

aculeatus. 6. B. pinna dorſali anteriore triradiata, caudae lateribus ſpinis recumbentibus.

*It. wgoth.* 138. Oſtracion compreſſus, faſciis nigris, cauda lateribus muricata. D. 3,24. P. 13. A. 21. C. 12.

*Gron zooph.* 188. Baliſtres roſtro ſubobtuſo, radio dorſali antrorſum ſerrato, ventrali humili ſcabro. D. 2. P. - - V. 1. A. 22. C. - -

*Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 19. *t.* 149. Baliſtes duobus usque ad quinque ordinibus aculeorum in cauda. D. 3,25. P. 15. V. 13. A. 23. C. 13.

*Seb. muſ.* 3. *p.* 63. *n.* 15. *t.* 24. *f.* 15. Baliſtes dorſo triacantho et tribus ordinibus aculeorum utrinque verſus caudam.

*Klein piſc. miſſ.* 3. *p.* 25. *n.* 5. 7. *t.* 3. *f.* 10. Capriſcus cornutus ſupra oculum &c. *et* Capriſcus fuſcus &c.

*Will. ichth. app. p.* 21. *t.* I. 21. Guaperva hiſtrix.

*Renard poiſſ.* 1. *p.* 41. *t.* 28. *f.* 154. *et* 2. *t.* 28. *f.* 136. *t.* 34. *f.* 157. Sounck Hoornviſch &c. Man-viſch, *et* Gros Poupou.

*Habitat in* mari indico *et* rubro, *junioribus cancris victitans, latus et biaculeato craſſior, ſuperficie in parallelogramma papillulis obſita diſtributa, ad latera ſupra fuſcus, ſubtus ochroleucus, faſciis* 4 *fuſcis a medio ad abdomen excurrentibus varius, carne graveolente, inſipida.*

Caput *magnum, obtuſum, lineis caeruleis anterius varium;* oculi *rotundi, iride aurea pone nares anguſtas rotundas;* mandibulae *aequales, ſuperior* 12, *inferior* 10 *dentibus acutis armata;* venter *ſpina valida denticulata armatus, pone quam mucrones plures; numerus ordinum aculeorum retrorſum ſpectantium, quibus cauda munita eſt, et aculeorum ipſorum (an pro aetate?) varius;* pinnae *breves; dorſalis prima nigra, radiis ſimplicibus ſpinoſis primo lato,*

*lato, antrorſum dentato baſi, reliquae ſpadiceae, utroque ſine cinereae; radiis mollibus, ramoſis.*

Vetula. 7. B. pinna dorſi anteriore triradiata, ventrali longitudinali, caudali bifida. D. 3,30. P. 16. V. 16. A. 28. C. 12.
*Art. gen.* 53. *ſyn.* 82. Baliſtes aculeis dorſi tribus, cauda bifurca. D. 3,30. P. 15. V. 17. A. 27. C. 12.
*Osb. it.* 294. Baliſtes Vetula. D. 3,30. P. 14. V. 12. A. 28. C. 12.
*Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 22. *t.* 150. Baliſtes pinna ventrali unica, aculeis tribus in pinna dorſali prima. Br. 2. D. 3,29. P. 18. V. 12. A. 28. C. 14.
*Gron. zooph.* *n.* 195. Baliſtes oſſiculis lateralibus caudae et anticis pinnae dorſalis filamentoſis.
*Brown jam. p.* 456. *n.* 1. Baliſtes major, faſciata, dorſo triacantho, cauda bifurca, radiis exterioribus longiſſimis.
*Catesb. Carol.* 2. *p.* 22. *t.* 22. Turdus oculo radiato.
*Seb. muſ.* 3. *p.* 62. *n.* 14. *t.* 24. *f.* 14. Baliſtes tribus in dorſo aculeis, et cauda admodum bifurca conſpicuus.
*Klein miſſ. piſ.* 3. *p.* 25. *n.* 4. *et* 11. Capriſcus, extrema cauda et pinna dorſali in tenuiſſima et longiſſima fila productis &c. *et* Capriſcus rubro iride oculo &c.
*Marcgr. braſil. p.* 161. *Piſ. ind. p.* 57. *Jonſt. piſc. p.* 188. *t.* 34. *f.* 2. Guaperva Peixe-porco.
*Will. ichth. app. p.* 21. *t.* I. 23. *Raj. piſc. p.* 49. *n.* 4. Guaperva maxime caudata.

*Valent. ind.* 3. *p.* 410. *n.* 202. *f.* 202. Sultan ternate.
*Grew muſ. p.* 113. File-fiſh.
*β*) Baliſtes carolinenſis. D. 3,27. P. 14. V. 14. A. 25. C. 12.

*Habitat in* maris indici *et* americani *profundis*, *teſtaceis victitans*, *ſatis magnus*, *bramae ſimilis*, *ſupra ex fuſco flavus*, *lineis caeſiis varius*, *ad latera flavus*, *ſubtus cinereus*, *cute in areas parvas ſubrotundas partita*, *dum capitur*, *grunniens*.

Caput *mediae magnitudinis*, *lineis caeruleis varium*, *quarum circiter* 8, *quaſi radii ex oculo proficiſcuntur*; oculi *iride rubra*; labia *robuſta*, *margine caerulea*; mandibulae *dentibus inciſoribus armatae*, *ſuperior* 14, *inferior* 12; branchiarum *apertura amplior*, *quam congeneribus*; anus *in medio ventris*, *in quo ante pinnam ventralem tres aculeorum ordines*; cauda *prope pinnam analem faſciis caeruleis prope caudalem caeſiis ornata*; pinnae *pectorales flavae*, *margine caeruleae*; *dorſales caeruleſcentes*; *prioris radius primus validiſſimus antrorſum denticulatus*; *poſteriar falcata*, *et analis cinerea lineis caeruleis pictae*; *hae omnes radiis bifurcis*, *caudalis margine caerulea*, *radiis flavis ramoſis*, *extimo utrinque longiſſimo*.

maculatus. 10. B. pinna anali lata, aculeis duobus in prima pinna dorſali. *Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 25. *t.* 151. D. 2,24. P. 14. A. 21. C. 12.
*Art. gen.* 53. *ſyn.* 82. Baliſtes aculeis dorſi 2, cauda quadrata.
*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 25. *n.* 6. *t.* 3. *f.* 9. Capriſcus murium dentibus minutis &c.
*Will. ichth. app. p.* 21. *t.* I. 20. *Raj. piſc. p.* 48. *n.* 2. Guaperva longa.
*Brown jam. p.* 456. *n.* 2. Little Oldwife.
*Grew muſ. p.* 113. *t.* 7. Prickle-or long File-fiſh.
*Renard poiſſ.* 2. *t.* 38. *f.* 138. Maanviſch, Poiſſon de lune, Turin-Saratſe.

*Habitat*

*Habitat in* mari americano, *ſatis magnus*, *violaceus*, *ſubtus ochroleucus*, *cute in parallelogramma papillulis aſpera diviſa*, *vetula craſſior.*

Caput *parvum*, *ſubdeclive*; oculi *iride thalaſſina*, *pone foveolam poſiti*, *in qua nares duplices*; mandibulae *aequales*, *utraque* 12 *dentibus armata*; *inter validum abdominis os et anum loco pinnarum ventralium aculei nonnulli*; pinnae *radiis ramoſis*; pectorales *flavae parvae*, *reliquae magnae*; *dorſalis prior membrana longa*, *dorſo affixa*, *radio primo valido*, *longo*, *antrorſum dentato*, *altero tenui*, *brevi.*

ringens. 8. B. pinna dorſali anteriore triradiata, lateribus capitis, triplicatis, cauda bifida. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 58. — D. 3,29. P. 15. A. 26. C. 12.

*It. wgoth.* 139. Oſtracion compreſſus rufeſcens, pinnae dorſalis radio longo retrorſum dentato. — D. 3,30. P. 10. A. 26. C. 10.

*Osb. it.* 295. Baliſtes nigra. — D. 2,34. P. 16. A. 31. C. 13.

*Gron. zooph.* 195. Baliſtes roſtro obtuſo, radio dorſali ventralique brevi retuſo ſcabro: lateribus parallele punctatis. — D. 2,28. P. - - V. 1. A. 25. C. - -

*Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 27. *t.* 152. *f.* 2. Baliſtes pinna anali brevi, aculeis duobus in pinna dorſali prima. — D. 2,33. P. 16. A. 32. C. 13.

*Art. gen. p.* 54. *n.* 4. Baliſtes lineis ſtriatis, cauda biſurca.

*Will. ichth. app. p.* 21. *n.* 5. *t.* I. 24. *Raj. piſc. p.* 49. *n.* 5. Guaperva lata ad caudam ſtriata, Liſteri.

*Valent. Ind.* 3. *p.* 359. *f.* 42. Ikan Kandawara.

*Renard poiſſ.* 1. *p.* 26. *t.* 17. *f.* 96. *et p.* 27. *t.* 18. *f.* 98. Baliſte noir, Kolkenboati, *et* Kandawar.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0443-5

*Habitat in* mari Sinam *alluente, congeneribus major, totus niger, anterius latus, retrorſum anguſtatus, ad ventrem ſpina aſpera, valida, longa armatus, ſuperficie in rhombos quaſi diviſa.*

Caput *breve, valde declive;* oculi *iride alba, pone nares aureſque;* os *amplius, quam congeneribus;* mandibula *ſuperior paulo longior;* cauda *ſulcis* 3 *exarata, pinna lunata terminata;* pinnae *dorſalis prioris radius primus retrorſum flexus, antrorſum denticulatus; alter exiguus; reliquarum radii ramoſi; analis et dorſalis poſterior ſtria caerulea notatae.*

ſinenſis. 11. B. radio in capite unico, pinna ventrali unica. *Bloch ausl. Fiſch.* 2. *p.* 29. *t.* 152. *f.* 1. D. 1,30. P. 13. V. 13. A. 30. C. 12.

*Osb. it. p.* 147. Baliſtes chinenſis.

*Gron. muſ.* 2. *n.* 196. Baliſtes cauda ſubrotunda, lateribus hirſutis, pinnis ventralibus coalitis membranaceis monacanthis.

*Gron. zooph. n.* 189. Baliſtes radio dorſali poſtice dupliciter ſerrato, pinna ventrali prominente ultra radium: lateribus ad caudam piloſis.

*Marcgr. braſ. p.* 154. *Will. ichth. p.* 150. *t.* I. 4. *f.* 1.

*Raj. piſc. p.* 47. Pira aca.

*Habitat in* mari Braſiliam *et* Sinam *alluente, latus, aſper, maculis parvis aurantiis conſperſus, ad latera cinereus, ſubtus albidus, vix eſculentus.*

Caput *breve, declive, ſpina inter oculos retrorſum bifariam dentata, et propria foſſula in dorſo recondenda cornutum;* oculi *magni, rotundi, iride alba, pone aures et nares poſiti;* mandibulae *aequales, utraque* 10 *dentibus armata;* linea *lateralis mox pone oculos orta, deorſum flexa, in cauda duplici aculeorum quaternorum antrorſum curvatorum ſerie armata, vix conſpicua;* pinna *ventralis ſimplex aſpera, radiis dentatis, apice, praeter primum, in cute craſſa reconditis; caudalis rotundata, radiis apice fiſſis;*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0444-1 DFG

*fiſſis; reliquae radiis ſimplicibus; dorſalis poſterior et analis cinereae, flavo-punctatae.*

Aſſaſi. 12. B. corpore verrucis fuſcis muricato, cauda triplici nigrarum ordine. *Forſk. Fn. arab. p. 75. n. 112.*

*Habitat in* mari rubro, *ſpithamae magnitudine, fuſcus, ventre albo, ano nigro, annulo fulvo cincto, edulis, at inſipidus.*

Vertex *ante oculos iride aurea fulgentes faſciis transverſis 4 caeruleis, et 3 nigris alternis ornatus;* labia *flava; ab ore ad baſin pinnae pectoralis linea ex ferrugineo fuſca; ab hac ad oculum alia lanceolata nigra, et ante eam lanceolata flava, margine ex albo caeruleſcente;* cauda *macula oblonga alba inſignita;* pinna *dorſalis anterior nigra, in foſſula recondenda, radiis primis verrucoſo-ſpinoſis; reliquae pallide rufeſcentes.*

Capriſcus. 13. B. radio dorſali antrorſum ſerrato, ventrali humili ſolitario, cauda rotundata, roſtro ſubobtuſo. *Gron. zooph. n. 187.*

*Gron. muſ. 1. p. 53. n. 117.* Baliſtes tetraodon, dorſo triacantho, aculeo unico in ventre, cauda ſubrotunda.

*Seb. muſ. 3. p. 63. n. 16. t. 24. f. 16.* Baliſtes dorſo triacantho, ſquamis undique aculeatis.

*Klein miſſ. piſc. 3. p. 24. n. 1.* Capriſcus tribus aculeis robuſtis in medio ferme dorſo &c.

*Geſn. ic. p. 57. Aldrov. piſc. p. 516. Jonſt. piſc. t. 23. f. 7. Rondel. piſc. p. 159. Will. ichth. p. 152. t. I. 19. Raj. piſc. p. 47. Arted. ſyn. p. 114.* Capriſcus.

*Plin. hiſt. mund. l.* 11. *c.* 51.
*Salv. aq. p.* 207. 208. *t.* 206. b. Caper.
*Renard poiſſ. t.* 1. *f.* 7. Pou-pou-noble.
*Habitat in* mari americano, indico, mediterraneo, *coloribus multum ludens.*

forcipatus. 14. B. cauda bifurca, pinna dorſi maculoſa. *Art. ſyn.* 82. *gen.* 54.
*Will. ichth. app. p.* 21. *t.* I. 22. Guaperva lata, cauda forcipata, pinna dorſali maculis quibusdam diſtincta.
Dorſi *aculeus cornu mentitus, quaquaverſum tuberculis vel denticulis aſper.*

punctatus. 15. B. corpore punctato.
*Nieuhof ind.* 2. *p.* 275. Stipviſch.
*Habitat in* mari indico.

Kleinii. 16. B. oblongiuſculus, maxillis porrectis, radii dorſali primo utrinque ſcabro, ventrali nullo. *Gron. zooph. n.* 193. D. 2,46. P. - - A. 47. C. 10.
*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 25. *n.* 8. *t.* 3. *f.* 12. Capriſcus capite triangulato gutturoſo, ore admodum parvo barbato &c.
*Valent. ind.* 3. *p.* 377. *n.* 92. *f.* 92. Ikan Auwawa.
*Habitat in* mari indico, *compreſſus, ſubtus carinatus unicolor, ſubalbidus.*
Caput *trunco haud craſſius, os in apice gerens;* dentes *plurimi validi;* anus *in medio abdomine;* pinnae *pectorales et caudalis rotundata.*

curaſſavicus. 17. B. radio dorſali anterius ſcabro, ventrali humili retuſo, cauda truncata, roſtro obtuſo. *Gron. zooph.* 196. D. 2,27. P. 13. A. 26. C. 8-9.

*Habitat*

*Habitat in* mari Curaſſaviam *alluente, longus, obeſiuſculus, cathetoplateus, capriſco affinis, tres pollices longus, ſupra fuſcus, ad latera dilute fulvus, ſplendens, ſupra arcuatus, ſubtus convexus, ſquamis duris ſcabris, lateralibus in centro nigricantibus tectus.*

Oculi *ſphaerici, tunica propria inſtructi, naribus proximi;* pinna *dorſi anterior parva fuſca membrana triangulari dorſo affixa, ſulco recondenda; altera et analis linearis ſatis alta; pectorales parvae; caudalis aequalis.*

**americanus.** 18. B. radio dorſali ventralique humillimo, pinna dorſali ſecunda analique triquetra majore. *Gron. zooph. n.* 192. D. 3,22. P. - - A. 19. C. - -

*Habitat in* Oceano americano, *tomentoſi forma, ſubbruneus, ſubtus maculis albis varius.*

Dentes *in utraque mandibula plurimi triquetri.*

Pinnae *dorſalis prioris radius primus craſſiſſimus validus, anterius ſcaber, reliqui diſtantes, ſubulati; altera inermis;* pinnae *ventralis loco* os *breve truncatum, caudam verſus oblique deorſum extenſum;* cauda *rotundata.*

## 139. CYCLOPTERUS.

*Caput* obtuſum; *os* anterius; *lingua* brevis craſſa; *maxillae* dentibus acutis parvis armatae.

*Membrana branchioſtega* radiis 4; *operculum* lamina ſimplici conſtans.

*Corpus* breve, craſſum, ſquamis nudum.

*Pinnae ventrales* in orbiculum connatae.

**Lumpus.** 1. C. corpore ſquamis oſſeis angulato. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 57. *Fn. ſuec.* 320. *It. ſcan.* 188. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 39. *n.* 23. D. 0,21. P. 20. V. 6. A. 10. C. 9.

*Art. gen.* 62. *ſyn.* 87. *Gron. muſ.* 1. 127. *zooph.* 197. Cyclopterus. D. 21. P. 20. V. 15. A. 10. C. 12.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 103. *n.* 1. *t.* 90. Cyclopterus ordinibus tuberculorum ſeptem. D. 10. P. 20. V. 6. A. 12. C. - -

*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 49. *n.* 1. 2. 3. *t.* 14. *f.* 3. Oncotion.

*Will. ichth. p.* 208. *t.* N. 11. *Raj. piſc. p.* 77. Lump, Sea-owl, Cock-Paddle.

*Brit. zool.* 3. *p.* 103. *n.* 1. Lumpfiſh.

*Wulff ichth. bor. p.* 24. Seelnaſe, Haff-padde.

ſpinoſus. *β*) Diodon ſubrotundus, aculeis planis, abdomine laevi. *Syſt. nat.* X. 1. *p.* 335. *n.* 11.

*Art. gen.* 59. *ſyn.* 86. Oſtracion ſubrotundus, aculeis brevibus planis, ventre glabro.

rarior. *γ*) Diodon pinna dorſi longiſſima. *Syſt. nat.* X. 1. *p.* 336. *n.* 7.

*Art. gen.* 59. *ſyn.* 86. Oſtracion rotundo-oblongus, tuberculis utrinque, pinna dorſi longiſſima.

*Habitat in* mari *ſeptentrionali*, *β*) *et γ*) indico *et* americano, *2 pedes longitudine non ſuperans, craſſus, latus, fertiliſſimus, ut* 207700 *ova aurantia, quae Majo excludit, continens repertus ſit, orbiculo inter pinnas pectorales poſito fundo maris, ſcopulis, lapidibus, pone quos latet, firmiſſime adhaerens, ſurſum deorſumque facillime mobilis, carne molli, mucoſa, eſculenta, parum tamen grata, colore pro aetate varius, utplurimum ſupra niger, ad latera cinereus,*

---

Cyclopteri *mare incolunt, vermibus, inſectis, aliorum piſcium ſobole victitantes, linea laterali nulla.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0448-3 DFG

*reus, ſubtus aurantius, aſper, ſeptem tuberculorum durorum radiatorum, acuminatorum ſeriebus, quarum una dorſum, tres utrinque latera occupant, inaequalis; femina major.*

Caput *breve, fronte lata;* oculi *iride alba nervis opticis decuſſatis;* nares *ſolitariae, tubuloſae prope* os *amplum;* labia *robuſta;* lingua *craſſa, laevis, mobilis;* mandibulae *et* faucium *oſſa dentibus plurimis, acutis aſpera; auditus, quem aquae ope, exercet, organon eximium;* truncus *dorſo carinato, lateribus et abdomine latis;* pinnae *pectorales robuſtae, radiis aurantiis, uti in reliquis, apice fiſſis et exſtantibus; analis radiis pariter aurantiis, ceterum, uti dorſalis, cinerea maculis nigricantibus, praeter hanc dorſalem alia anterior adipoſa;* oſſa *cartilaginea, viridia.*

**minutus.** 4. C. corpore nudo, roſtro ſupra os tribus tuberculis inaequali. *Pall. ſpic. zool. 7. p. 12. t. 2. f. 7-9.* Br. 4. D. 1, 8. P. 16. V. 7. A. 7-8. C. 10.

*Habitat in* oceano atlantico, *aphyae magnitudine, lumpo affinis, albidus, compreſſus, verſus caudam attenuatus et complanatus, in mediis lateribus tuberculis 2 oſſeis, albis, inaequalis.*

Caput *corpore craſſius, ſubtetraedrum, anterius obtuſiuſculum;* oculi *iride fuſceſcente;* labia *duplicata;* mandibularum *et* palati *margo dentibus minutiſſimis ſcaber;* anus *in medio fere corpore;* pinnae *dorſalis prioris loco, mucro attenuatus, reclinatus, longus; pectorales laterales, caudalis integra aequalis;* orbiculi *diſcus foſſilis, ovalis indiviſus, limbo retrorſum explanato, lobis utrinque circiter* 7.

**nudus.** 2. C. corpore nudo, capite poſtice utrinque uniſpinoſo. *Muſ. Ad. Fr. 1. p. 57. t. 27. f. 1.* Br. 1. D. 6. P. 21. V. $\frac{4}{100}$. A. - - C. 10.

*Habitat in* India.

**Dentex.** 5. C. corpore nudo, capite inermi glaberrimo, pinnis ſejunctis. *Pall. ſpic. zool. 7. p. 6. t. 1. f. 1-4.* Br. 2. 8. P. 23. V. 4. A. 6. C. 10.

*Habitat in mari* Americam *auſtralem alluente, rubens, cotto grunniente triplo major, cute duriuſcula, glabra, ſtrigoſa tectus.*

Caput

Caput *maximum*, *corpore multo latius*, *depreſſum*, *ſubtus planum*; oculi *ovales*, *iride ex albo argentea*; os *rictu caput amplitudine aequante hians*; labia *craſſa*, *rugoſa*, *duplicata*, *intus carunculis carneis molliſſimis villoſa*; lingua *vix prominula glabra*, *ex elliptico rotundata*; mandibulae *rotundatae*; dentes *in utraque conici inaequales*, *in ſuperiore ad dextram* 4, *ad ſiniſtram* 3, *in inferiori praeter* 7 laterales *ſiniſtros*, *et* 3 *ternos*, 10 *medii*; branchiarum *opercula magna*, *oſſea*; abdomen *ventricoſum*, anus *ad initium caudae compreſſae*, *planiuſculae*, *ſubattenuatae*; *pone eam pedunculus genitalis*; pinnae *molles albidae*, *radiis craſſis cartilagineis ſetaceis*; *dorſalis anali paulo anterior*; *pectorales ſemicirculares*; *caudalis rotundata*; orbiculus *conſtans portione anterius carnoſiore lunata*, *et diſco poſteriori ſubcirculari retrorſum libero*.

**ventricoſus.** 6. C. corpore nudo, veſica urinaria ampliſſima gemina, abdomen diſtendente. *Pall. ſpic. zool.* 7. *p.* 15. *t.* 2. *f.* 1-3. Br. 4. D. 10. P. 18-20. V. 6. A. 8 9. C. 10.

*Habitat in* mari *inter* Camtſchatcam *et* Americam *intermedio*, *pedem circiter longus*, *olivaceus*, *muco craſſo*, *tenaci*, *livido obductus*, *mollis*, *muſtelae fere facie*, *dorſo planiuſculo*, *cauda poſt anum ſubito attenuata*.

Caput *craſſum*, *corpore ſtrictius*, *retuſum*, *vertice planiuſculum*; oculi *in ſummo capite laterales*, *iride argentea*, *fuſco-nebuloſa*; os *peramplum*, *ſurſum dehiſcens*; lingua *craſſa*, *cartilaginea*, *parte prominente parabolica*; labia *cutacea tenuia*; mandibulae *margine dentibus minutis curvulis inaequalibus paſſim geminatis aſperae*; nares *geminae ſubuloſae ſupra oculos*; branchiarum *opercula tota adnata*; pinna *dorſi caudae propior*, *ex albo luteſcens*, *radiis nigris*, *ſexto longiore*; *pectorales latae*; *analis dorſali oppoſita*, *radio quinto longiori*; *caudalis ſubaequalis*, *radiis*, *praeter extimos*, *ramoſis*; orbiculus *ſubovalis*, *diſco carnoſo*, *luteo*, *ſubrugoſo et quaſi grandinoſo*, *limbo undique molli*, *contractili*.

**gelatinoſus.** 7. C. corpore nudo ſubdiaphano gelatinoſo, pinnis pectoralibus latiſſimis. *Pall. ſpic. zool.* 7. *p.* 19. *t.* 3. *f.* 1-6. Br. 7. D. 51. P. 30. V. -- A. 45. C. 6.

*Habitat*

*Habitat ad orientalem* Camtſchateae, *et oppoſitam* Americae *oram, ſeſquipedalis, graciſlimus, oblongus, compreſſus, verſus caput craſſiuſculus, verſus caudam ſenſim attenuatus, cute glabra, molliſſima tectus, exalbidus, roſeo rubore ſuffuſus, recens gelatinae inſtar contremiſcens, canibus ipſis deteſtatus.*

Caput *craſſum, ſubquadratum, depreſſius;* oculi *iride ex livido vireſcente, annulo caeruleſcente cincta; inter eos et os* nares *ſimplices tubuloſae prominentes; inter has et os pori utrinque* 2, *et ab angulo oris ad valvulam branchialem* 10 *alii;* os *ſurſum dehiſcens;* linguae *veſtigium vix diſtinctum;* labia *duplicata, craſſa, carnoſa, interiora retractilia;* mandibulae *limbo interiori ſcabrae;* branchiarum *opercula, cutacea, mollia, membrana tota connata, ex atro purpuraſcens, apertura ovalis;* anus *in ima ventris carina medius;* pinnae *dorſalis et analis ex atro violaceae, radiis mollibus, paulo pone medium corporis, oriundae, longitudinaliter ad caudam usque decurrentes; pectorales flaccidae jugulares, rotundatae, radiis quoque mollibus;* orbiculus *minutus, papillae forma, totus mollis.*

**Liparis.** 3. C. corpore nudo, pinnis dorſali anali caudalique unitis. *Art. ſyn. p.* 117. *n.* 1.
*Bloch ausl. Fiſch.* 1. *p.* 48. *n.* 2. *t.* 123. *f.* 3. 4. Cyclopterus pinna pectorali barbiformi. Br. 7. D. 41. P. 34. V. 6. A. 33. C. 10.
*Gron. muſ.* 2. 157. *act. helv.* 4. *p.* 265. *t.* 23. *act. Haarlem.* 1. *p.* 581. *t.* 9. *f.* 3. 4. Cyclogaſter. Br. 7. D. - - P. 29. V. - - A. 33. C. 9.
*Koelreuter nov. comm. Petrop.* 9. *p.* 6. *t.* 9. *f.* 5. 6. Gobius &c.
*Brit. zool.* 3. *p.* 105. *n.* 2. *Will. ichth. app. p.* 17. *t.* H. 6. *f.* 1. *Raj. piſc. p.* 74. *n.* 24. *Borlaſ. Cornw. f.* 28. 29.

*Habitat in* mari ſeptentrionali, *ad* Camtſchateam *usque, non raro in fluvios adſcendens, a* 5-18 *pollices longus, elongatus, craſſus, compreſſus, linea laterali media inſignitus, tunicae tenui laxae involutus, muco tenaci obductus,*

*ſtriis*

*ſtriis punctisque fuſcis varius, ſupra fuſcus, ſubtus albus, ad latera et capite flavus, inſectis aquaticis et ſobole teſtaceorum piſciumque victitans, ova piſi magnitudine Februario pariens, carne mucoſa pingui.*

Caput *breve, obtuſum, planum, latum;* oculi *minuti, verticales, iride flava, pone nares;* os *amplum, labio ſuperiore cirris* 2 *brevibus barbato; mandibula utraque dentibus minimis acutis aſpera, ſuperiore paulo longiore;* branchiarum *opercula brevia rotunda, apertura anguſta;* pinnae *fuſcae; caudalis brevis rotundata; reliquae longae;* orbiculus *caeruleſcens, maculis* 12 *radiatis.*

**lineatus.** 8. C. corpore nudo, pinnis dorſali et anali ſenſim in caudalem excurrentibus.
*Lepechin nov. comm. Petrop.* 18. *p.* 522. *t.* 5. *f.* 2. 3.

*Habitat ad oſtium* maris albi, *caſtaneus faſciis longitudinalibus exalbidis rectis et undulatis pictus, teres, ad pectus craſſiſſimus, poſterius attenuatus; an vere a liparide diverſus?*

Caput *plagioplateum, declive, obtuſum, corpore paulo latius;* oculi *in medio capitis pone nares prominulas, pupilla alba, iride caeruleſcente;* os *amplum labiis cute craſſa intus papilloſa tectis, lingua parva libera, mandibulis duplici dentium minimorum confertorum, acutorum ordine armatis, ſuperiore longiore;* dorſum *gibbum;* pinnae *dorſalis et analis faſciolis hyalinis transverſis pictae; pectorales maximae lunatae; caudalis minima;* orbiculus *robuſtus, carnoſus, medio cavus, margine protuberans, papillis rubicundis obſeſſus.*

133. LOPHIUS. *Caput* deorſum compreſſum.

*Dentes* plurimi, acuti; *lingua* lata, dentibus armata.

*Oculi* verticales; *nares* exiguae.

*Branchiae* tres; *apertura* lateralis ſimplex.

*Pinnae pectorales* branchiis longioribus inſidentes; *dorſalis* et *analis* oppoſitae, caudae propinquae.

*Corpus* ſquamis nudum, cute tenui laxa obductum; *anus* in medio; *linea lateralis* nulla.

piſcatorius. 1. L. depreſſus, capite rotundato. *Fn. ſuec.* 298. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 38. *n.* 321. D. 10. P. 24. V. 5. A. 9. C. 8.
*It. ſcan.* 327. *Muſ. Ad. Fr.* 55. *Act. gen.* 36. *ſyn.* 87. *Gron. muſ.* 1. *p.* 57. Lophius ore cirroſo.
*Gron. zooph. p.* 58. Lophius cute alepidota laevi, capite plagioplateo.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 82. *n.* 1. *t.* 87. Lophius capite corpore latiore. Br. 6. D. 11. P. 24. V. 5. A. 13. C. 8.
*Ström. ſöndm.* 271. Lophius. Br. 6. D. 11. P. 26. V. 5. A. 10. C. 6.
*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 15. *n.* 1. 2. Batrachus capite rictuque ranae, *et* Batrachus altero pinnarum pare ad exortum caudae carens.
*Borlaſ. Cornub.* 265. *t.* 27. *f.* 3. 6. *Charl. onom.* 199.

*t.* 201. *Olear. muſ.* 37. *t.* 23. *f.* 4. Rana piſcatrix.
*Cicer. de nat. Deor. l.* 2. *Bellon. aq. p.* 85. *Jonſt. piſc. p.* 36. *t.* 11. *f.* 8. Rana marina.
*Plin. hiſt. mund. l.* 9. *c.* 24. *l.* 25. *c.* 10. Rana.
*Brit. zool.* 3. *p.* 93. 95. *n.* 1. 2. *t.* 94. *Act. angl.* 1764. *n.* 53. *p.* 170. *t.* 13. Fiſhing Frog.
*Will. ichth. p.* 85. *t.* E. 1. Toadfiſh, Frogfiſh, Sea-devil.
*Camper act. Pariſ. extraneor.* 6. *p.* 177. Baudroye.
*Habitat in omnibus* maribus Europaeis, *in fucis, pone colles arenarios, lapides, ſcopulos latens, et rictu aperto, cirris capitis vermes mentientibus, fluctantibus, piſcibus inhians, difficulter natans, parum fertilis, ad 7 usque pedes longus, ſupra fuſceſcens, ſubtus albus, ſupra aculeis nonnullis, infra ad marginem appendicibus vermiformibus auctus.*
Caput *praegrande;* oculi *iride albo fuſcoque radiata pone ſetam corneam poſiti;* os *continue hians;* mandibulae *dentium longorum, rotundorum, acutorum, introrſum flexorum ſerie, ſuperior triplici, inferior longior rotundata duplici armatae, poſtremis maximis et introrſum mobilibus;* palatum, lingua *lata, brevis, craſſa, et* faucium *oſſa 2 longa ſimilibus dentibus obſeſſa;* pinnae *ventrales breves, rigidae, palmatae, albae; caudalis nigra, reliquae fuſcae; pectorales ſubtus albae, margine nigrae.*

barbatus. 4. L. depreſſus, maxilla inferiore barbata. *Montin. act. ſuec.* 1779. 3. *n.* 3. *t.* 4.
*Habitat in* oceano Europae *ſeptentrionali, rapaciſſimus,* $3\frac{1}{2}$ *pollices longus;* an *ſatis diſtinctus a veſpertilione?*

Veſpertilio. 2. L. Lophius depreſſus, capite roſtrato. D. 5. P. 10. V. 6. A. 0. C. 15.
*Bloch ausl. Fiſch.* 1. *p.* 11. *n.* 2. *t.* 110. Lophius capite roſtrato. D. 9. P. 10. V. 5. A. 6. C. 11.

*Muſ.*

*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 55. *Art. ſyn.* 88. *Gron. muſ.* 1. *n.* 129. *zooph. n.* 209. Lophius fronte unicorni. D. 12. P. 10. V. 6. A. 9. C. 15.
*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 16. *et* 17. *n.* 8. 9. Batrachus capite vomeris inſtar cornuto, *et* Batrachus capite ſcuto oſſeo.
*Seb. muſ.* 1. *p.* 118. *t.* 74. *f.* 2. Rana piſcatrix americana.
*Marcgr. braſ. p.* 143. *Raj. piſc. p.* 30. *n.* 3. *f.* 1-3. *Jonſt. piſc. p.* 207. *t.* 29. *f.* 2. Guacucuja.
*Will. ichth. p.* 218. *t.* E. 2. *f.* 3. American Toadfiſh.
*Edw. glean. t.* 283. *f.* 1.
β) Lophius capite retuſo? *Brown jam.* 157. *t.* 48. *f.* 3.

*Habitat in* Oceano americano, *potiſſimum auſtrali, rubeſcens, anterius latus, poſterius anguſtatus, tuberculis patelliformibus, radiatis, acutis, ſubtus quoque aculeis minutis aſper, piſcatorii more pone fucos piſcibus, vermibus, atque inſectis inhians, vix edulis.*

Oculi *magni*, iride *albo et flaveſcente radiata*; os *anguſtum, inferum, mandibulis ſerie dentium minutorum introrſum curvatorum armatis; ſupra os* nares 2, *quas ſupereminet fibra cornea apice tuberculata*; anus *caudae propinquus*; branchiarum *apertura parva, ſemilunaris*; pinnae *ventrales, quaſi palmae, approximatae et dorſalis fuſcae; pectorales plantas mentientes et caudalis flaveſcentes.*

Hiſtrio. 3. L. compreſſus. *van Braein Houckgreſt act. Haarl.* 15. *Ber. p.* 20. D. 1,1,12. P. 10. V. 5. A. 7. C. 10.
*Bloch ausl. Fiſch.* 1. *p.* 13. *n.* 3. *t.* 111. Lophius corpore ſcabro, capite obtuſo. D. 12. P. 11. V. 5. A. 7. C. 10.
*Lagerſtr. Chin.* 21. Lophius pinnis dorſalibus tribus.
*Osb. it.* 305. Lophius tumidus.

*Gron. zooph.* 210. Lophius cute ſcabro, capite cathetoplateo retuſo.
*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 16. *n.* 3-7. *t.* 3. *f.* 4. Batrachus &c.
*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 56. *It. wgoth.* 137. *t.* 3. *f.* 5. Baliſtes ſ. Guaperva chinenſis.
*Marcgr. braſ.* 150. *Will. ichth.* 50. *t.* E. 2. *f.* 2. Guaperva.
*Seb. muſ.* 1. *p.* 118. *n.* 3-7. *t.* 54. *f.* 3-7. Rana piſcatrix americana.
*Petiv. gazoph. t.* 20. *f.* 6. Piſcis braſilienſis cornutus.
*Raj. piſc. p.* 29. *n.* 2. American Toadfiſh.
*Habitat in* mari Braſiliam *et* Sinam *alluente, in fucis aut pone lapides latens et praedae inhians*, 9-10 *pollices longus, utrinque compreſſus, uncinulis et cirris undique hirtus, lineis, faſciis, maculis indeterminatis fuſcis varius, flavus vel aurantius, ſubtus fuſcus.*
Caput *parvum*; oculi *rotundi, iride flava, fuſco-radiata*; mandibulae *dentibus minimis aſperae, inferior longior*; labia *cirris barbata; prope ſuperius fibra cartilaginea ſtriata elaſtica, cujus fini maſſae* 2 *oblongae carnoſae adſident; pone hanc radius alius carnoſus validior, et inter hanc pinnamque dorſalem craſſior adhuc tertius, omnes fibris obſiti*; dorſum *anterius latum, poſterius carinatum*; abdomen *craſſum, prominens*; pinnae *ventrales et pectorales pedes ſimulant.*

VI.

# VI. CHONDROPTERYGII.

*Branchia cartilaginea.*

## 134. ACIPENSER.

*Caput* obtuſum.

*Os* ſub capite retractile, edentulum; *cirri* ſub roſtro ante os 4.

*Branchiarum* apertura ad latus.

*Corpus* elongatum, pluribus ſcutorum ſeriebus angulatum.

Sturio. 1. Ac. roſtro obtuſo, oris diametro transverſo longitudini aequali, cirris roſtri apici propioribus, labiis bifidis. *Güldenſt. nov. comm. Petrop.* 16. *p.* 532.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 89. *n.* 1. *t.* 88. Acipenſer ſcutorum ordinibus quinque ad corpus aſperum. D. 38. P. 30. V. 25. A. 24. C. 24.

*Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 403. *n.* 1. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 54. *t.* 18. *f.* 2. *Fn. ſuec.* 299. *Müll. prodr. p.* 31. *n.* 322. Acipenſer cirris 4, ſquamis dorſalibus 11.

*Art. gen.* 65. *ſyn.* 91. *Fn. ſuec.* 27. Acipenſer corpore tuberculis ſpinoſis exaſperato.

*Gron. muſ.* 1. *p.* 60. *n.* 131. *zooph. p.* 39. *n.* 140. Acipenſer cirris 4, corpore tuberculorum ſpinoſorum ſeriebus quinqueangulo, roſtro ſubacuto.

*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 12. *n.* 1. *p.* 13. *n.* 2. Acipenſer cute aſperrima &c. *et* Acipenſer

cute et tuberculis laevioribus &c.
*Rondel. piſc.* 1. *p.* 410. *Geſn. aq.* 2. Acipenſer.
*Salv. aq.* 113. Sturio ſive Silurus.
*Athen.* 8. *p.* 315. Ουισκος.
*Seb. muſ.* 3. *p.* 101. *t.* 29. *f.* 19.
*Bellon. aq.* 89. Eſturgeon.
*Brit. zool.* 3. *p.* 96. *n.* 1. *Will. ichth.* 239. *Raj. piſc.* 112. Sturgeon.
*Kram. el.* 383. Schirk.
*Sander Naturf.* 15. *p.* 165. Stoer.
β) *Plinius hiſt. mund. l.* 9. *c.* 15. *Rondel. piſc.* 2. *p.* 173. Attilus, Adella, Adano, Adalus Autorum.
γ) *Rondel. piſc.* 2. *p.* 176. Rhodius.

*Habitat in* Oceano, mari *etiam* mediterraneo, rubro, nigro, caſpio, *vere Aprili et Majo ova innumera pariturus, fluvios intrans* v. g. Kur Perſiae, Tonain Volgam*que* Ruſſiae, Albim, Viadrum, Rhenum, Danubium Germaniae β) Padum Italiae, *rarior in fluviis minoribus, aut lacubus, cum his continuis, qualis* v. g. Baunt Sibiriae, *utplurimum* 6, *et non raro* 18 *pedes longus et longior, aſper, ſcutorum oſſeorum, radiatorum, infra lutorum, ſupra in mucronem recurvum deſinentium parallelorum ſeriebus quinque, quarum* 1 *dorſum,* 2 *latera,* 2 *abdominis marginem occupant, quinquangulus, caeſius, punctis ſupra fuſcis, infra nigricantibus conſperſus, robuſtus, iners, fertiliſſimus, aliis piſcibus, praeſertim harengo, ſalare, ſcombro, et carbonario victitans, Romanis olim tanti aeſtimatus, ut Severo imperante a coronatis miniſtris, praeeunte tibicine, ad epulas apportaretur.*

Schypa. 4. Ac. roſtro obtuſo, oris diametro tertiam partem longiore, cirris roſtri apici propioribus, labiis bifidis.
*Güldenſt. nov. comm. Petrop.* 16. *p.* 532.

*S. G. Gmelin it.* 3. *p.* 238.
*Lepech. it.* 1. *p.* 54. Acipenſer Koſtera.

*Habitat in* mari caſpio, *et lacu* Sibiriae Oka, *ſturioni affinis, et vix 5 pedes longus, carne magis ſapida, utrum vere diſtincta ſpecies, an aetate ſola a ſturione diverſa?*

ruthenus. 2. Ac. roſtro ſubulato recto, diametro oris quadruplo longiore, cirris vix ori propioribus, labiis integris.
*Güldenſt. nov. comm. Petrop.* 16. *p.* 533.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 98. *n.* 2. *t.* 89. Acipenſer ordinibus ſcutorum tribus. D. 39. P. 20. V. 23. A. 22. C. 76.
*Syſt. nat.* XII. 1. 403. *n.* 2. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 54. *t.* 27. *f.* 2. *et t.* 28. *f.* 1. *Fn. ſuec.* 300. *Wulff ichth. bor. p.* 17. *n.* 23. *S. G. Gmelin it.* 1. *p.* 142. 3. *p.* 134. *Koelreuter nov. comm. Petrop.* 16. *p.* 511. *t.* 14. *et* 17. *p.* 521. Acipenſer cirris 4, ſquamis dorſalibus 15.
*Fn. ſuec.* 272. Acipenſer ordinibus 5 ſquamarum oſſearum: intermedio oſſiculis 15.
*Klein miſſ. piſc.* 4. *p.* 13. *n.* 4. *t.* I. Acipenſer ex cinereo, flavo et roſaceo varius.
*Bruyn it.* 93. *t.* 33. Sterlet.

*Habitat in* mari caſpio, *fluviisque cum hoc cohaerentibus,* Volga *et* Ural, *rarior in* mari baltico *a rege Sueciae* Friderico I. *in lacum* Maelerum, *a rege* Boruſſiae *in* Marchiam



Acipenſeres *inter majores piſces referendi, origine quidem marini, ſed magnis turmis in fluvios adſcendentes, carne ſapidiſſima oviſque (Caviar) multiplici modo praeparatis et eſculentis, ichthyocolla ex veſica aërea aliisque partibus tenacioribus excocta utiliſſimi, multis modis piſcatorum, potiſſimum maris caſpii accolarum ingenia exercent, vermibus aliisque piſcibus victitant. Feminae majores.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0459-8

*et* Pomeraniam *introductus, raro tres, rarius quatuor pedes longus aut longior, aculeis exilibus aſper, elongatus, capite ex cinereo flavoque varius, dorſo ex atro cinereus, ventre albus, maculis roſeis pictus, ſcutorum flavorum minus prominulorum minusque acuminatorum ordinibus tribus, quorum unus* 14 *circiter ſcutis conſtans, dorſum duoque, ſinguli ſcutorum circiter* 59 *latera, duoque praeterea ſcutorum exilium planorum ventrem occupant, loricatus, fertiliſſimus, vermibus, piſcium progenie, potiſſimum ſturionis et huſonis ovis victitans, Majo et Junio ova pariturus in fluvios adſcendit, Auguſto redux, carne teneriori et delicatiori, quam congeneres.*

Caput *longum, ſupra infraque planum;* oculi *rotundi, iride aurea;* branchiarum *operculum lamina ſimplici radiata conſtans;* pinnae *pectorales, dorſalis et caudalis cinereae, ventrales et analis rubrae.*

**ſtellatus.** 5. Ac. roſtro ſpatulato ſubrecurvo, diametro oris transverſo ſextuplo longiore, cirris ori propioribus, labiis integris. *Güldenſt. nov. comm. Petrop.* 16. *p.* 533. *Pall. it.* 1. *p.* 131. 460. *n.* 20.

β) *S. G. Gmelin it.* 3. *p.* 238. Acipenſer Koſter.

*Habitat in* mari Caſpio, *ineunte Majo innumeris gregibus flumina aſcendens, in* Danubio *quoque obvius,* 4-5 *pedes longus, rutheno gracilior, ſquamularum rudimentis crenatis inordinate diſpoſitis aſperrimus, dorſo crebris callis albidis aſperis ſtellatis, majoribus minoribusque conſperſus, quinquangulus, quinque ſcilicet ſcutorum, carinis mucronatorum, ordinibus, quorum unus ſcutorum* 13 *dorſum, duo ſcutorum* 35 *minorum latera,* 2 *denique utrinque ventrem occupant, pone anum denique ſcutis adhuc* 3 *loricatus, a branchiis ſenſim attenuatus, ſupra nigricans ſenſim obſoleſcens, infra ſcuta lateralia albo-guttatus et variegatus, ſubtus niveus, fertiliſſimus, ut femina ultra* 300000 *ova contineat.*

Caput *tuberculis ſubmucronatis ſtellisque dentatis aſperrimum, ſubtetragonum;* roſtrum *ſpithama longius, ſtriis ſerratis aſperrimum, ſubtus baſi glabrum et mucoſum;* os *longius emiſſile, quam congeneribus;* pori *auditorii lunati inſignes;*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0460-9
DFG

*gnes*; cauda *obſoletiſſime hexaëdra*; pinnae *longiores, quam congeneribus, caudalis falcata, lacinia ſuperiore longiſſima.*

Huſo. 3. Ac. roſtro obtuſiſſimo, oris diametro longitudine cedente, cirris ori propioribus, labiis integris. *Güldenſt. nov. comm. Petrop.* 16. *p.* 532. *Koelreuter nov. comm. Petrop.* 17. *p.* 531. *f.* 12-17.

*Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 404. *n.* 3. Acipenſer cirris 4, ſquamis dorſalibus 13, caudalibus 43.

*Art. gen.* 65. *ſyn.* 92. Acipenſer tuberculis carens.

*Kram. el.* 385. Acipenſer corpore tuberculis obſito, roſtro obtuſo, oris diametro roſtri longitudinem ſuperante.

*Plin. hiſt. mund. l.* 9. *c.* 15. Mario.

*Aldr. piſc. p.* 534. *Jonſt. piſc. t.* 25. *f.* 1-3. Huſo.

*Geſn. aq. p.* 59. *Will. ichth. p.* 243. *Raj. piſc. p.* 113. Huſo Germanorum.

*Rondel. piſc.* 2. *p.* 177. Exos piſcis et ichthyocolla.

β) *Aldr. piſc. p.* 566. *Will. ichth. p.* 244. *Raj. piſc. p.* 114. Ichthyocolla.

γ) *Aelian. anim. l.* 14. *c.* 23. 26. Αντακαιος?

*Habitat in* Danubio, Volga, *aliisque imperii* Ruſſici *fluviis*, mari Caſpio, *congenerum maximus, utplurimum* 9, *non raro* 24 *pedes longus, lucii figura, ſupra niger, ſubtus flavus, tuberculis oſſeis cum aetate increſcente evaneſcentibus.* Cutis *corium exhibet pro lineis curruum praeſtantiſſimum.*

**132. CHIMAERA.** *Caput* acuminatum.

*Spiracula* ſolitaria, quadripartita, ſub collo.

*Os* ſub capite, labio ſuperiore quinquepartito.

*Dentes* primores inciſores, bini ſupra infraque.

*Corpus* productum, aculeo dorſi ſolitario, cauda in ſetam deſinente, reliquo corpore longiore.

monſtroſa. 1. Ch. roſtro ſubtus plicis pertuſis. *Fn. ſuec.* 294. *Gunner. act. Nidroſ.* 2. *p.* 270. *t.* 5. 6. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 38. *n.* 320. *Olaſſ. isl.* 1. *p.* 192.

*Bloch ausl. Fiſch.* 1. *p.* 61. *n.* 1. *t.* 124. Chimaera cauda filiformi.

*Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 53. *t.* 25. *Aſcan. ic. rer. natur. t.* 15. Chimaera.

*Art. gen.* 68. Squalus cauda longiore, quam ipſum corpus.

*Cluſ. exot.* 136. *t.* 137. *Jonſt. piſc. t.* 44. *f.* 2. Genus galei.

*Will. ichth. p.* 75. *t.* B. 9. *f.* 9. *Raj. piſc. p.* 23. *n.* 15. Galeas acanthias.

*Geſn. aq. p.* 877. *ic. anim. p.* 153. *Jonſt. piſc. p.* 29. *t.* 1. *f.* 6. Simia marina.

*Aldrov. piſc. p.* 402. 403. 405. Centrina prima, Centrina vera, Simia marina danica.

*Ström. ſöndm. p.* 289. Vulpecula.

*Habitat in* maris atlantici *et* ſeptentrionalis *profundis, nocturna, cancris, molluſcis, teſtaceis victitans, elongata, utrinque compreſſa, argentea, fuſco-maculata, laevis.*

Caput *oblongum, roſtro terminatum, in nare fibra cornutum, faſciculum pilorum in apice gerente, poris plurimis rotundis muciferis pertuſum;* os *anguſtum, dente utrinque molari trigono quoque in utraque mandibula, in inferiori lamellis 2 oſſeis armatum;* oculi *grandes, pupilla thalaſſina, iride alba, ſupra infraque linea curva cincti, linea corporis laterali alba, utrinque fuſco-marginata confluente; anus inter pinnas ventrales; circa hunc genitalia duplicia, mari penis duplex, et in abdomine ante pinnas* ventra-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0462-1 DFG

*ventrales pedicelli 2 breviſſimi unguiculati;* cauda *corpore fere duplo longior, lanceolata, ſubtus pinnata, in filum deſinens;* pinnae *fuſcae; dorſales tres, prima triangulari aculeo valido retrorſum denticulato affixa, altera longiſſima et tertia anali oppoſita anguſtiores; pectorales amplae; ventrales parvae: Ova* Norwegis *edulia, hepar medicatum.*

Callo-rhynchus. 2. C. roſtro ſubtus labro inflexo laevi.
*Gron. muſ.* 59. *n.* 130. *t.* 4. Callorhynchus.
*Frez. it.* 1. *p.* 211. *t.* 17. *f.* 4. Pejegallo.
*Ellis it. Cook. it.* 1. *p.* 18. Elephant-fiſh.
*Habitat in* mari aethiopico, *regnum* Chilenſe, *novam* Hollandiam *alluente.*

## 131. SQUALUS.

*Caput* obtuſum.

*Spiracula* 4-7 ad latera colli, ſemilunaria.

*Oculi* oblongi, verticales, dimidia parte tecti, ante foramen temporale.

*Os* in anteriore et inferiore capitis parte, pluribus dentium ſerratorum, acutorum, partim mobilium, partim fixorum, forma inaequalium armatum.

*Corpus* oblongum, teretiuſculum, tenerrimis aculeis aſperum.

*Pinnae* ventrales, pectoralibus utplurimum minores, approximatae, circa anum, et in mare circa genitalia poſitae.

* *pinna anali, et foraminibus temporum.*

Iſabella. 16. Sq. pinna dorſali prima abdominalibus oppoſita. *Brouſſon. act. Pariſ.* 1780. *p.* 648. *n.* 1.

*Habitat*

*Habitat ad* novam Seelandiam, *a colore denominatus, nigro maculatus, ſubtus exalbidus,* $2\frac{1}{2}$ *pedes longus, pauliſper depreſſus, caniculae affinis, et capite magis depreſſo, et pinnae dorſalis prioris ſitu diſtinctus.*

Caput *breve, latum, obtuſum;* oculi *profundi, pupilla oblonga, iride aenea;* dentes *compreſſi, breves, triangulares, acuti, ad baſin minore dente aucti, in ſex ſeries diſpoſiti;* lingua *craſſa brevis obtuſiſſima;* foramen *temporale rotundum, ſatis magnum;* pinnae *dorſales ſubquadratae; ſecunda anali oppoſita;* pectorales *maximae, ad ſpiraculum tertium ortae; ventrales diſcretae, poſterius acuminatae;* linea *lateralis dorſo parallela, proxima.*

**Canicula.** 8. Sq. naribus lobulo et appendice vermiformi cinctis, pinnis ventralibus diſcretis.

*Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 399. *n.* 8. *Art. gen.* 68. *ſyn.* 97. Squalus varius inermis, pinna ani medio inter anum caudamque pinnatam.

*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 10. *n.* 4. Galeus capite roſtroque breviſſimis, ex rufo et cinereo maculis rufis varius.

*Osb. it.* 70. Squalus conductus.

*Salv. aq. p.* 137. *Aldrov. piſc. p.* 390. *Jonſt. piſc. p.* 25. *t.* 8. *f.* 1. Catulus major.

*Will. ichth. p.* 62. *Raj. piſc. p.* 22. Catulus major vulgaris.

*Rondel. piſc.* 1. *p.* 380. *Geſn. aq. p.* 168. Canicula Ariſtotelis.

*Brouſſon. act. pariſ.* 1780. *p.* 649. *n.* 2 Rouſſette.

*Brit. zool.* 3. *p.* 88. *n.* 8. Greater Dogfiſh.

*Habitat in* mari *fere omni,* 4 *pedes longus, voraciſſimus, piſcibus praeſertim victitans, vitae tenaciſſimus, rufeſcens, rufo maculatus, ſubtus albus, verſus utrumque finem compreſſus; cutis ſiccata in varium uſum adhibita.*

Caput *exiguum, roſtro brevi;* oculi *oblongi, pupilla thalaſſina, iride albida;* os *amplum oblongum, tribus dentium ordinibus, non raro foſſilibus, in utraque mandibula armatum;* lingua *cartilaginea et* palatum *aſpera;* anus *ante medium corporis;* pinna *dorſalis prima ventralibus poſterior, altera minor anali ſuboppoſita, caudalis anguſta emarginata.*

**Catulus.** 10. Sq. naribus lobulo et appendice vermiformi cinctis, pinnis ventralibus concretis.

*Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 400. *n.* 10. *Art. gen.* 69. *ſyn.* 97. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 38. *n.* 314. *Gron. muſ.* 2. *n.* 199. *zooph.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0464-2

*zooph. n.* 44. Squalus dorſo ocellato mutico, pinnis ventralibus concretis, dorſalibus caudae approximatis, capite punctato.

*Bloch ausl. Fiſch.* 1. *p.* 21. *n.* 5. *t.* 114. Squalus varius pinnis ventralibus concretis.

*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 10. *n.* 6. Galeus dorſo pulverulento tantillum rubente.

*Bell. aq. p.* 74. Galeus ſtellaris minor.

*Aldr. piſc. p.* 390. *f.* 2. *Will. ichth. p.* 64. *t.* B. 4. *f.* 2. *Raj. piſc. p.* 22. *n.* 13. *Salv. aquat.* 137. Catulus minor.

*Brit. zool.* 3. *p.* 90. *n.* 9. Leſſer Dogfiſh.

*Habitat in* oceano *ſeptentrionali*, mediterraneo, indico, 2-3 *pedes longus, forma ceterum colore uſuque partium caniculae proxime affinis, an hujus mas?*

Caput *magnum;* oculi *pupilla nigra, iride alba;* roſtrum *ſemipellucidum;* os *inter nares medium amplum,* 4 *dentium ſerratorum, tricuſpidatorum, introrſum curvatorum, in medio longiorum ordinibus in utraque mandibula armatum;* lingua *lata, laevis, libera;* ſpiracula 5; dorſum *teres, fuſceſcens;* latera *ſubcompreſſa;* cauda *trunco longior, pinna anguſta, emarginata;* pinna *analis et dorſalis prior, ventralibus poſterior, parvae, altera dorſalis anali oppoſita. Ex* hepate, *inter venena a nonnullis relato, pinguedo excoquitur.*

ſtellaris. 9. Sq. lobis narium duobus.

*Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 399. *n.* 9. *Art. gen.* 69. *ſyn.* 97. *Gron. zooph.* 145. *muſ.* 2. *n.* 200. Squalus varius inermis, pinnis ventralibus diſcretis, dorſalibus caudae proximis.

*Rondel. piſc.* 1. *p.* 383. Canicula ſaxatilis.

*Will ichth. p.* 63. *Raj. piſc. p.* 22. Catulus maximus.

*Edw. glean. t.* 289. Greater Catfiſh.

*Brouſſon. act. Pariſ.* 1780. *p.* 651. *n.* 3. Chat rochier.

*Habitat in* oceani europaei rupibus, *cruſtaceis, molluſcis et minoribus piſcibus victitans, rufeſcens, guttis nigricantibus inaequalibus varius, ſubtus ſordide cinereus,* 2-6 *pedes longus, caniculae affinis, at maculis majoribus et rarioribus, roſtro paulo longiore, cauda paulo breviore et naribus fere clauſis diſtinctus,* 19-20 *pullos ſimul pariens.*

Pinnae *dorſales aequales; prior pone medium corporis, altera anali paulo poſterior.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0465-8

Galeus. 7. Sq. dentibus fere triangularibus, margine verticali denticulatis.
*Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 399. *n.* 7. *Art. gen.* 68. *n.* 9. *ſyn.* 97. Squalus naribus ori vicinis, foraminibus ad oculos.
*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 9. *n.* 3. Galeus roſtri extima parte pellucida &c.
*Ariſtot. anim. l.* 6. *c.* 11. Γαλεος Κυων.
*Plin. hiſt. mund. l.* 9. *c.* 46. *l.* 32. *c.* 11. Canicula.
*Salv. aq. p.* 132. Canoſa.
*Geſn. aq. p.* 167. *ic. anim. p.* 144. *Thierb. p.* 80. *Rondel. piſc.* 1. *p.* 377. *Aldrov. piſc. p.* 388. *Jonſt. piſc. p.* 25. *t.* 8. *f.* 4. *Will. ichth. p.* 51. *t.* B. 6. *f.* 1. *Raj. piſc. p.* 30. *n.* 5. Canis galeus.
*Brit. zool.* 3. *p.* 87. *n.* 7. Tope.
*Brouſſon. act. Pariſ.* 1780. *p.* 653. *n.* 4. Milandre.
*Habitat in* Oceano Europae, *ex atro cinereus, ſubtus dilutius, elongatus, teres, voraciſſimus,* 3 *pedes longus, et longior.*
Oculi *inter roſtri apicem et ſpiraculum primum medii;* roſtrum *elongatum depreſſum;* lingua *magna rotundata;* nares *rictui proximae, partim brevi lobulo clauſae;* foramen *temporum minimum;* anus *ante medium corporis;* pinna *dorſalis poſterior minor, anali poſterius acuminatae aequalis, et poſterior;* cauda *magna, pinna biloba;* linea *lateralis obſoleta.*

Muſtelus. 13. Sq. dentibus minimis obtuſis. *Art. gen.* 66. *ſyn.* 93.
*Gronov. zooph.* 142. Squalus roſtro ſubacuto, corpore ſubrotundo, dorſo unicolore fuſco, pinnis pectoralibus curtis.
*Geſn. aq.* 608. *Rondel. piſc.* 1. 375. Galeus laevis.
*Salv. aq.* 135. 136. Muſtelus laevis.
*Will. ichth. p.* 60. *t.* B. 4. *f.* 2. *Raj. piſc. p.* 22. Muſtelus laevis primus.
*Brit. zool.* 3. *p.* 91. *n.* 10. Smooth Hound.
*Brouſſon. act. Pariſ.* 1780. *p.* 655. *n.* 5. Emiſſole.
*Habitat in* Oceano europaeo *et* pacifico, 2 *pedes longus.*
Roſtrum *conicum, poris muciferis undique pertuſum;* nares *partim lobulo tectae;* pinna *dorſalis prior fere triangularis, ventralibus anterior; poſterior anali ſubquadrata duplo major; ventrales in medio corporis pectoralibus duplo minores, caudalis finem verſus latior.*

cirratus. 17. Sq. narium appendice vermiformi.
*Brouſſon. act. Pariſ.* 1780. *p.* 656. *n.* 6. Barbillon.

*Habitat*

*Habitat in* Oceano americano *et* pacifico, 1-5 *pedes longus, rufus, junior nigro-guttatus, ſquamis magnis, planis, ſplendentibus.*

Caput *depreſſum;* roſtrum *breve, obtuſum;* oculi *et* foramen *temporale minima;* labia *ad latus craſſa;* dentes *plurimi, elongati, acuti, baſi dilatati;* ſpiracula 5, 2 *poſtrema approximata;* anus *in medio;* pinna *dorſalis prima ventralibus oppoſita, altera anali minuta, et caudae proxima anterior;* cauda ¼ *totius piſcis longa, pinna biloba.*

**barbatus.** 18. Sq. rictu oris appendicibus vermiformibus barbato.

*Brouſſon. act. Pariſ.* 1780. *p.* 657. *n.* 7. Barbu.

*Habitat ad* novam Hollandiam, 3½ *pedes longus, ſquamis minimis, duris, laevibus, ſplendentibus veſtitus, maculis nigris, rotundis et anguloſis, circulo albo cinctis varius.*

Caput *magnum, depreſſum, breve;* dentium *lanceolatorum plures ordines;* cirri *inaequales, ad dimidium pollicem longi, hinc inde ramoſi,* 1 *etiam ante nares;* foramen *temporum amplum;* ſpiracula 5; anus *in medio;* pinna *dorſalis prima ano oppoſita; caudalis ſubdiviſa.*

**tigrinus.** 19. Sq. cauda elongata, ſpiraculis 2 poſtremis confluentibus.

*Ind. zool. t.* 13. *f.* 2.

*Bloch auſl. Fiſch.* 1. *p.* 19. *n.* 4. Squalus corpore faſciato, ore cirroſo.

*Gron. muſ.* 1. *n.* 136. *zooph. n.* 147. Squalus capite obtuſo, cirris duobus ad maxillam ſuperiorem, dorſo vario inermi.

*Seb. muſ.* 3. *p.* 105. *t.* 34. *f.* 1. Squalus varius, naribus ori proximis, foraminibus pone oculos, ſpiraculis utrinque quaternis, cauda longiſſima.

*Hermann tab. affin. an. p.* 302. Squalus ſpiraculis quaternis, cirris oris duobus, corpore ruſo albo transverſim faſciato.

*Brouſſon. act. Pariſ.* 1780. *p.* 658. Tigre.

*Habitat in* Oceano indico, *ad* 15 *pedes longus, craſſus, oblongus, niger, maculis faſciisque nigris, ſubtus caneſcens, teſtaceis et cancris victitans.*

Caput *latum, anterius planum et declive;* os *inferum transverſum, cirris* 2 *barbatum;* labium *ſuperius craſſum prominens;* mandibulae *dentibus minimis, ſuperior mobilibus, radulae inſtar aſperae;* lingua *brevis craſſa;* oculi *parvi oblongi, pupilla caerulea, iride nigra;* abdomen *latum;* pinnae *pectorales breves, latae; dorſalis prima ventralibus, altera anali oppoſita;* cauda *utrinque compreſſa, apice folii inſtar tenuis, pinna longa apice emarginata.*

20. Sq.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0467-9

africanus. 20. Sq. faſciis ſeptem nigricantibus parallelis longitudinalibus pictus.
*Brouſſon. act. Pariſ.* 1780. *p.* 659. *n.* 9. Galonné.
*Habitat in* mari africano, $2\frac{1}{2}$ *pedes longus, ſquamis minutis ſubquadratis veſtitus.*
Caput *corpore paulo latius, depreſſum;* oculi *mediocres oblongi, iride vireſcente, triplo majores foramine temporum;* rictus *ſemicircularis;* dentes *compreſſi, elongati acuti in ſeries diſpoſiti, ſuperiores transverſas, inferiores obliquas;* palatum *et* lingua *tuberculis mollibus ſparſis inaequalia; ad* nares *lobi duo, quorum alter major nares fere claudit;* ſpiracula 5; pinnae *pectorales horizontales; ventrales ſubtriangulares apice obliquae, analis oblonga, anterius rotundata, poſterius acuminata; dorſalis prima pone medium dorſi; altera analis poſteriori parti oppoſita; caudalis rotundata.*

ocellatus. 21. Sq. litura magna rotunda nigra, circulo albo cincta, ad utrumque colli latus.
*Brouſſon. act. Pariſ.* 1780. *p.* 660. *n.* 10. Oeillé.
*Habitat in* oceano pacifico *ad* novam Hollandiam, $2\frac{1}{2}$ *pedes longus, cinereus, guttatus, ſubtus ex cinereo vireſcens, elongatus.*
Caput *breve immaculatum;* oculi *parvi oblongi, ſupra foramen temporum oblongum, mediocre;* dentes *plurimi, parvi, compreſſi, acuti, baſi dilatati;* nares *apici roſtri proximae, lobulo fere clauſae;* ſpiracula 5, *poſtrema* 2 *approximata;* pinnae *pectorales et ante medium corporis ſitae ventrales rotundatae nigricantes, margine cinereae;* pinna *dorſalis prior anali poſterior, margine anteriore maculis 2 nigris notata, poſterius emarginata; altera paulo minor, ceterum ſimilis; analis caudali emarginatae proxima.*

Zygaena. 5. Sq. capite latiſſimo transverſo malleiformi. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 52. *Art. gen.* 67. *ſyn.* 96. *Gron. muſ.* 1. *n.* 139. *zooph. n.* 146.
*Bloch ausl. Fiſch.* 1. *p.* 29. *n.* 8. *t.* 117. Squalus corpore malleiformi.
*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 13. *n.* 1. Ceſtracion fronte artus forma.
*Salv. aq. p.* 128. 129. Libella Ciambetta.
*Bellon. aq. p.* 61. Libella, Baliſta, Cagnolu.
*Muſ. Besler. p.* 55. *t.* 25. Sphyraena Gillii.

*Ariſtot.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0468-5

*Ariſtot. anim. l.* 2. *c.* 15. *Aelian. an. l.* 9. *c.* 49. *Geſn. aq. p.* 1050. *icon. an. p.* 150. *Aldrov. piſc. p.* 408 *Jonſt. piſc. p.* 29. *t.* 7. *f.* 8. 9. *Rondel. piſc.* 1. *p.* 389. Zygaena.
*du Tertr. ant.* 2. *p.* 207. Zigène.
*Fermin Turin.* 2. *p.* 248. Requin.
*Lebat amer.* 4. *p.* 301. Pantouflier.
*Brouſſonet act. Pariſ.* 1780. *p.* 661. *n.* 11. Marteau.
*Will. ichth. p.* 55. *t.* B. 1. *Raj. piſc. p.* 20. *n.* 7. Balance-fiſh.
*Habitat in* Oceano, mari mediterraneo americano *et* indico, *congenerum voraciſſimus, magis infeſtus, quam ipſe carcharias, reliquis minus aſper, crebro* 6 *pedes longus et ad* 500 *libras pondere aequans,* 10-12 *foetus ſimul edens.*
Caput *ad utrumque latus elongatum, anterius repandum, ſupra ſubtusque convexum, juniori latius, ad ejus fines utrinque* oculi *magni prominuli deorſum verſi, iride aurea, et prope marginem ſubtus nares oblongae, membrana tectae; prope trunci initium* os *arcuatum,* 3-4 *in utraque mandibula dentium latorum acuminatorum utrinque ſerratorum ordinibus horrens;* lingua *craſſa, lata, humanae ſimilis;* truncus *elongatus, teres;* pinnae *margine lunatae, baſi nigrae, ceterum cinereae; ventrales diſcretae, analis et poſterior dorſalis parvae, anterior, capiti vicina, magna, caudalis longa.*

Tiburo. 6. Sq. capite latiſſimo cordato.
*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 13. *n.* 2. *t.* 2. *f.* 3. 4. Ceſtracion capite cordis figura vel triangulari.
*Marcgr. braſ. p.* 181. Tiburonis ſpecies minor.
*Will. ichth. p.* 55. *t.* B. 9. *f.* 4. Zygaenae affinis capite triangulo.
*Brouſſon. act. Pariſ.* 1780. *p.* 662. *n.* 12. Pantouflier.
*Habitat in mari,* Americam *auſtralem alluente, zygaenae multum affinis; at in tiburone diameter capitis longitudinalis transverſae pene aequalis, et linea a medio rictus ad roſtri apicem ducta brevior multo, quam linea a medio rictus ad oculos ducta.*

griſeus. 22. Sq. ſpiraculis utrinque ſex.
*Brouſſon. act. Pariſ.* 1780. *p.* 663. *n.* 13. Griſet.
*Habitat paulo rarior in* mari mediterraneo, $2\frac{1}{2}$ *pedes longus, murinus, parum aſper, ut tamen in ſiccati pelle compareant ſquamae minimae linea media elevata inaequales.*
Caput *depreſſum obtuſum;* rictus *amplus, arcuatus;* mandibula *inferior pluribus dentium maximorum, compreſſo-*

 *rum*

*rum ſubquadratorum, ſerratorum, ſuperior ad latera ſimplici ſerie, et anterius dentibus elongatis, acutis non ſerratis, anguſtioribus, minoribus, acutioribus, quam ad latera horrens;* nares *prope apicem roſtri, partim lobulo clauſae;* oculi *apici adhuc propiores, magni, ovales;* foramina *temporum minima, ab oculis remota;* ſpiracula *maxima, approximata;* linea *lateralis exſoleta;* pinna *dorſalis unica, anali anterior, ceterum ſimilis, paulo tamen major; pectorales horizontales, ventrales mediocres, ſemiovales; analis parva, anterius obtuſa, poſterius acuminata, media plane inter ventrales, et caudalis baſin.*

**Vulpes.** 23. Sq. caudae lobo ſuperiore longitudine corporis.
*Art. ſyn. p.* 96. Squalus cauda longiore, quam ipſum corpus.
*Salv. aq. p.* 130. *Will. ichth. p.* 54. *t.* B. 5. *f.* 2. Vulpecula.
*Rondel. piſc.* 1. *p.* 387. Vulpes.
*Brit. zool.* 3. *p.* 86. *n.* 6. *t.* 4. Sea fox.
*Brouſſon. act. Pariſ.* 1780. *p.* 664. *n.* 14. Renard marin.
*Habitat in* mari mediterraneo, *eoque quod* Scotiam *et* Cornubiam *alluit, 7 pedes longus, ſquamis minimis tectus, ſupra ex caeruleſcente cinereus, ſubtus magis in album colorem vergens, voraciſſimus.*
Caput *conicum, breve;* oculi *grandes;* mandibulae *tribus dentium triangularium, compreſſorum, acuminatorum, non ſerratorum ordinibus horridae;* lingua *obtuſa;* linea *lateralis recta;* pinna *dorſalis prior in medio dorſi, ad cujus finem foveola triangularis, altera anali oppoſita ſubbiloba; ventrales valde approximatae, analis acuminata;* caudae *lobus inferior vix ultra pedem longus, ſuperior falcatus, ſextuplo longior.*

**longicaudus.** 24. Sq. cirris duobus ad maxillam ſuperiorem, cauda longa.
*Gron. muſ.* 1. *n.* 136. *zooph.* 147. Squalus capite obtuſo, cirris duobus ad maxillam ſuperiorem, dorſo vario inermi.
*Seb. muſ.* 3. *p.* 105. *n.* 1. *t.* 34. *f.* 1. Squalus varius, naribus ori proximis, foraminibus pone oculos, ſpiraculis utrinque quaternis, cauda longiſſima.

*** pinna anali, nullo foramine temporum.*

**glaucus.** 14. Sq. caudae lateribus laevibus, foſſula ad extremum dorſi finem.
*Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 401. *n.* 14. *Art. gen.* 69. *n.* 13. *ſyn.* 98.
*Olav. it. island. Müll. prodr. zool. dan. p.* 39. *n.* 318. b.
*Gunner. Act.* Nidroſ. 4. *p.* 1. *t.* 1. *f.* 1. Squalus foſſula triangulari in extremo dorſo, foraminibus nullis ad oculos.
*Bloch*

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 78. *n.* 2. *p.* 78. *t.* 86. Squalus absque foraminibus ad oculos.
*Osb. it. chin. p.* 385. Squalus aſcenſionis.
*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 6. *n.* 2. Cynocephalus glaucus.
*Rondel. piſc.* 1. 378. *Geſn. aq. p.* 609. *Will. ichth.* 49. *t.* B. 8. *Raj. piſc. p.* 20. Galeus glaucus.
*Brouſſon. act. Pariſ.* 1780. *p.* 665. *n.* 15. Glauque.
*Act. angl.* 68. *p.* 789. t. *Brit. zool.* 3. *p.* 84. *n.* 5. Blue Shark.
*Habitat in omni* mari *frequens, audaciſſimus,* $2\frac{1}{2}$ - 14 *pedes longus, glaucus ſubtus albus, parum aſper.*

Caput *ſubdepreſſum;* oculi *minuti ſubrotundi iride ochroleuca;* dentes *fere triangulares, elongati, acuti, non ſerrati, deorſum retrorſumque verſi, non raro foſſiles;* anus *caudae proximus;* pinnae *dorſales muticae glaucae, prior, ventralibus anterior, fere triangularis, altera minor anali albae poſterior et aequalis; pectorales magnae, longae, emarginatae ventralesque ſupra glaucae, ſubtus albae; caudalis glauca, in* 2 *lobos partita, quorum inferior triplo brevior.*

**cornubicus.** 25. Sq. plica longitudinali ad utrumque caudae latus.
*Brouſſon. act. Pariſ.* 1780. *p.* 667. *n.* 16. Nez.
*Brit. zool.* 3. *p.* 92. *n.* 11. *Borlaſ. Cornub. p.* 265. *t.* 26. *n.* 4. Porbeagle.
β) *Brit. zool. alt. ed.* 3. *p.* 104. *t.* 17. Beaumaris Shark.
γ) *du Hamel hiſt. des pech.* 2. *ſ.* 9. Touille-boeuf?
*Habitat in* mari Cornubiam *alluente, teres, craſſus, brevis,* $2\frac{1}{2}$ *pedes modo longus, varius, parum aſper.*

Oculi *grandes;* roſtrum *conicum, prominens, poris pertuſum;* rictus *amplus, dentibus plurimis oblongis, mobilibus, acutis, baſi dilatatis, deorſum retrorſumque verſis horridus;* ſpiracula 5 *maxima;* linea *lateralis ſupra oculos orta, angulata, verſus finem caudae in plicam terminata;* pinna *dorſalis prima ante medium corporis fere triangularis; altera multo minor, anali poſterior et aequalis; pectorales inter apicem roſtri et ventrales fere mediae;* cauda *in lobos* 2 *magnos lanceolatos partita, ſuperiore paulo longiore.*

**cinereus.** 26. Sq. ſpiraculis utrinque ſeptem.
*Brouſſon. act. Pariſ.* 1780. *p.* 668. *n.* 17. Perlon.
*Habitat in* mari mediterraneo, *ad glaucum colore ſuo ſatis accedens,* 3 *pedes longus, parum aſper.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0471-0

Oculi *grandes*, *inter roſtri apicem et ſpiraculum primum medii*; dentes *ſatis magni*, *compreſſi*, *acuti*, *ſejuncti*, *ad latus pauliſper recumbentes*, *deorſum retrorſumque verſi*; ſpiracula *magna*; linea *lateralis diſtincta*; anus *pauliſper ante medium corporis*; pinna *dorſalis unica*; *in medio corporis*, *anali major*; pinnae *pectorales pone ſpiraculum poſtremum*, *caudalis biloba*.

maximus. 11. Sq. dentibus conicis non ſerratis.

*Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 400. *n.* 11.. *O. Fabric. Fn. groenl. p.* 130. *n.* 90. Squalus dentibus conicis, pinna dorſali anteriore majore.

*Gunner act. Nidroſ.* 3. *p.* 33. *t.* 2.* Brugd.

*Brouſſon. act. Pariſ.* 1780. *p.* 669. *n.* 18. Le très grand.

*Habitat in* oceano arctico, *cetaceis minoribus victitans*, *quae integra deglutit*, *pinna anali parva*, *dorſali ſecundae poſteriori*, *monſtroſae magnitudinis*, *ceterum carchariae ſimilis*.

Carcharias. 12. Sq. dentibus triangularibus ſerratis.

*Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 400. *n.* 12. *Art. gen.* 70. *ſyn.* 98. *O. Fabr. Fn. groenl. p.* 127. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 38. *n.* 316. *Gunner act. Nidroſ.* 2. *p.* 370. *t.* 10. 11. Squalus dorſo plano, dentibus ſerratis.

*Gron. muſ.* 1. 138. *zooph.* 143. Squalus capite ſubdepreſſo, roſtro ſubacuto, pinnis pectoralibus maximis.

*Bloch ausl. Fiſch.* 1. *p.* 33. *n.* 119. Squalus corpore cinereo, dorſo lato.

*Brown jam. p.* 458. *n.* 2. Squalus capite ſubacuto, dentibus lanceolatis ſerratis, ſex ordinibus diſpoſitis, pupilla longiori anguſta.

*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 5. *n.* 1. Cynocephalus albus.

*Ariſtotel.*

---

Squali *ſolius maris incolae*, *in mari baltico rariores*, *noctu ſplendentes*, *elongati*, *ſubcompreſſi*, *vivos edunt foetus*, *plures ſimul*, *quam rajae*, *ſimiliter tamen ſingulos involucro quadrangulo incluſos*, *ſetis longis ad angulos affixis*, *magnitudine inſigni ſpectabiles*, *ut proſtent exempla*, 1000 et 4000 *libras pondere aequantium*, *carne tenaci*, *dura*, *graveolente*, *vix ex junioribus eſculenta*, *parum pinguedine ex hepate potiſſimum excocta*, *et cute ad polienda ebur*, *lignum et alia*, *ad conficiendas ex ea currnum lineas et corii ſpeciem magis utiles*, *dentibus molaribus carent*; *pauciores gregarii molluſcis aliisque vermibus marinis victitant*, *plurimi ſolitarii*, *vagi*, *voraciſſimi*, *quaecunque fere obvia*, *potiſſimum animalia majora appetunt*, *ideo naves frequenter ſequuntur*, *quicquid ex iis vel vivum vel mortuum in mare delabitur*, *rapientes*; *plures ſpecies adhuc parum cognitae qualis* e. g. *edentula*, *a* Brünnichio *piſc. maſſil.* p. 6. *memorata*.

*Ariſtotel. hiſt. anim. l.* 5. *c.* 5. *l.* 9. *c.* 37. *Plin. hiſt. mund. l.* 9. *c.* 24. *Rondel. piſc.* 1. *p.* 390. Lamia.

*Athen. l.* 7. *p.* 306. 310. *Bellon. aq. p.* 58. *Geſn. aq. p.* 173. *icon. anim. p.* 151-153. *Thierb. p.* 81. 82. *Aldrov. piſc. p.* 381. 382-387. *Jonſt. piſc. p.* 24. *t.* 6. *f.* 6. Carcharias canis ſ. Lamia.

*Fermin Surin.* 2. *p.* 248. *du Tertre Antill. p.* 202. *Brouſſon. act. Pariſ.* 1780. *p.* 670. *n.* 19. Requin.

*Brit. zool.* 3. *p.* 82. *n.* 4. *Will. ichth. p.* 47. *t.* B. 7. *Raj. piſc. p.* 18. White Shark.

*Habitat in* oceani *abyſſo, praeda tantum in ſuperficiem allectus, omnium animalium facile voraciſſimum, ut nec homini, nec propriae ſoboli parcat, praedamque integram ſaepe adhuc vivam deglutiat, ut Jonam, prophetam, veterumque profanorum Herculem trinoctem, in hujus ventriculo tridui ſpatio haeſiſſe, veri ſpecie haud careat; cinereus, elongatus, depreſſus aſper, haud raro* 30 *pedes longus, a remora, et phyſetere macrocephalo frequenter infeſtatus et agitatus, carne ſapidiore, quam congeneres.*

Caput *depreſſum, anterius latum et tenue, in acumen breve deſinens;* oculi *laterales, parvi, ſubrotundi, iride cinereſcente, membrana nictitante cartilaginea alba;* nares *duplices, membrana quadam ſemitectae;* rictus *amplus, ſex (juniori paucioribus) dentium, frequenter foſſilium, triangularium (juniori nondum ſerratorum) ordinibus, poſterioribus mobilibus, ſingulis* 30 *circiter dentium, in utraque mandibula horrens;* lingua *craſſa, brevis, lata, cartilaginea;* pinnae *fuſceſcentes, (juniori) ad angulum macula nigricante notatae; pectorales maximae; dorſalis prima ante medium corporis poſita, ſuperius rotundata, altera, inter ventrales et caudalem media, anali anterior, ventralesque parvae; caudalis longa, biloba.*

*** *pinna anali nulla, foramine temporum.*

Priſtis. 15. Sq. roſtro elongato plano, per totam longitudinem utrinque dentato.

*Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 401. *n.* 15. *Fn. ſuec.* 297. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 52. *O. Fabric. Fn. groenl. p.* 130. *n.* 91. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 38. *n.* 319. Squalus pinna ani nulla, roſtro enſiformi oſſeo plano utrinque dentato.

*Art. gen.* 66. *ſyn.* 93. *Gron. muſ.* 1. *n.* 132. *zooph. n.* 148. *Brown jam. p.* 458. *n.* 1. Squalus roſtro longo cuſpidato oſſeo plano utrinque dentato.

*Bloch ausl. Fiſch.* 1. *p.* 41. *n.* 11. *t.* 120. Squalus roſtro ſerrato.



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0473-2
DFG

*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 12. *n.* 11. *t.* 3. *f.* 1. 2. Galeus roſtro longo plano firmo &c.
*Marcgr. braſil. p.* 158. *Piſ. ind. p.* 54. Araguagua.
*Plin. hiſt. mund. l.* 9. *c.* 2. Serra.
*Cluſ. exot. p.* 135. *Aldrov. cet. p.* 692. *Olear. Kunſtk. p.* 41. *t.* 26. *f.* 1. *Geſn. aq. p.* 739. *icon. anim. p.* 171. *Thierb. p.* 101. *Will. ichth. p.* 61. *t.* B. 9. *f.* 5. *Raj. piſc. p.* 23. *Rondel. piſc. p.* 487. Priſtis ſ. Serra.
*Jonſt. piſc. p.* 15. *t.* 4. *f.* 1. *Blaſ. anat. p.* 307. *t.* 49. *f.* 13. Xiphias ſ. Gladius.
*du Tertre antill. p.* 207. Spadon.
*Bell. aq. p.* 66. Langue de ſerpent.
*Brouſſon. act. Pariſ.* 1780. *p.* 671. *n.* 20. Scie.
*Habitat in* oceano ſeptentrionali, *et* americano auſtrali, *ad* 15 *pedes longus, laevis, ſupra nigricans, ad latera cinereus, ſubtus albus.*
Caput *antice planum;* roſtrum *ad* 5 *pedes longum, cute coriacea obductum, dentibus oſſeis in variis exemplis et alterutro latere numero diverſis, in foetibus nondum vel recens editis molle, dentibus ſub cute latentibus;* os *transverſum;* dentes *granulati;* oculi *magni, iride aurea;* ſpiracula 5; pinna *dorſali prima ventralibus oppoſita; altera inter primam et caudae apicem media; pectorales latae longaeque; caudalis brevior, quam congeneribus.*

ſpinoſus. 27. Sq. tuberculis magnis mucronatis per totam ſuperficiem diſperſis.
*Brouſſon. act. Pariſ.* 1780. *p.* 672. *n.* 22. Boucĺé.
*Habitat in* Oceano, 4 *pedes longus, tuberculis inaequalibus baſi latis et rotundis apice mucronatis aut bimucronatis ſubrecurvis hiſpidus.*
Oculi *grandes;* roſtrum *prominens, conicum;* nares *ante oculos poſitae;* rictus *mediocris;* dentium *ſubquadratorum, compreſſorum, margine angulatorum ordines plures;* ſpiracula 5; pinnae *dorſales caudae propinquae; prior paulo major, ventralibus oppoſitae; hae a roſtri apice ſolito remotiores, pectoralibus magnis fere aequales; caudalis anguloſa.*

Acanthias. 1. Sq. pinnis dorſalibus ſpinoſis, corpore teretiuſculo. *Fn. ſuec.* 295. *Muſ. Ad. Fr.* 1. *p.* 53. *It. wgoth.* 174. *Art. gen.* 66. *ſyn.* 94. *ſpec.* 102. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 37. *n.* 311. *Gron. muſ.* 1. *n.* 134. *zooph. n.* 149. Squalus roſtro ſubacuto, pinnis dorſalibus uniradiato-ſpinoſis, anali nulla.

*Bloch*

*Bloch Fiſch Deutſchl.* 3. *p.* 74. *n.* 1. *t.* 85. Squalus corpore tеretiuſculo, dorſo biaculeato.
*Brown jam. p.* 458. *n.* 3. Squalus dorſo bipenni, utraque aculeo majori armata, pinnis ani geminis.
*Salv. aq. p.* 135. b. *f. p.* 136. *Bellon. aq. p.* 65. Muſtelus ſpinax.
*Ariſt. hiſt. anim. l.* 6. *c.* 10. Ἀκανθίας γαλεα.
*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 8. *n.* 1. *t.* 1. *f.* 5. 6. *Rondel. piſc.* 1. *p.* 373. *Geſn. aq.* 607. *Will. ichth. p.* 56. *t.* B. 4. *f.* 1. *Raj. piſc. p.* 21. Galeus acanthias ſive ſpinax.
*Brouſſon. act. Pariſ.* 1780. *p.* 673. *n.* 22. Aiguillat.
*Brit. zool.* 3. *p.* 77. *n.* 2. Picked Dogfiſh.

Fernandinus. *β*) Sq. pinnis dorſalibus ſpinoſis, corpore tereti ocellato. *Molin. hiſt. nat. Chil. p.* 202. *n.* 12.*

*Habitat in* omni mari, *rarior in* baltico, $3\frac{1}{2}$ *pedes circiter longus, clupeas, gadosque exagitans, aculeis minimis, retrorſum uncinatis aſper, ſupra nigricans, hinc inde (junior magis) albo guttatus, ad latera albus, in violaceum colorem vergens, et ſulcis transverſis angulatis inaequalis, ſubtus albus, vitello Norwegis eduli.*

Caput *deorſum compreſſum, cuneatum, anterius tenue, obtuſum, pellucidum;* oculi *laterales, oblongi, iride ex albo caerulea; pone hos foramen temporale et utrinque* 4 *pororum muciferorum ordines;* nares *duplices mediae inter apicem capitis et* os *transverſum;* dentes *parvi, ſinguli acie, radicibus* 2, *et* 2 *cuſpidibus inſtructi, in tres ſeries, ſingulas dentium* 26, *digeſti;* abdomen *latum et longum;* linea *lateralis recta;* pinnae *nigricantes;* pinnae *dorſalis utriusque radius primus ſpinoſus, jam in foetu conſpicuus, in adulto validus, oſſeus, ſubtriqueter, albus, hinc inde ad venena relatus, in β) eboris duritie, apice recurvus,* $2\frac{1}{2}$ *pollices longus, ad dolores dentium mitigandos adhibitus;* pinna *caudalis caudam utrinque cingens, ſupra longior.*

Spinax. 3. Sq. ſubtus nigricans.
*Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 398. *n.* 3. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 49.* *Fn. ſuec.* 296. *Art. gen.* 97. *ſyn.* 95. Squalus pinna anali nulla, dorſalibus ſpinoſis, naribus terminalibus.
*Gunner. act. Nidroſ.* 2. *p.* 213. *t.* 7-8. Squalus niger.
*Will. ichth. p.* 57. *Raj. piſc. p.* 21. Galeus acanthias ſ. ſpinax fuſcus.
*Edw. glean. t.* 289. Muſtelus ſ. Spinax.
*Brouſſon. act. Pariſ.* 1780. *p.* 675. *n.* 23. Sagre.
*Habitat in* Oceano, *acanthiae multum affinis.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0475-3 DFG

ſquamo-ſus. 28. Sq. ſquamis parvis oblongis veſtitus.
*Brouſſon. act. Pariſ.* 1780. *p.* 675. *n.* 24. Ecailleux.

*Habitat - - - - centrinae affinis, at ſquamis ſat magnis ovalibus linea media longitudinali elevata inaequalibus veſtitus, craſſus, teres, 3 circiter pedes longus.*

Oculi *oblongi, ſupra rictum oris et ante foramen temporum poſiti;* roſtrum *oblongum, depreſſum;* nares *magnae, lobo membranaceo partim tectae;* oris *rictus mediocris et arcuatus;* dentes *ſubquadrati, margine anguloſi, inferiores majores;* pinnae *dorſales oblongae, plurimam dorſi partem occupantes, medio radio ſpinoſo; prior major, poſterius longior et anguſta; altera ventralibus poſterior; pectorales mediocres verſus baſin anguſtatae, ventrales ſemiovales, caudali proximae, haec initio rotundata, verſus finem dilatata.*

Centrina. 2. Sq. corpore ſubtriangulari.
*Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 398. *n.* 2. *Art. gen.* 67. *n.* 5. *ſyn.* 95. †
*Müll. prodr. zool. dan. p.* 37. *n.* 313. Squalus pinna anali nulla, dorſalibus ſpinoſis, corpore ſubtriangulari.
*Bloch ausl. Fiſch.* 1. *p.* 23. *n.* 6. *t.* 115. Squalus unica ſerie dentium inciſorum in maxilla inferiore.
*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 10. *n.* 7. Galeus brevis craſſus, pinnis dorſalibus ſpinoſis, ano caudae proximo.
*Bellon. aq. p.* 62-64. Vulpecula.
*Aelian. anim. l.* 1. *c.* 55. *l.* 2. *c.* 8. *Geſn. aq. p.* 609. *ic. anim. p.* 146. *Thierb. p.* 78. b. *Salv. aq. p.* 156. b. *Rondel. piſc.* 1. 384. *Aldrov. piſc. p.* 401. *Jonſt piſc. p.* 28. *t.* 8. *f.* 4. 5. *Will. ichth. p.* 58. *t.* B. 1. *et* 2. *Raj. piſc. p.* 21. Centrina.
*Brouſſon. act. Pariſ.* 1780. *p.* 676. *n.* 35. Humantin.

*Habitat in* mari mediterraneo, *rarior ad littora,* 3-4 *pedes longus, ſupra fuſcus, carinatus, ſubtus albidus, latus, cute tuberculis duris erectis, et tunica craſſa adipoſa veſtitus, carne duriſſima.*

Caput *parvum, planum, apice obtuſum;* oculi *oblongi, ſemitecti, iride flavicante;* os *inferum, hians, anguſtum;* dentium *acutorum in mandibula ſuperiori ſeries tres, in inferiori unica;* cauda *brevis, utrinque compreſſa, pinna brevi;* pinnae *dorſales magnae, medio radio ſpinoſo; poſterior ventralibus oppoſita, pectorales et ventrales duplices.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0476-9

indicus. 29. Sq. dorſo vario inermi, dentibus acutis. *Gron. muſ.* 1. *n.* 133. *zoophyl.* 150.
*Habitat in* Oceano indico.

americanus. 30. Sq. pinnis dorſalibus inermibus: poſteriore majore, ventralibus magnis caudae proximis.
*Brouſſonet act. Pariſ.* 1780. *p.* 677. *n.* 26. Liche.
*Habitat ad* promontorium Breton, 3 *pedes longus, aſper, ſquamis parvis anguloſis veſtitus, teres.*
Caput *magnum;* roſtrum *breve, obtuſum;* dentes *oblongi, acuti, compreſſi, in plures ordines digeſti, maximi margine ſerrati;* nares *amplae, ad latera apicis roſtri poſitae;* oculi *grandes, naribus propiores, quam ſpiraculo primo;* foramen *temporum ab oculis remotum;* ſpiracula 5 *parva; poſtrema* 2 *approximata;* pinna *dorſalis prima ante medium corporis poſita, altera anali paulo poſterior; pectorales ſubovales, caudalis lanceolata.*

Squatina. 4. Sq. pinnis pectoralibus maximis anterius emarginatis.
*Syſt. nat.* XII. 1. *p.* 398. *n.* 4. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 40.* *Art. gen.* 67. *n.* 6. *ſyn.* 95. Squalus pinna anali nulla, caudae duobus, ore terminali, naribus cirroſis.
*Gron. muſ.* 1. 137. *zooph.* 151. Squalus capite plagioplateo lato, ore in apice capitis, naribus cirroſis.
*Bloch ausl. Fiſch.* 1. *p.* 25. *n.* 7. *t.* 116. Squalus corpore depreſſo.
*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 14. *n.* 1, *t.* 2. *f.* 5. 6. Rhina ſive Squatina autorum.
*Ariſtotel. hiſt. anim. l.* 2. *c.* 15. *l.* 5. *c.* 5. 10. 11. *l.* 9. *c.* 37. Ῥίνη.
*Salv. aq. p.* 151. Squadro.
*Plin. hiſt. mund. l.* 9. *c.* 12. 24. 42. 51. *l.* 32. *c.* 9. *Rondel. piſc.* 1. 367. *Geſn. aq. p.* 899. 902. *icon. anim. p.* 39. 40. *Thierb. p.* 165. b. 166. *Aldrov. piſc. p.* 472. *Jonſt. piſc. p.* 39. *t.* 11. *f.* 7. *Bellon. aq. p.* 78. *Will. ichth. p.* 97. *t.* D. 3. *Raj. piſc. p.* 26. Squatina.
*Brouſſon. act. Pariſ.* 1780. *p.* 678. *n.* 27. Ange.
*Brit. zool.* 3. *p.* 74. *n.* 1. Angelfiſh.
*Habitat in* oceano ſeptentrionali, *et* mari mediterraneo, 6-8 *pedes longus, gregarius, piſcibus potiſſimum minoribus victitans, ad* 13 *usque foetus ſimul edens, ſupra cinereus, aculeis parvis retrorſum curvis aſper, ſubtus laevis, albus, ore terminali, pinnarum pectoralium ambitu, forma caudae et depreſſa corporis ad rajas accedens.*



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0477-4 DFG

Caput *planum, circulare, trunco latius;* os *latum;* mandibulae *protruſiles, pluribus dentium acuminatorum, incurvorum, juniori et in mandibula ſuperiore paucioribus, ordinibus armatae;* lingua *lata, tenuis, laevis, acuminata;* nares *ad marginem anteriorem poſitae, membrana tectae, in 2 cirros deſinente; prope hunc marginem quoque* oculi *parvi, pupilla thalaſſina, iride flava; pone hos foramen temporum ſemilunare;* ſpiracula 5 *ſemilunaria;* abdomen *longum et latum;* anus *oblongus, pedunculis 2 cartilagineis in mare appoſitis;* pinnae *dorſales 2 caudae inſidentes, ventrales oblongae, albae, pectorales ſupra albae, ſubtus margine fuſcae, caudalis perpendicularis ſublunata.*

**** *edentuli, an Squali?*

Maſſaſa. 31. Sq. pinnis pectoralibus longis. *Forſk. Fn. arab. p.* X. *n.* 17.
*Habitat in* mari rubro.

Kumal. 32. Sq. pinnis pectoralibus brevibus, cirris oris quatuor. *Forſk. Fn. arab. p.* X. *n.* 19.
*Habitat in* mari rubro.

## 130. RAJA. *Spiracula* ſubtus ad collum utrinque 10, obliqua.

*Os* ſub capite, parvo, acuminato, cum pectore quaſi continuo, transverſum, dentatum.

*Corpus* tenue, depreſſum, rhomboideum.

* *Dentibus acutis.*

Torpedo. 1. R. tota laevis. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 50.* *Art. gen.* 73. *ſyn.* 102. *Brünn. piſc. maſſ. p.* 1. *Bloch ausl. Fiſch.* 1. *p.* 44. *n.* 7.* *t.* 122. 3. *p.* 118.
*Gronov. zooph. n.* 152. Raja dorſo monopterygio, cauda brevi apice pinnato, laevis, inermis, roſtro ſubobtuſo.
*Ariſtot. hiſt. anim. l.* 2. *c.* 13. 15. *Aelian. an. l.* 1. *c.* 36. *Oppian. Halieut.* 1. 104. Ναρκη.
*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 31. 32. Narcation 1-4.
*Plin. hiſt. mund. l.* 9. *c.* 16. 24. 42. 51. *Bellon. aq. p.* 89. 93. *Geſn. aq. p.* 988-992. *ic. anim. p.* 124-127. *Thierb. p.* 74-77. *Rondel. piſc.* 1. *p.* 358-363. *Aldrov. piſc. p.* 417. 418.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0478-0
DFG

418. *Jonſt. piſc.* p. 30. t. 9. f. 3-6. *Redi exper.* p. 60. *Kaempf. exot.* p. 509-514. t. 510. *Barthol. act. Hafn.* 5. *obſ.* 97. *Reaumur act. Pariſ.* 1714. *Ringle diſc. on the Torpedo Lond.* 1774. *Spallanzani epiſt. ad Lucchesini. Pav.* 1783. Torpedo.

*Salv. aq.* p. 142. Occhiatella.

*Will. ichth.* p. 81. t. D. 4. *Raj. piſc.* p. 28. n. 1. Crampfiſh.

*Brit. zool.* 3. p. 67. n. 4. Crampray.

*Kolbe it. cap.* p. 379. Gefleckter Zitterfiſch.

*Habitat in* Oceano Europae ſeptentrionali, potiſſimum in *mari* mediterraneo, *ſinuque* Perſico, *ad* 20 *usque libras pondere aequans, ſubtus alba, ſupra pro aetate, ſexu, climate vario nunc ex cinereo fuſca, nunc lateritia, nunc unicolor, nunc maculata, maculis utplurimum* 5 *rotundis nigris, ad marginem dorſique ſpinam poris muciferis obſita, vitae tenax, auctumno pariens, iners, omnium injuriae obnoxia ſe vindicat ictu vere electrico, quo contingens quodcunque animal, ejusve potius partes contingentes ferit, et quaſi ſtupefacit, tanto debiliore, quanto piſcis vitae termino aut primo aut ultimo propior; caro mollis mucoſa.*

Oculi *minimi;* dentes *parvi;* corpus *orbiculatum;* pinnae 2 *dorſales parvae ad caudam longam utrinque carinatam;* pinnae *caudalis obtuſiſſima lobo ſuperiore paulo majore.*

**Batis.** 2. R. varia, dorſo medio glabro, cauda unico aculeorum ordine. *Art. gen.* 73. *ſyn.* 102. *Müll. prodr. zool. dan.* p. 37. n. 308.

*Bloch*

---

Rajae, *maris pariter ſolius incolae, rariores in mari baltico, in abyſſo utplurimum, hieme in luto vel arena latent, cancris, teſtaceis, aliis piſcibus, et quibuscunque obviis animalibus victitant, homini ipſi periculoſae, magnitudine ſpectabiles, (feminae adhuc magis) ut ad* 200 *libras magnitudine aequent, recentes foetidae, coitu firmiſſime cohaerentes, parum fertiles, ut ſingulis partibus non niſi* unum edant *(a Majo ad Auguſtum pergentes) foetum, folliculo incluſum nigro pallido, parallelepipedo, quadricorni, ſub muris marini incongruo nomine noto, polyandrae, ſubtus utplurimum glabrae (feminae adhuc magis): Oculi membrana quaſi nebula ſemitecti, oblongi, in latere capitis ſuperiore; ſupra hos narium loco ſulcus latus membrana reticulata ſepto diviſa, ex plicis criſtatis conflata cinctus, valvulae ope clauſus; pone eum foramina* 2 *ſemilunaria, in* 2 *ductus ambo exeuntia, alterum valvula claudendum in os, alterum in branchias terminatum, operculo adnato clauſas; lingua latiſſima, brevis, laevis; auditus organon maſcule deſcripſit Camper act. Pariſ. extran. vol.* 6. *Canalis cibarius brevis; abdominis cavum rotundum; feminis ovarium unicum, uteri tubaeque* 2; *anus ad initium caudae; tenuis longae, utplurimum pinnatae et aculeatae; pinnae pectorales craſſa cute obductae, truncum cingentes, ventrales baſi cum analibus connatae.* **Caro** *plurimum eſculenta.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0479-9 DFG

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 54. *n.* 1. *t.* 79. Raja cauda tantum aculeata.

*Gron. muſ.* 1. *n.* 143. *zooph. n.* 157. Raja dorſo dipterygio medio glabro, aculeorum ordine ſolitario ante pinnas dorſales, cauda gracili apice apterygio.

*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 37. *n.* 14. Daſybatus in ſupina corporis parte verſus alas quadantenus ſpinulis donatus &c.

*Jonſt. piſc. p.* 35. *t.* 10. *f.* 8. *t.* 11. *f.* 1. 6. Raja laevis.

*Battuor. giorn. d'Ital. t.* 9. *Bell. aq. p.* 89. *Salv. aq. p.* 149. Laeviraja.

*Rondel. piſc.* 1. *p.* 348. Alia Raja Oxyrinchus.

*Geſn. aq. p.* 792. *ic. an. p.* 30. *Thierb. p.* 96. *Aldrov. piſc. p.* 452. *Will. ichth. p.* 69. *t.* C. 4. *Raj. piſc. p.* 26. *n.* 3. Oxyrinchus major.

*Brit. zool.* 3. *p.* 62. *n.* 1. Skate.

*Habitat in* oceano europaeo, *congenerum maxima, ut ad* 200 *libras pondere aequet, et junior ſapidiſſima, pinguedine ſua etiam utilis, Martio et Aprili pariens, muco tenaci obducta, ſupra cinerea, interdum lituris nigris flexuoſis varia, ſubtus alba, lineis punctorum nigrorum undulatis picta, circa oculos aculeis pluribus minutis uncinatis, ad utrumque latus recto ſolitario, mas interdum altera aculeorum ſerie ad caudae latus armata.*

Caput *obtuſum*; oculi *iride ſemilunari flava albo-marginata*; dentium *ſeries plures*; pinnae *ventrales et analis ſingulae radiis* 6; cauda *acuminata, pinnis duabus.*

Oxyrinchus. 3. R. varia, dorſo medio tuberculis decem aculeatis. *Art. gen.* 72. *ſyn.* 101.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 57. *n.* 2. *t.* 80. Raja aculeorum ordine unico in dorſo caudaque.

*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 34. *n.* 8. Leiobatus, puſtulis inermibus &c.

*Bellon. aq. p.* 79. Miraletus.

*Salv. aq. p.* 148. *b.* 150. Raja.

*Rondel. piſc.* 1. *p.* 344. *Jonſt. piſc. p.* 35. *t.* 10. *f.* 1. 2. *Aldrov. piſc. p.* 450. *Geſn. aq. p.* 790. *icon. an. p.* 129. Raja laevis.

*Will. ichth. p.* 71. *t.* D. 1. *Raj. piſc. p.* 26. *n.* 3. Raja oxyrinchos major.

*Brit. zool.* 3. *p.* 64. *n.* 2. Sharp-noſed Ray.

*Geſn. Thierb. p.* 68. *b.* Glattroche.

*Habitat in* Oceano Europaeo *et* mari mediterraneo, *ad* 7 *pedes longa, aculeis tribus circa utrumque oculum, pluribusque*

*busque teneris per totam ſuperficiem diſperſis aſpera, tenuiſſima, ſubtus alba, ſupra cinerea, guttis albis, maculis parvis obſcurioribus, punctisque nigris varia, in dorſo, praeter aculeorum ſeriem, aliquando duobus adhuc aculeis horrido, cauda et pinnis ex nigricante rubra.*

Caput *acuminatum; dentium ſeries plures;* cauda *pinnis* 2 *parvis membranaceis fimbriata, in mare nonnunquam utrinque aculeorum ordine armata.*

*Ovorum, quae appellant, prunis injectorum vapore, ore et naribus excepto, febres intermittentes pelli ſibi perſuadent Graeci Turciam incolentes. Forſk. Fn. arab. p.* 20.

Miraletus. 4. R. dorſo ventreque glabris, aculeis ad oculos, ternoque eorum ordine in cauda. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 50. *Art. gen.* 72. *ſyn.* 101.

*Gron. zooph.* 155. Raja dorſo dipterygio, aculeorum ordine ſolitario, cauda gracili pinnata, ordine aculeorum terno, roſtro ſubaculeato.

*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 35. *n.* 2. Daſybatus in utroque dorſi latere macula magna oculi ſimili &c.

*Salv. aq. p.* 150. Raja ſtellaris.

*Jonſt. piſc. t.* 10. *f.* 4. Raja oculata.

*Will. ichth.* 72. *Raj. piſc. p.* 27. Raja laevis oculata.

*Habitat in mari* mediterraneo, *ſupra utramque alam ocello notata.*

fullonica. 5. R. dorſo toto aculeato, aculeorum ordine ſimplici ad oculos, duplici in cauda. *Art. gen.* 72. *ſyn.* 101.

*Rondel. piſc.* 1. 356. *Geſn. aq.* 797. Raja fullonica.

*Habitat in* mari Europaeo.

Rubus. 10. R. ordine aculeorum in dorſo unico, tribusque in cauda.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 67. *n.* 6. *t.* 83. 84.

*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 36. *n.* 6. 7. 8. Daſybatus elevatus, ſpinis clavis ferreis ſimilibus, *et* Daſybatus clavatus, roſtro acuto, *et* Daſybatus, roſtro acutiſſimo &c.

*Bellon. aq. p.* 79. Raja proprie dicta.

*Rondel. piſc.* 1. *p.* 853-856. *Geſn. aq. p.* 795-797. *ic. an. p.* 135-137. *Thierb. p.* 71. 72. *Aldrov. piſc. p.* 459-462. *Will. ichth. p.* 74-78. *t.* D. 2. *f.* 1. 3. 4. *Raj. piſc. p.* 26. *n.* 2-5. *Jonſt. piſc. t.* 10. *f.* 3. 9. *t.* 11. *f.* 2-5.

*Brit. zool.* 3. *p.* 66. *n.* 3. Rough Ray.

*Habitat in* mari Europaeo, *praeter aculeorum ſeries aculeis in dorſo* 4, *circa oculos* 6, *ad nares* 2 *majoribus, pluribusque*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0481-6
DFG

*busque minoribus, ad pinnas dorſales pluribus minorum ordinibus, ſubtus decem majoribus ſpinis, et per totam reliquam ſuperficiem innumeris tenerioribus horrida, ſupra flavicans, fuſco maculata, ſubtus alba, clavatae affinis.*

Oculi *poſteriores, pupilla caeruleſcente, iride nigra;* os *latum;* dentes *multi, cuneati;* pinnae *ventrales radiis* 3, *anales* 6; *prope has mari appendices* 2 *longae, pendulae, pinnam mentientes.*

** *Dentibus obtuſis.*

Sephen. 11. R. corpore ſuborbiculato, cauda duplo longiore ſubtus alata, ſupra aculeis duobus longis, utrinque ſerratis. *Forſk. Fn. arab. p.* 17. *n.* 16.

*Habitat in* mari rubro, *magna, ut dentur exempla, quae diametro* 3 *ulnas aequant, ſupra ex cinereo fuſca, tuberculis plana, tribus albis in medio dorſo magnis hemiſphaericis longitudinali ſerie diſpoſitis, ſubtus planiſſima, laeviſſima ex albo rufeſcens.*

Oculi *prominuli;* nares *fere longitudinales, maximam partem lobo coriaceo ſubcordato tectae;* dentes *granulati, planiſſimi;* pinnae *pectorales latiſſimae, apice poſteriori rotundato ventrales tegentes; hae multo minores, anum cingentes, ad exortum caudae affixae, appendicibus (in mare) conicis, coriaceis acutae;* cauda *ſupra tuberculata, pone ſpinas teres, ſenſim attenuata, aculeorum exilium ſerie longitudinali aſpera;* ſpinae *lineari-lanceolatae, cute obtectae, de veneno ſuſpectae;* pinna *membranacea nigra, pendula, ex oblongo lanceolata.*

Aquila. 6. R. corpore glabro, aculeo longo ſerrato in cauda pinnata. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 51. *Art. gen.* 72. *ſyn.* 100.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 59. *n.* 3. *t.* 81. Raja cauda pinnata aculeoque unico.
*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 33. *n.* 4. Leiobatus capite exſerto &c.
*Ariſtot. hiſt. anim. l.* 5. *c.* 5. Ἀετος.
*Plin. hiſt. mund. l.* 9. *c.* 24. *Sal. aq. p.* 146. b. 147 *Aldrov. piſc. p.* 438-440. *Jonſt. piſc. p.* 33. *t.* 9. *f.* 8. 9. *Will. ichth. p.* 64. *t.* C. 2. *app. t.* 10. *Raj. piſc. p.* 23. Aquila.
*Bellon. aq. p.* 97. *Geſn. aq. p.* 75. *icon. anim. p.* 121. 122. *Thierb. p.* 67. 68. *Paralip. p.* 38. Aquila marina.
*Rondel. piſc.* 1. *p.* 338. Paſtinaca ſecunda ſpecies.
*Col. cophr.* 1. *p.* 3. *t.* 2. Paſtinaca marina laevis altera oxypterydes.

*Habitat*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0482-2 DFG

*Habitat in maris mediterranei*, *rarior in* europaei *ſeptentrionalis uliginoſis*, *ad* 300 *usque libras pondere aequans*, *tardius natans*, *livida*, *dorſum verſus fuſceſcens*, *ſubtus alba*, *ad latera in olivaceum vergens*, *laevis*, *cute craſſa coriacea et muco obducta*, *hepate eduli et oleum largiente.*

Caput, *in acumen breve*, *obtuſum*, *ſupra ſubtusque ſulco oblongo exaratum*, *terminatum*; oculi *prominentes*, *iride flava*; nares *oblongae*, *transverſae*, *ſepto cartilagineo partitae*, *tunica valida*, *in medio ligamenti ope firmata tectae*; labia *mobilia*; dentium *confertorum plures ordines*; pinnae *ventrales nullae*; cauda *corpore longior in ſetam deſinens*, *pinna exili*, *et ſpina ſerrata*, *interdum abrupta*, *aut duplici*, *pungente munita.*

Paſtinaca. 7. R. corpore glabro, aculeo longo anterius ſerrato in cauda et dorſo apterygio. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 51.* *Art. gen.* 71. *ſyn.* 100. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 37. *n.* 310.
*Gronov. muſ.* 1. 141. *zooph.* 158. Raja laevis, dorſo caudaque apterygiis, aculeo poſtico ſerrato in cauda.
*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 62. *n.* 4. *t.* 82. Raja cauda apterygia, aculeo ſagittato.
*Paſter op. ſubſec.* 2. *p.* 33. *t.* 4. *f.* 5-10. Raja cauda ſagittata.
*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 33. *n.* 5. Leiobatus, in medio craſſus &c.
*Ariſt. hiſt. anim. l.* 1. *c.* 5. Τρυγων.
*Plin. hiſt. mund. l.* 9. *c.* 24. 42. *Rondel. piſc.* 1. *p.* 231.
*Sal. aq. p.* 144. 145. Paſtinaca.
*Geſn. aq. p.* 679. *ic. anim. p.* 121. 122. *Thierb. p.* 63. a.
*Jonſt. piſc. p.* 32. *t.* 9. *f.* 7. Paſtinaca marina.
*Bellon. aq. p.* 95. *Raj. piſc. p.* 24. Paſtinaca marina laevis.
*Aldr. piſc. p.* 426. Paſtinaca marina noſtra.
*Will. ichth. p.* 67. *t.* C. 3. Paſtinaca marina prima.
*Kaempf. Jap. p.* 155. Gej.
*Brit. zool.* 3. *p.* 71. *n.* 6. Sting Ray.

Altavela. β) Raja corpore glabro, aculeis duobus poſtice ſerratis in dorſo apterygio. *Syſt. nat.* X. 1. *p.* 232. *n.* 7.
*Col. aq.* 4. *t.* 2. *Will. ichth.* 65. *Raj. piſc.* 24. Paſtinaca marina altera pteryplateja ſ. Altavela.

Uárnak. γ) Raja tota maculata. *Forſk. Fn. arab. p.* 18.
*Habitat in omni* mari europaeo, rubro, indico, *ad* 10 *usque libras pondere aequans*, *mucro obducta*, *ſupra fuſca*, *inter pinnas olivacea*, *ſubtus alba.*

Caput

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0483-7

Caput *in acumen breve terminatum;* oculi *iride alba;* pinnae *ventrales nullae;* caudae *aculeus ſagittatus, pungendo dolorem excitans atque inflammationem, injuſte tamen jamdudum veneni accuſatus, quotannis delabens, novo ſuccreſcente; ſi ergo hoc fiat, antequam prior decidit, 2 interdum aculei.*

clavata. 8. R. aculeata, dentibus tuberculoſis, cartilagine transverſa abdominali. *Fn. ſuec.* 293. *It. wgoth.* 175. *Art. gen.* 71. *ſyn.* 99. *ſpec.* 103.

*Gron. muſ.* 1. 140. *zooph.* 154. Raja dorſo dipterygio aculeis ſcabro, cauda ordine aculeorum ſolitario, apice pinnato, roſtro acuminato.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 65. *n.* 5. *t.* 83. Raja ordine aculeorum unguiformium unico in dorſo caudaque.

*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 35. *n.* 4. *t.* 4. *n.* 7. Daſybatus clavatus, corpore toto maculis albidis rotundis &c.

*Act. Sien.* 4. *p.* 353. *Rondel. piſc.* 353. *Geſn. aq.* 795. *Will. ichth.* 74. *Raj. piſc.* 26. Raja clavata.

*Bellon. aq.* 70. Raye bouclée.

*Brit. zool.* 3. *p.* 69. *n.* 5. Thornback.

*Habitat in* mari Europaeo *omni, Junio et Julio parturiens littora petens, ad* 12 *pedes longa, ſupra fuſceſcens, guttis plurimis albis, rarius albida, maculis nigris varia, praeter ordinem aculeorum clavum mentientium per totum dorſum caudamque excurrentem, ſparſis adhuc minoribus, majoribusque, qui delapſi maculam albam relinquunt, aculeis horrida, ſubtus alba, minoribus modo hinc inde ſpinis aſpera: Hepar Norwegis oleum exhibet.*

Caput *longius, acuminatum;* oculi *iride ſemilunari fuſca;* dentes *parvi, rotundi;* lingua *brevis, lata, glabra;* cauda *corpore longior, ſupra convexa, ſubtus plana, verſus apicem pinnis aliquot fimbriata;* pinnae *ventrales radiis* 3, *anales* 6.

Rhinobatos. 9. R. oblonga, unico aculeorum ordine in medio dorſo. *Muſ. Ad. Fr.* 2. *p.* 24. *Art. gen.* 10. *ſyn.* 99.

*Gròn. zooph.* 156. Raja dorſo dipterygio, aculeorum ordine ſolitario, cauda lata pinnata inermi, roſtro trigono productiore.

*Forſk. Fn. arab. p.* 19. *n.* 18. Raja Halavi.

*Bell. piſc.* 78. *Geſn. piſc.* 903. Squato-Raja ſ. Rhinobatos.

*Salv. piſc.* 153. *Will. ichth.* 79. *Raj. piſc.* 28. Rhinobatos ſ. Squatino-Raja.

*Habitat*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0484-3 DFG

*Habitat in* mari mediterraneo, adriatico, rubro, *ſupra ex cinereo flaveſcens, tuberculis verſus medium dorſum et interiorem oculorum marginem elatioribus ſcaber, ſerie aculeorum dorſali ante pinnam dorſi primam deſinente, pone hanc tuberculis obtuſis, margine prominente integerrima.*

Pinnae *flaveſcentes, dorſales triangulares; prior paulo minor, leviter emarginata, pone medium corporis poſita; pectorales ſemicordatae, extus rotundatae; ventrales ſemiovatae (in mare) appendice duplici lineari libera, ſubcartilaginea, compreſſa, pinnis ſeſquilongiore auctae; caudalis caudam cingens, ovata, margine obliqua.*

Djiddenſis. 12. R. pinna caudae biloba, aculeorum ordine dorſi initio triplici, dein ſimplici, pinna dorſi prima ſupra pinnas ventrales. *Forſk. Fn. arab. p.* 18. *n.* 17.

*Habitat in* mari rubro, *edulis*, 2 *ulnas longa, ſubaſpera, pallide cinerea, ſupra maculis ovatis albidis varia, ſubtus albicans, pone anum vittis aliquot fuſcis albisque inaequalibus ornata, margine parum prominente.*

Caput *triangulare, valde depreſſum, obtuſum, ſubtus planum;* oculi *verticales iride alba, margine nigra, curva aculeorum ſerie cincti;* nares *paulo ante os poſitae, obliquae, ſubcurvae, anterius lobo ovali pendulo fornicatae;* dentes *ex hemiſphaerico ovales, contigui;* dorſum *elatius, ante pinnam dorſi primam magis convexum, poſt ſenſim depreſſum, inter utramque pinnam ſerie aculeorum ſimplici, pone ſecundam abrupta;* abdomen *planum, pone anum pinna carentem linearem, longum, ſubconvexum.* Pinnae *dorſales glauceſcentes, ſubtriangulares, apice ſupra rotundatae; anterior in medio dorſo incipiens, poſterior caudae planiuſculae propior, quam huic, pectorales obtuſe triangulae, ad apicem albido-maculatae, ventralibus, forma ſimilibus, baſi ſua anum includentibus quadruplo majores; caudalis dorſalibus ſimilis.*

Lymma. 13. R. corpore ovali laevi teſtaceo, maculis caeruleis, cauda pinnata aculeo uno. *Forſk. Fn. arab. p.* 17. *n.* 15.

*Habitat in* mari rubro, *prope* Lohajam, *vix pedalis, maculis inaequalibus ovatis varia, ſubtus albicans.*

Oculi *dimidia ſui parte prominentes;* dentes *granulati;* pinnae *pectorales pone acuminatae, ventrales ovatae;* cauda *corpore paulo longior, anteriore ſui parte depreſſiuſcula, apterygia, ſubtus alba, ſupra ex teſtaceo fuſca, vittis* 2 *longitudinalibus caeruleis varia; in medio aculeo nonnun-*

 *quam*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0485-9 DFG

*quam duplici longo lato, cute ex caeruleſcente fuſca veſtito, pro venenato habito, armata, inde compreſſiuſcula, tota caeruleſcens, utrinque membrana fimbriata, inferius latiore, apice alba, acuta.*

Arnak. 14. R. corpore orbiculato argenteo, cauda tereti apterygia, ſpinis duabus. *Forſk. Fn. arab. p.* IX. *n.* 13.
*Habitat in* mari rubro *prope* Lohajam.
Dentes *granulati.*

*** *Dubiae.*

Ommesſcherit. 15. R. cauda tereti maculata. *Forſk. Fn. arab. p.* IX. *n.* 12.
*Habitat in* mari rubro, *paſtinacae et Arnak ſimilis.*

Tajara. 16. R. ſubtus nivea, cauda tereti. *Forſk. Fn. arab. p.* IX. *n.* 14.
*Habitat in* mari rubro, *capta pinnis vehementer verberans.*

Schoukie. 17. R. aculeis remotiuſculis. *Forſk. Fn. arab. p.* IX. *n.* 15.
*Habitat in* mari rubro; *ex pelle ejus conficiuntur in urbe* Suaken *vaginae gladiorum.*

Mula. 18. R. ſubtus nivea cauda tereti variegata. *Forſk. Fn. arab. p.* IX. *n.* 16.
*Habitat in* mari rubro, *noctu littori appropinquans, caudae aculeo nocivo.*

capenſis. 19. R. dorſo monopterygio, cauda brevi apice pinnato, laevis, inermis, roſtro ſubobtuſo. *Gron. zooph.* 152.
*Habitat ad* caput bonae ſpei, *forma torpedini ſimilis, at pinna dorſi ſolitaria diſcrepans, parva, ovali, inermi, ambitu orbicularis ſupra convexa, ſubtus plana.*
Pinnae *ventrales magnae, horizontales, fere parallelogrammae, radio ultimo rigidiore, obtuſo, validiſſimo;* pinna *ani nulla; caudae perpendicularis, ovalis, brevis, ambitu arcuata.* †)



†) *Quorſum referendae ſint Rajae a Marcgrafio braſ. p.* 175. *inter braſilienſia animalia memoratae, Ajereba, Jabebirete et Narimari, et a Forſkaehlio Fn. arab. p.* IX. *inter piſces archipelagi recenſitus* Μουδιαστρα *ſpectet, magis adhuc dubium.*

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0486-4

## 129. PETROMYZON.

*Caput* corpore tenuius; *os* ſupra longius, quam ſubtus, dentibus aurantiis, intus cavis, et margine carneo cinctis, ſupra curvulis, infra latis armatum.

*Spiracula* 7 ad latera colli.

*Fiſtula* in nucha.

*Pinnae* pectorales aut ventrales nullae.

marinus. 1. P. ore intus papilloſo, pinna dorſali poſteriore a cauda diſtincta. *Fn. ſuec.* 292. *Nau Schrift. der berl. Naturf. Fr.* 7. *p.* 466.

*Art. gen.* 64. *ſyn.* 90. Petromyzon maculoſus, ordinibus dentium circiter viginti.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 38. *n.* 1. *t.* 87. Petromyzon ordinibus dentium pluribus.

*Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 30. *n.* 3. Petromyzon.

*Salv. aq. p.* 62. b. Muſtela.

*Bellon. aq. p.* 76. *Geſn. piſc.* 590. Muſtela ſ. Lampetra.

*Rondel. piſc.* 1. 398. Lampetra.

*Geſn. paralip. p.* 22. Lampreda marina.

*Jonſt. piſc. p.* 18. Lampreda marina major.

*Kaempf. Jap.* 1. *t.* 12. *f.* 2. Joatzmo Ungi.

*Fermin. Surin. p.* 85. Lamproye.

*Brit. zool.* 3. *p.* 58. *n.* 1. *Will. ichth. p.* 105. *Raj. piſc.* 35. Lambrey or Lambrey-Eel.

*Habitat in omni* mari Europaeo, *in mari* Japoniam *et auſtralem* Americam *alluente, adſcendens vere ova pariturus quaternario circiter numero in fluvios, qualis,* c. g. Sever Angliae, Rhenus, Albis, Havela, Sala Germaniae, *ad* 3 *pedes longus, vermibus, carne, aliis piſcibus etiam mortuis victi-*

*victitans, fertilis, quamvis frequens glanidis, lucii, lutraeque praeda, tarde creſcens, ſubtus albus, aut albicans, ceterum vireſcens, caeruleo varius, aut flavus, punctis vireſcentibus, dorſum verſus crebrioribus varius, carne exquiſita.*

Caput *ex fuſco vireſcens, oblongum, craſſitie corporis, macula interdum alba rotunda in nucha notatum;* oculi *rotundi, parvi, iride flava nigro-punctata;* os *oblongum;* dentium *cartilagineorum conicorum ſeries* 12-20 *horizontales, longitudinales, arcuatae;* ſpiraculorum *primum et poſtremum reliquis minora;* fiſtula *in foveola;* pinnae *dorſales ex flavo rubeſcentes, vel fuſcae aurantio variae; altera priore major, caudalis caeruleſcens.*

fluviatilis. 2. P. pinna dorſali poſteriore angulata. *Fn. ſuec.* 290. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 37. *n.* 307.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 41. *t.* 88. *f.* 1. 2. Petromyzon ordine dentium unico.

*Art. gen.* 64. *ſyn.* 89. *ſpec.* 99. Petromyzon unico ordine denticulorum minimorum in limbo oris praeter inferiores majores.

*Gron. muſ.* 1. *n.* 144. *zooph.* 159. *Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 29. *n.* 1. *t.* 1. *f.* 3. *Kramer el. p.* 383. *n.* 1. Petromyzon.

*Plin. hiſt. mund. l.* 9. *c.* 17. Muſtela.

*Bellon. aq. p.* 75. Muſtela fluviatilis.

*Geſn. ic. anim. p.* 326. Lampreda.

*Geſn. aq. p.* 597. Lampetrae alterum genus.

*Salv. aquat. p.* 62. Lampetra ſubcinerea maculis carens.

*Aldrov. piſc. p.* 587. *Jonſt. piſc. p.* 104. *t.* 28. *f.* 11. Lampetra fluviatilis Geſneri.

*Will.*

---

Petromyzones *ſugendo ore tenaciſſime adhaerent ſcopulis aliisque corporibus, lubrici, muco obducti, anguillam forma ſimulantes, vitae tenaciſſimi, vermibus, inſectis, junioribus piſcibus, mortuis quoque animalibus eorumque partibus victitant, ventre anguſto longo, ano caudae pinnatae vicino, pinnis dorſi duabus, foraminibus circa oculos pluribus, lingua dura, ſemilunari, dentibus ſerratis aſperâ gaudent; canalis cibarius illis rectus; reſpirationis organon branchiis ſimilius quam pulmonibus; conſtat ſcilicet 7 utrinque ſacculis ellipticis, ſingulis cum ſuo ſpiraculo continuis, inter ſe non cohaerentibus, quamvis obliquo ductu antrorſum ſibi invicem appoſitis, membranae rubrae plicatae ſuperextenſae involutis.*

*Will. ichth. p.* 106. *t.* G. 2. *f.* 1. G. 3. *f.* 2. *Raj. piſc. p.* 25. Lampetrae medium genus.

*Kaempf. jap.* 1. *t.* 21. Jaatz me unagi.

*Fermin Surin. p.* 85. Lamproye.

*Brit. zool.* 3. *p.* 60. *n.* 2. Leſſer Lambrey.

*Habitat in* Europae, Japoniae, *auſtralis Americae lacubus, vere in fluvios adſcendens ova pariturus, quae Martio et Aprili ad ripas inter ſaxa dimittit, auctumno in lacus redux, fertilis, crebra glanidis praeda,* 12-15 *pollices longus, lineis undulatis transverſis varius, ſupra nigricans, ad latera flavicans, ſubtus albidus.*

Caput *vireſcens; pone ſeriem dentium minorum dentes majores ſubtus* 7 *connati, ſupra* 2 *diſtantes;* oculi *parvi, iride aurea; verſus caput* lineae *lateralis veſtigium;* pinnae *violaceae.*

branchialis. 3. P. pinna dorſali poſteriore lineari, labio oris poſteriore latere lobato. *Fn. ſuec.* 292. *Wulff ichth. bor. p.* 15. *n.* 20. *Müll. prodr. zool. dan. p.* 37. *n.* 307. b. *Kram. el. p.* 483.

*Art. gen.* 42. *ſyn.* 90. Petromyzon corpore annuloſo, appendicibus utrinque 2 in margine oris.

*Bloch Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 45. *n.* 3. *t.* 86. *f.* 2. Petromyzon corpore annulato, ore lobato.

*Gron. zooph.* 160. *Klein miſſ. piſc.* 3. *p.* 30. *n.* 4. Petromyzon.

*Bellon. aq. p.* 75. Muſtela fluviatilis minor.

*Aldrov. piſc. p.* 539. Lampetra minima.

*Will. ichth. t.* g. 3. *f.* 11. Lampetra coeca.

*Jonſt. piſc. t.* 28. *f.* 10. Lampreda, Neunauge.

*Geſn. aquat. p.* 589. Lampetra parva et fluviatilis.

*Rondel. piſc.* 2. *p.* 202. Lamproyon et Lamprillon.

*Will. ichth. p.* 104. *Raj. piſc. p.* 35. Lampern or pride of the Iſis.

*Brit. zool.* 3. *p.* 61. *n.* 3. *Plot Oxfordſh. p.* 182. *t.* 10. Pride.

*Habitat in* Europae *aquarum dulcium puriorum fundo, vermibus inſectisque aquaticis victitans,* 6-7 *pollices longus, teres,*

*teres, utroque fine attenuatus, annulatus, ſupra vireſcens, ad latera fulveſcens, ſubtus albus.*

Os *edentulum;* pinnae *vix lineam latae.*

Planeri. 4. P. corpore annulato, ore papilloſo. *Bloch. Fiſch. Deutſchl.* 3. *p.* 47. *n.* 4. *t.* 88. *f.* 3.

*Habitat in* Thuringiae *rivis, branchiali craſſior et longior, olivaceus.*

*Pone oris limbum papillis acutis aſper;* dentium *ſeries ſolitaria, et pone hanc* dentes *adhuc alii connati;* oculi *iride flava;* pectus *robuſtius, quam congeneribus;* pinnae *ſatis latae; ad* anum *pedunculus conicus.*

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0491-5

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0492-1
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0493-7

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0494-3

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0496-4
DFG

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-18611-p0497-0